BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXIX
II
30
NAPOLI

Digitized by Google

XXXIX H ~~36~~ 30

Digitized by Google



Dom. Maria Conte delin.

Ex Archetypo desumpto ex Pinacotheca Marchionis Caroli Capilupi Mantuae

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III - NAPOLI

Digitized by Google

THEOPHILI FOLENGI

VULGO

MERLINI COCAII

OPUS MACARONICUM

NOTIS ILLUSTRATUM,

CUI ACCESSIT

VOCABULARIUM VERNACULUM, ETRUSCUM, ET LATINUM.

EDITIO OMNIUM LOCUPLETISSIMA.

PARS PRIMA.



B. R. NAPOLI

AMSTELODAMI

MDCCLXVIII.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

SUMPTIBUS JOSEPHI BRAGLIA
TYPOGRAPHI MANTUANI AD SIGNUM VIRGILII.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

LIbrum vetuſtatis injuria erroribus deturpatum, et innumeris fere in locis Corruptorum manu in alium ferme mutatum; cujus praeterea duplex Exemplar Auctoris manu exaratum prodiiſſe certum eſt, ſed utrum utri ſit praeferendum non ſatis apparet, in lucem edere, ab erroribus expurgare, et ad genuinam, quoad fieri poteſt, lectionem proferre, opus plenum periculi eſſe, & difficultatis, nemo inficiabitur, qui in veteri Librorum lectione ſit vel modicum verſatus. Hoc eſt, quod duorum annorum labore, & induſtria moliti ſumus; quodque Tibi, Amice Lector, modo exhibemus. Ante vero quam Libri ejuſdem lectionem aggrediaris, non te pigeat, in ipſo Operis veſtibulo pauliſper immorari, tum ut de Operis ipſius pretio, et excellentia, tum ut quibus mediis, et auxiliis, ſeu potius qua id arte, et induſtria praeſtiterimus, quam breviſſime edocearis.

Ludicrum Tibi quidem exhibemus Opus, ut tute noſti; ſed hujuſmodi tamen, in quo neque Poëtae, neque docti Hominis partes Auctor praetermiſit. Video, non omnes, qui in hunc Librum oculos conjecerint, facile poſſe Auctoris præſtantiam intueri. Rudis cortex, vernacula verba, ſcurriles facetiae oculis cujuſcumque facile occurrunt. Non niſi qui in Poëtica arte fuerit verſatus, Poëtam poterit in hoc Opere admirari, et qui doctrinis, et bonis artibus non fuerit ſatis excultus, omnigenae doctrinae, et eruditionis lumina non poterit deguſtare. In dicendi copia Ovidium, in narrandi artificio Virgilium, in deſcribendi vivacitate Homerum ita eſt imitatus, ut neminem legerim, qui in hac laude magno illi Poëtarum Principi propius accedat. Epicam narrationem quidem potiſſimum, ſed et Satyram ſibi propoſuit: Quemadmodum enim in Epicis fictionibus praedicta Poëſeos Lumina habuit Duces, ita in Satyra neminem eſt imitatus, et ſeipſum ducem exhibuit. Nam narrando, non reprehendendo, vel declamando

hominum mores carpere, et immoderatos animorum motus moderari, et corrigere aggreditur: Praeterea aliud omnino novum, et nemini Poëtarum adhuc cognitum, Inventum excogitavit. Vitia aliquando ſerio, et ſincere videtur laudare, ſed ita eorum adſpectum horridum, et deforme, ſine ulla ironiae ſpecie, ſed non ſine joco, et amoenitate deſcribit, ut non ad ea amplectenda alliciat, ſed ab iis maxime revocet. Exemplo ſit locus ille Macaronices IV, in quo Tognazzus non ſine ſuſpiriis, et lacrymis defunctae Uxoris ſuae venuſtatem laudat: qua laude nihil aptius ad Foeminam Vatiniano odio digniſſimam deſcribendam:

Hæc quoque bella fuit, ſicut jam Berta provaſti,
Cui pyronus erat vertex, aliquanto coputus;
Naſus diſteſus rampini more colabat,
Nec ſua ſtricta fuit nimium boccbina, quod ipſa,
Quando grignabat, geminas toccabat orecchias.
Quam pulchros oculos babuit ſua teſta ficatos!
Alter gazolus, niger alter, ſguerzus uterque,
Quos inficatos mibi quando tenebat adoſſum,
Non bene cernebam, ſi me guardaret, an altrum.

Hujuſmodi ſunt pariter Cipadae laudes Macaronice II. queis nihil aptius, ſi adhuc Oppidum exiſteret, ad cujuslibet animo alte inſerendum, quod Aeneae Polydorus praedicabat Aeneid. III.

Heu fuge crudeles terras, fuge litus avarum.

Et eadem Macaronice II. Cingaris mores ita laudat:

Qui Patris mores imitatur in arte robandi.
Perfectus ladro, promptus, mala Guida Viarum, ec.

Et alia quamplurima. Qui cogitandi modus, quo eſt ab omnium uſu, et conſuetudine remotior, eo huic Poëſeos rationi aptior apparet, et nova,

in.

inſuetaque via verae, ſolidaeque Poëſeos ſcopum attingit, quod Horatius propoſuit in arte Poëtica:

Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci.

Neque minus admirationi eſſe debet, Auctorem noſtrum ſub rudibus corticibus, et incomptis integumentis tot diſciplinarum omnium lumina inſeruiſſe, perfectamque cognitionem oſtendiſſe. Nemo, qui hoc Opus perlegerit, inficiabitur, Summum Philoſophum Merlinum noſtrum fuiſſe. Praeterea Chimicae artis arcana, Nauticae regulas, Aſtronomiae myſteria ſe caluiſſe in hoc Opere oſtendit. Moralis Philoſophiae pariter praecepta, omnium aetatum mores, et Ruſticorum praecipue, ita deſcribit, ſic ob oculos ponit, ut nihil vividius poſſit deſiderari. Nuptias, Praelia, Apparatus, Popinas, Tabernas, et quae ubique vigent, conſuetudines ita perſequitur, ut nemo ſecundus in moribus pingendis, et in rebus deſcribendis judicari merito poſſit. Quae omnia in ludicro Carmine reperiri, ſummum Auctoris ingenium mirifice oſtendunt, et quod ſupra dicebamus, Theophilum inter facetias, neque Poëtam, neque doctum hominem eſſe oblitum. Videat quae Jacobus Philippus Thomaſinus de hoc Opere ſcripſit, et nos ad calcem vitae Auctoris referemus, ſiquis adhuc inutilium librorum numerum nova hujuſce Operis Editione nos auxiſſe ſuſpicetur.

Duplex ejuſdem Operis Exemplar Auctorem in lucem edidiſſe, ſupra a nobis dictum eſt. Prioris Operis Exemplaria, ut ita dicam, ſive Editiones ab anno MDXVII, uſque ad annum MDXXX locum obtinuerunt, quae brevi tempore ita ſupra numerum excreverunt, ut cum circa annum MDXXX. vellet Auctor Opus ſuum revocare, & duodecim annorum ſpatio ſui Operis Editiones ita longe, lateque diffuſas eſſe cognoviſſet, ut nulla id fieri ratione poſſe intellexerit, idem Opus, vel Amicorum ſuorum ſuaſu, vel Superiorum imperio, denuò recudit, et a principio retexuit, et Fratri ſuo Joanni Baptiſtae edendum tradidit. Poſt annum vero MDXXX. modo Prioris Operis Exemplaria, modo Poſterioris a Typographis recudenda eligebantur; at utraque ita corrupta, ac deturpata, ut ab Auctoris ingenio, & doctrina pluribus in locis diſtare, atque abhorrere omnino videantur.

Si de duobus hiſce Operibus Auctores conſulamus, teſtantur unanimiter, Poſterius ab Auctore exaratum correctius eſſe, perfectius, amoenius, et a Priori diverſum omninò. Ut vero nos illud ſincere dicamus, quod utriuſque attenta lectione deprehendimus, certe dicendum occurrit, idem Opus in utroque Exemplari omninò contineri, diverſis tantum vocabulis contextum, et elaboratum; illudque tantummodo inter utrumque diſcrimen adnotavimus, quod inter Iliadem, et Odyſſaeam Homeri, et inter duo alia Poëmata inſcripta: *La Geruſalemme liberata*, et *la Geruſalemme conquiſtata* Torquati noſtri advertunt Eruditi, de quibus poſterioribus Operibus illud dici poteſt, minoribus quidem vitiis laborare, ſed minoribus etiam virtutibus inſigniri. Illud praeterea in poſteriori hoc Opere occurrit, quod copioſiori fele, acrioríque mordacitate (quod Corruptorum manu contigiſſe non eſt dubitandum) pluribus in locis aſperſum deprehendimus.

In hac itaque rerum obſcuritate, ut emendatius, ac perfectius Opus per nos proferretur, omnes, quae magna cura adhibita in manus noſtras pervenerunt, Editiones ita invicem comparavimus, ut quae juro nobis emendatiſſima viſa eſt, potiſſimum ſequamur, atque in ea ipſa, quae a Corruptorum manu inſerta viſa ſunt, ex aliis Editionibus ſupplendi curam diligentiſſime adhibuerimus; neque hujuſmodi laboris ſuſcipiendi unicam habuimus rationem, ſed multiplicem, quae hac via incedere nobis redderet neceſſarium. In primis enim unuſquiſque, qui poſteriorem hunc Auctoris laborem edere aggreſſus eſt, aliquid addendi vel detrahendi, vel immutandi facultatem ſibi fuiſſe factam non dubitavit. Hinc in Auctore noſtro tot inepta occurrunt, tot inſulſa, et illepide dicta, tot inutiliter repetita, tot tandem docto homine indigna, quibus incommodis, quoad fieri potuit, nos conſulere in hac Editione noſtra diligenter ſtuduimus.

Tria ergo, quæ hujus Operis nobis praeſto ſunt, Exemplaria, adeo inter ſe diſcrepantia invenimus, ut niſi mors Auctoris praeceſſiſſet, ſingulis Editionibus aliquid ab Ipſo additum, vel immutatum ſuſpicaremur; quæ idcirco de indoctorum Hominum temeritate, ſatis etiam aliunde nobis perſpecta, fidem indubiam faciunt, & movent, ut quotquot

ſu-

ſuperſunt Merlini Exemplaria, omnia corrupta omnino judicemus. Alicubi enim ſenſus ſine ſenſu occurrunt; alibi narrationes, quae male vel ſibi, vel invicem cohaerent, alibi verba nihil ſignificantia, alibi Hemiſtichia ſuſpenſa, et alia plura, quae doctum hominem dedecent, et alienae manus in Opus audacter inſertae inditia praeſeferunt. In utraque Merlini Productione hujuſmodi incommoda occurrunt; Sed Prioris Merlini Exemplaria ſibi magis cohaerere, magis doctum hominem ſapere, ſibique magis conformia invenimus. Tres Alterius, quas dumtaxat vidimus, Editiones, inter ſe diformes, & variantes innumeris in locis reperimus. Quapropter Prioris potius Merlini Exemplaria nobis ſequenda propoſuimus, ita tamen, ut iis in locis, in quibus haec eadem corrupta apparent, quam inepti cujuſdam Literatoris Commenta, quod ex altero Exemplari aptius viſum eſt, tamquam genuinum Auctoris partum maluerimus inſerere, vel additis rationibus in Notis, quare locum illum reſpuimus, vel cum ſatis clara res viſa eſt, Lectorem ad Calcem libri, tamquam ad loca ab Auctore rejecta, vel certe rejicienda, remittimus, quoniam Typographo viſum eſt, ea ad calcem Libri colligere, ne cauſari ab aliquo poſſit, mancum, et mutilum a nobis Merlinum exhiberi.

Sic itaque quiſque ſtatuat, emendatius certe, et perfectius a nobis Opus proferri. Quod enim in priori Exemplari, quod anteponimus, corruptum quoquo modo, et aliena manu inſertum viſum eſt, illud rejecimus, et ex altero Exemplari ſupplevimus, quando iiſdem in locis genuinum illud videbatur. Corruptorum vero manus Operi admotae inditio nobis fuit, vel res eadem iterata, vel ſenſus mutilus, et imperfectus, vel narratio ſibi minus cohaerens, aut a reliqua Fabulae ſerie diſsona, vel verba ipſa, et res, ſi quando ejuſmodi alicubi ſe obtulerunt, ut Poëtae addita, non a Poëta clariſſime dignoſcantur.

Reſtat nunc, ut de Ornamentis, quibus Editionem hanc ſplendidiorem, & Lectori noſtro jucundiorem reddere conati ſumus, breviſſime differamus. De rebus Geſtis, & Scriptis Theophili Folengi Commentariolum quemdam Operi praefiximus, in quo certe nimis injurioſe ageremus, nimiſque alienae laudi invidi videremur, ſi ſpectatiſſimis Viris debitam laudem tribuere, & gratias a nobis omitteretur referre, Quorum opere,

&

& ſtudio quae de Praeſtantiſſimo Poëta vel omnia, vel potiora ſaltem ſcripſimus congeſta ſunt. Illuſtriſſimus, et Reverendiſſimus Joannes Auguſtinus Gradonicus Caſſinenſis olim Congregationis Alumnus, poſtea Clodienſis Epiſcopus, modo ad Cenetenſem Cathedram evectus, Patritio Sanguine praeclariſſimus, virtute, et optimarum artium ſtudio longe praeclarior, e graviſſimis Paſtoralibus curis animum ſubceſivis horis ſejungere non aegre tulit, ut quae de Teophilo noſtro ex innumeris luſtratis Bibliothecis, et Voluminibus evolutis, in ſuis adverſariis collegerat, liberaliter communicaret.

Eruditiſſimus praeterea, & de Literaria Republica optime meritus P. Joſeph Merati, Clericus Regularis, Articulos quoſdam inediti Operis humaniſſime eſt elargitus, quod incredibili ſtudio, induſtria, labore Typis paravit inſcribendum: *Autori d'Italia maſcherati*, in quo, ut et ipſe innuit, et Florentiae duobus ab hinc annis, ejuſdem Operis in Foliis literariis edita Praefatione vulgari curavit, Anonimos, et Pſeudononimos libros diligenter perſequitur, et occultos debita cum laude detegit Auctores. Optamus autem illos ipſos Articulos edere, quales Vir Clariſſimus communicavit; cum hoc autem ab inſtituto noſtro abhorrere videatur, laudati Operis, quod per ſe utilitatem et eruditionem ſatis prodit, ſufficiat meminiſſe; dum nos etiam inter Perſonatos Auctores deliteſcentes, novum hunc nodum acutiſſimo Viro relinquimus diſſolvendum.

Operis ejuſdem nitori, amoeniorique lectioni, ex Notis pariter, quas addidimus, non modicum acceſſit; quarum majorem copiam deſiderabit forte quiſpiam; Earum abundantiam ſtomacho quis fortaſſe excipiet. Quae neceſſariae viſae ſunt, eas addidimus, pauciores fortaſſe, quam par erat. Nihil, quod obſcurum nobis videretur, declarandum relinquimus, niſi quod antea fuerat a nobis declaratum. Omnium vero vel exigentiae, vel voluptati obtemperare non ſtuduimus; novimus enim illud, quod a nupero Poëta ſcriptum legimus:

Quante teſte, vi ſon tanti penſieri.

Propterea, ut omnium ſententiae ſatisfiat non eſt valde elaborandum; in iis praecipue Notis cunctati ſumus, quae ad Urbis noſtrae vetera monumenta, et hiſtoriam declarandam pertinent, eo naturali amore ducti,

quo

Digitized by Google

quo quiſque erga Patriam fertur. In obſcurioribus vero id dumtaxat praeſtitimus, quaeque plerumque ignorantur. Qua in re maximo nobis auxilio fuere Scripta aliquot ab Excellentiſſimo Equite, Intimo Imperialium Majeſtatum Regio-Apoſtolicarum Cubiculario, S. R. I. Comite, et Viro praeſtantiſſimo, qui ſeverioribus ſtudiis, quibus impenſe vacat, ſubceſivis horis intermiſſis, Patriae vetera monumenta, peculiari animi ſui oblectatione, ab antiquitatis injuria diligenter vindicare conatur, ita, ut juvenili aetate uberrimos horum ſtudiorum aſſiduitate fructus maturioribus annis univerſae literariae Reipublicae, Patriaeque ſpondeat, Joanne Baptiſta Arci Comite, ex Marchionibus Ardizzoni, et Comitibus Chiepiis, humaniſſime nobis communicata.

De Orthographia tandem, qua uſi ſumus, & de Vernaculo Lexico ad finem Operis addito aliquid hic poſtremo dicamus. Exactam Orthographiam ſervare in opere Macaronico non jam difficile, ἀλλὰ ἢ ῥᾳδίων Eruditis apparebit. Nam cum vernacula verba latinis ſint inſerta, nullam vero regulam, vel in ſcriptione, vel in pronuntiatione Linguam noſtram ſervare notiſſimum ſit, ubi nulla adeſt lex, legem ſervari non poſſe, aeque notum eſt. Neque legem illam apud Scriptores omnes celebrem, et uſitatam nobis metipſis in hoc opere praeſcribere potuimus, ut videlicet qua ratione verbum aliquod, de quo dubitatur, ſemel ſcribitur, eadem ſemper ratione ſcribatur. Cum enim Macaronicum Carmen in Verſus menſura non aliam adhibeat regulam, quam auris, ita verba ſcribi aliquando oportuit, ut ad Verſus quantitatem aliquo modo accomodarentur; in quo pariter uniformes eſſe minime potuimus, ne nimis abſona, et deformia in Orthographia cogeremur admittere: In iis, in quibus liberum nobis fuit, quantum Typographorum oſcitantia permiſit, Orthographiae leges ſervari curavimus.

Ad Lexicum quod attinet, hoc ex ipſis Merlini Vocabulis contextum certe non ſine ſumma induſtria, & ſtudio elaboravimus; quod ad Calcem Operis, tamquam linguae noſtrae monumentum duraturum, praeſtitimus, ut omni tempore, omnique aetate faciliorem aditum ad perfectam Auctoris intelligentiam ii omnes inveniant, qui procul a Mantua degentes, ſermonem Mantuano Vernaculum non abſque magna quidem difficultate

per-

Digitized by Google

percipere poſſunt. Hoc pariter nonnullis aliis vocibus, ac verbis auximus, quae apud Ruſticos praecipue, & rudiores uſu frequentiora deprehendimus; quorum omnium tum Etruſco vocabulo, tum Latino ſignificationem explanavimus, adeoque Lexicum noſtrum Manuano-Vernaculum, Etruſco-Latinum placuit appellare.

Haec ſunt, Amice Lector, quae te monendum putavimus. In hoc Opere expoliendo, induſtriam, et conatus noſtros aequi, bonique facient ii, quibus, in aliorum contemptu propriam laudem ſitam eſſe, animus minime perſuadet. Sj vero in aliquem hujuſmodi Literatorum Liber iſte fortaſſe offenderet, illud hic lubet uſurpare, quod Merlinus noſter Operi ſuo praemittendum paravit:

Libriculum quicumque capit, quem perlegat, iſtum
Ceſſet, ſi naſum Rjnocerontis habet.

DE
THEOPHILI

D E
THEOPHILI FOLENGI
REBUS GESTIS, ET SCRIPTIS.
CAPUT PRIMUM.
§. I.
Theophili Folengi genus.

FOrum, qui ante nos vixerunt, res geſtas litteris tradere, operae pretium ſemper viſum eſt, quotieſcumque aliquid praeſeferant memoria dignum: quidquid enim laudabile, & praeclarum geſſerunt, ad virtutem animos acuit, & accendit; quidquid minus laudabile in iis notatur, a periculis, per quae in vitium declinaſſe, per quamdam veluti ſemitam, videntur, animos avertit, atque ad ea evitanda efficit ſagaciores. Quae de Theophilo Folengo e Vetuſtatis injuria elapſa, atque a pluribus, quae circumferuntur figmentis ſecreta, memoriae prodimus, non omnia quidem ea laudabilia apparent; ſed nos prudentiores efficiunt pericula, in quae ipſe incidit; atque ad virtutem alacriores poenitentia, qua Juvenilis vitae maculas, non quidem ſenili, ſed firmiori aetate deterſit.

Folengae gentis vetuſtatem, e tenebris erutam, in lucem prodere in primis optimum judicamus; tum quia res ſatis obſcura; tum quia, quae vetuſtatem ſapiunt, nunc temporis in deliciis magis habentur; tum denique, quia, ut antea

Digitized by Google

quam quis fuerit Folengus noſter appareat , unde fuerit innoteſcat.

Familiae ſuae vetuſtatem Theophilus ita declarat , ut etiam, quibuſcumque aliis deficientibus, inde ſolum clariſſime comprobetur . Ad finem enim Macaronices tertiae Vetuſtiores aliquot Familias commemorans , propriam familiam vetuſtatis nomine laudat , quod indicio eſt , eam inter vetuſtiores vetuſtiſſimam fuiſſe : ibi enim ita canit Poëta:

Vivat & Hyppolitus, nigra Stirps vetus inde Folenga.

Jure autem Folengam Familiam propter ejus vetuſtatem commemoraſſe Poëtam, inde apparet, quod Andreas a Schivenolea Mantuanus Civis , qui ſaeculo decimo quinto *Chronacam* quamdam , aut potius commentaria quaedam manuſcripta reliquit , in quibus ſuorum temporum Hiſtoriam texit , eidem aliam *Hiſtoriam brevem Mantuanarum*, ut ipſe ait, *Familiarum* praefigens , de Folenga Gente , ita ſcribit „ Queſti Folenghi ſono ſtati ſempre ab antico bon „ Cittadini : vivono de ſoe Entrade , & le ſoe Stanze ſi „ era a mezzo il Borgo di S. Jacomo. “ Sed non alio clarius Folengæ Nobilitas, & Vetuſtas eruitur, quam ab Marco Andrea Zucchio Archipraesbytero, qui in quodam manuſcripto , quod ab Eruditiſſimo Concive Noſtro Joanne Maria Galeotto, aſſervatur , ex authenticis monumentis de Mantuanis Familiis late diſſerit . Inediti Operis titulus eſt hujuſmodi „ Delle Famiglie di Mantova , e loro Origini , „ deſcritte da Andrea Schivenoglia l'anno 1467. con ag- „ giunta copioſa d'altro Autore di quelle viventi dopo l' „ an-

„ anno 1630, e ſucceſſivamente delle antiche, e moder-
„ ne Famiglie di Mantova, raccolte per ordine Alfabeti-
„ co dall'Arciprete Marco Andrea Zucchi l'anno 1673, e
„ delle Cariche, che ne'tempi indicati illuſtrarono le Per-
„ ſone de'menzionati Caſati".

Ex hoc opere, ſumma Diligentia elaborato eruitur, Azzonem de Folengis Anno Aerae vulgaris MCXIX, Teſtem adſtitiſſe, dum Manfredus Mantuanus Epiſcopus pro Monacis Padolironenſibus ſententiam diceret. In Diptycis praeclariſſimi, & vetutiſſimi ejuſdem Coenobii (quod Zucchius omiſerat, & legitur in quadam epiſtola Typis edita ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Joanne Auguſtino Crodonico Clodienſi Epiſcopo in recentioribus memoriis italicae litterariae Hiſtoriae inſervientibus,) (*Tom. II. pag.* 41.) *quae* ante annum MCL ſcripta ſunt ſub Abbate Willelmo II, nomen reperitur Opizzonis de Folengis inter illos, *qui de Mantua fecerunt fidelitatem Monaſterio*. Raymundus Opizzonis filius (Opizzonis fortaſſis mox enunciati, quem Zucchio, ex enarratis Diptycis ſupplevimus) annis MCCXVII, & ſequenti fuit Eques Juſtitiae, quo anno Bonagiunta Folengus Judiciis praeerat. Anno MCCLXXII. Boninſegna Folengus, quum Civitatis Conſilio intereſſet, foederi pariter interfuit cum Marchione Eſtenſi inito. Tandem MCCCXXVIII Marius Folengus, illi interfuit Conſilio, in quo, poſt Paſſerinum de Bonacolſis Mantuae Tyrannum, occiſum, in Populi Caput, & Mantuae Dominum, Aloyſius a Gonzaga fuit ſumma omnium Ordinum Conſenſione electus. Quoniam vero tam diligenti ſtudio Folengorum Genus deſcribit Zucchius Archipraesby-

ter, ut facile ex ipſo mutuam hominum conjunctionem, & ſucceſſivam unius ex alio feriem dignoſcamus; ejus ductu ab ineunte faeculo decimo quarto, ad dimidium faeculi decimi ſeptimi, in quo Gens Folenga eſſe deſiit, Geneologicam Arborem, ſeu Typum Familiae ejuſdem, ad calcem ſubnectimus, addito commentariolo, partim ex memorato M. S., partim ex aliis monumentis deprompto, quod Familiam ipſam maxime commendat.

§. II.

Theophili nativitatis locus, dies, & annus.

THeophili Origine inſpecta, de ejuſdem ortu differendum. Locum, in quo Theophilus in lucem prodiit, Cipadam vel Cipatam fuiſſe, & Auctores ſuſpicantur, & ipſe aperte innuit pluribus in locis. Eſt autem Cipata, nunc locus quidam carens nomine; praeteritis autem temporibus oppidum non vulgare, prope Lacum Inferiorem, extra ſuburbium, quod nos a Divo Georgio nuncupamus, cujus vix aliqua ſuperſunt veſtigia. Amoenitate locus plurimum commendatur. In eminenti enim conſtitutus, ſenſim in proclive delabens, amoeniſſimis Viridariis ſe accommodum exhibebat, & plurimorum locorum, totiuſque Civitatis pulcherrimus inde proſpectus patebat. Afferit Epiſcopus Caſalenſis Scipio Agnellus Maffejus, Mantuae Hiſtoricus, (*Annal. lib.* 1. *c.* 2.) ibi Folengae gentis agros fuiſſe, & praedia. Ibidem natum eſſe Apoſtolus Zenus, Poëtam noſtrum ſuſpicatur in adnotatio-

tionibus, quibus librum illuſtravit inſcriptum „ Dell' elo. „ quenza Italiana del Fontanini". In hanc opinionem ductus propter eximias laudes, quibus Cipatam ſoepe extollit, (quae fortaſſe a probris, & conviciis, quibus eandem deprimit facile vincuntur) & quod Cipatam Baldi natalem locum eſſe conſtituat; quo Taſſonus allufiſſe, Cl. Viro videtur, ubi in celebri poëmate (*Secb. rap. C. 8. St.* 25.) de Folengo noſtro ità ſcripſit:

Latino onor de Mantovani verſi,
Per cui la Donna ſua Cipada agguaglia.

Cipatae vero Theophilum natum eſſe, citatus Agnellus firmiter aſſerit; quod ipſe expreſſe innuit, ubi ad finem Macaronices tertiae, ita ait:

Magna ſuo veniat Merlino parva Cipada,
Atque Cocajorum creſcat caſa baſſa meorum:
Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo,
Dante ſuo florens Urbs Tuſca, Cipada Cocajo.
Dicor ego ſuperans alios levitate Poëtas,
Ut Maro medeſimos ſ perat gravitate Poëtas.

Et ad finem Macaronices 25.

Nec Merlinus ego, laus, gloria, fama Cipadae.

Natali loco Theophili noſtri ſic conſtituto, de tempore dicendum ordine occurrit. Diem, in quo vitae curriculum arripuit ipſe teſtatur, non quidem in Macaronicis, ſed in alio opere, decennio poſt ab eodem in lucem edito, quod ab ipſo inſcribitur, *Il Chaos del Triperuno;* annum vero ubique ſilentio praeteriit, illumque aliis ex Monumentis deducemus. Ad hunc librum confugiendum eſt, qui dili-

diligentiſſime eſt inſpiciendus, ac plura de Theophilo noſtro, quae adhuc tenebris operiuntur, eluceſcant. In operis enim argumento, Poëta ſic teſtatur. „ Queſto Chaos in „ ſelve ripartito, la Vita dell' Autore, la quale in tre fog- „ ge, ſino a queſt'ora preſente col tempo ſe n'è gita, con- „ tiene". De Natalis vero ſui die, paulo poſt addit, natum ſe eſſe „ alli otto giorni, ed ore dodici di Novem- „ bre ſotto Scorpione, eſſendo allora grandiſſimo freddo " Quare in priori hac Sylva frigus exaggerat, quod tunc ſoeviebat, quum natus eſt, & naturam, ſibi, non matrem, ſed Novercam fuiſſe conqueritur.

Advertit itaque Cl. Apoſtolus Zenus, (*cit to lib. I. p.* 305.) in argumento praefati operis, aſſerere auctorem ſexto decimo aetatis ſuae anno, una cum veſte, ſe vitae inſtitutum commutaſſe. Quum vero Armellinus in Biblioth. Caſſinenſi, ex Theophili ipſius Chirographo, quem nos infra referemus, & Brixiae in Divae Euphemiae Coenobio aſſervatur, teſtatur, Theophilum, Divi Benedicti Regulam profeſſum fuiſſe VII Kal. Julii MDIX, ab hac die ſexdecim annos regrediens, ejus nativitatem conſtituit, anno MCCCCXCIII Sed diligentius advertendum eſt, Theophilum, decimo ſexto aetatis ſuae anno, habitum commutaſſe, non profeſſionem emiſiſſe. Si itaque anno MDIX Divi Benedicti Regulam profeſſus eſt; anno MDVIII Divi Benedicti habitum induit. Verum rem accuratius adhuc perpendendo, quum ejus, menſe Junio Profeſſio inciderit, & ſub diem Natalem Domini, ut paulo poſt oſtendemus, habitum commutaverit; neceſſario inferendum, contigiſſe ad finem anni MDVII. Qua propter quum

tunc

tunc temporis annos ſexdecim natus eſſet, ſi expletos illos dicamus, quod veriſimilius videtur, anno MCCCCXCI ejus nativitas contigit; ſi nondum expletos, ſed vix incoeptos, quod non videtur ſupponendum, anno MCCCCXCII Theophilum natum eſſe, aſſerendum.

CAPUT II.

Quae Theophilus geſſerit, dum vitam egerit.

§. I.

Theophili Pueritia, Studia, & in Religionem ingreſſus.

CIpatae itaque natus, ut modo conſtitutum a nobis eſt, anno MCCCCXCI, ſexto Idus Novembris, Theophilus Patrem ſortitus eſt Fridericum, & matrem Paulam, ut ab ipſo eodem habemus, & infra conſtabit, ipſique Hieronymi nomen in ſacro Baptiſmate impoſitum. Matris ſuae Familiam penitus ignoramus. Acris, promptique ingenii indicia, a primis annis eum exhibuiſſe, non eſt ambigendum. Puer adhuc, cuidam Sacerdoti inſtituendus, a Patre traditus eſt, in agro Ferrarienſi commoranti. Nondum ab ephebis exceſſerat, & jam poëſi ſe eſſe natum oſtendebat, & verſus ſumma edebat facilitate: de iſthac ſua aetate adducto in opere, Dialogo primo ipſe teſtatur „ non mi ritraggo a dir- „ ti alquanti verſi, da me, ancor fanciullino composti, tro- „ vandomi ſu quello di Ferrara in certa Villa, mandato da

„ mio

„ mio Padre, per imparare lettere appreſſo di un Prete, lo „ quale molti Scolari tenea ſoggetti ".

Tradunt Tomaſinus, aliique paſſim, Theophilum politioribus litteris jam excultum, Bononiam a Patre miſſum, ubi ſeverioribus diſciplinis, ſub Petro Pomponatio Mantuano ſummo Philoſopho, & Medico inſigni, operam dedit. Verum quum res nullo innitatur fundamento, neque affirmari id, neque negari prudenter poteſt. Quod certum eſt affirmari quae poteſt non haeſitanter, illud eſt, Theophilum fuiſſe omnibus, tum amoenioribus, tum gravioribus diſciplinis adprime excultum, brevi, & mirifice in optimarum artium ſtudiis, quocumque uſus ſit Inſtitutore, ipſum profeciſſe; & adoleſcentulo adhuc Italicorum Poëtarum lectionem in deliciis fuiſſe, & de ſe ipſo ab eo dictum videri, quod de Baldo ſuo cecinit Macaronice ſecunda, ubi ait:

Ergo Scholam Baldus laetanter pergere coepit,
Inque tribus magnum profectum fecerat annis.
Jam quoſque libros velociter ille legebat;
Sed mox Orlandi naſare volumina coepit:
. . . .
Orlandi ſolum, nec non fera bella Rinaldi
Aggradant &c.

Sexto decimo aetatis ſuae anno, Theophilus, ut ſupra dictum eſt ipſo afferente, una cum veſte, vitae inſtitutum commutavit. Addendum hic eſt, qua ratione moti aſſeruimus, circa Dominici Natalis tempus id eveniſſe. In aliquibus verſibus laudati Operis *Chaos* inſcripti, (in eo enim modo ſolutam, modo metricam orationem uſurpat: modo nar-

narratione utitur, modo Dialogos intexit) in quibus de proprio in Religionem ingreſſu verba faciens, haec habet:

Era quella ſtagion, quando Aquilone
Dall' Iperboree cime ſibilando,
In vetro i fiumi, in latte cangia i Monti:
Cacciomi dentro un boſco tutto ſolo;
Tanto v' entrai, che al fin mi vi compreſi,
In le Capanne de' Paſtori giunto.

Quod vero de ſe ipſo hic verba faciat, inde liquet, quod ſi literae, quae cujuſvis verſus initium conſtituunt ſucceſſive legantur, haec verba conſurgunt: *Divi BenEDICTI Regula, ſub quam ipſe militaturus ingredior, pientiſſima, & Evangelica eſt.* Hyemali tempore itaque, in ſolitarium nemus ingreſſus, in Paſtorum mapalia commigravit. Prope Dominicum Natalem, & quod veroſimile videtur, ipſis diebus Natali Dominico Sacris, id contigiſſe ex Italico Epigrammate, aliiſque carminibus, quae ſequuntur, clariſſime apparet. Atque inde eſt, quod ſexdecim integris annis, tempori detractis, anno MCCCCXCI Theophilum vitae primordia traxiſſe ſupra aſſeruimus. Dicendum itaque non ſine ratione videtur, ipſum ad finem Decembris anni MDVII fuiſſe in Religionem ingreſſum. Eodem enim anno V Non. Octob. Joannes Baptiſta, Theophili noſtri Frater, natu major, de quo infra in adnotationibus ad Geneologicum Typum, Monaſticam profeſſionem emiſit. Neque a veritate abhorret, Eidem Theophilum adfuiſſe, & juvenili animo ſacra, & vere pientiſſima caeremonia commoto, & in Religionem accenſo, ſine

mora propriis compoſitis rebus, Fratris veſtigia eodem cadente anno ſequutum fuiſſe.

Clarius vero hoc ipſum confirmat de Dominici Natalis tempore ad novum vitae genus capeſſendum ab ſe ipſo electo, in argumento obſcuri operis jam ante a nobis adducto. Verba referemus, ad alia enim quae modo dicenda ſunt viam ſternunt, ſu quel principio, ch'egli preſe a far vi-
„ ta comune cogli altri Paſtori, trovò Criſto Parvolino
„ entro il preſepio collocato; ma col tempo poi, per ca-
„ gione di... (ma non voglio parlarne chiaro, che ancor e-
„ gli và più riſervato che ſia poſſibile) traviato, ſi miſe
„ a ſeguire una Donna belliſſima, la quale ſopra un sfre-
„ nato Cavallo gli ſcampa innanzi per trarſilo drieto al
„ precipizio d'ogni perdizione: nè chi ſia queſta Dongel-
„ la, nè dove finalmente lo conduceſſe voglio manifeſtar,
„ ſe non nell'orecchia dicendolo". Haec vero omnia, quae obſcure ipſe, & per aenigmatum ambages obvolvit, non ad aurem, ſed palam, ex ipſis Theophili operibus, et ex ejus temporis hiſtoria conjicientes, trademus.

Menſes duo de viginti in propoſitae vitae experimentis perſtitit, & VII Kal. Julii ſequentis anni, nempe MDIX Religioſam edidit profeſſionem, cujus ecce exemplar jam a nobis promiſſum.

In Nomine Dñi Noſtri J. C. Amen. Anno a Nativitate ejuſdem, Milleſimo quingenteſimo nono, die vigeſima quarta menſis Junii. Ego Domnus Theophilus de Mantua promitto ſtabilitatem meam, & Converſionem morum meorum, & obedientiam ſecundum Regulam S. Benedicti coram Deo, & omnibus

nibus Sanctis, quorum Reliquiae habentur in hoc Monaſterio Sanctae Euphemiae de Brixia. In praeſentia Domni Bartholomaei de Bergomo Abbatis ejuſdem Monaſterii ſub Congregatione Caſſinenſi, alias Sanctae Juſtinae: Ad cujus rei fidem hanc petitionem, manu propria, ſcripſi, die, quo ſupra.

§. II.

Theophili errores.

ILluſtrium virorum lapſus, ſi qui acciderint, ab hiſtoria occultari nefas eſt; nos enim, ut ſupra dictum eſt, prudentiores efficiunt ad evitanda pericula, in quae illi inciderunt. Qua propter praecipit hiſtorico Tullius libro II. de Orat. illud in primis obſervandum: *ne quid falſi dicere audeat, ne quid veri non audeat*. In primo Theophili in Religionem ingreſſu, Joanne Cornelio inter majores Religionis Proceres res dirigente, pietatis ſtudium, mira pace conjunctum, in omnibus efflorebat; qua propter in *Triperuno* ſub Cornagiani nomine ſummis eum laudibus extollit, ejuſdemque fatum deflet. Verum, quum Ignatius quidam Squarcialupus, optimis artibus ſatis excultus, mirifice tunc temporis gratia apud plurimos, & auctoritate valeret; quum ad ſublimiores Magiſtratus capeſſendos perveniſſet, in univerſa Congregatione ad perpetuum ſibi Dominatum vindicandum, omnia moliri, atque a Religionis, & pacis ſtudio animos coepit avertere iis artibus, quae in latina hi-

Digitized by Google

ſtoria Patavini Coenobii Sanctae Juſtinae Jacobus Cavaccius Monacus late deſcribit lib. VI, qui tamen non ſine manifeſto errore rem narrat, diverſo tempore contigiſſe.

Inde ſi Theophilo credendum eſt, qui ita cecinit Ecl. 6.

Corneus hac animam profudit ſorte Joannes

dolore, & moleſtiis fractus Cornelius fato ceſſit Bragliae, vel anno MDXIV cadente, vel poſteriori vix incoepto, Squarcialupi iniquo animo, & fraudibus abunde ſumma cum animi aegritudine perſpectis: Quamvis ille nondum effrenatae ambitionis virus aperte omnino effuderit; ſed Comitiis Generalibus ibidem habitis anno MDXXI effundendum potiſſimum reſervavit; quod ex Capitularium Epiſtolarum Regeſtis, quae in Padolironenſi Monaſterio aſſervantur manifeſte eruitur. Mirum quot tumultus, & turbas Ignatii Florentini ambitio excitaverit: Mirum quot in ipſo Religionis portu tempeſtates exortae. Summo dolore perculſi ſaniores: ſummo libertatis ſtudio accenſi plures: ſumma indignatione accenſi omnes. Odio haberi coeptum eſt jugum illud, quod antea diligebatur, & ſanctiſſimus ille Coetus, virtutumque omnium lyceum, a ſe ipſo prorſus diſforme, ſemetipſum amplius non cognoſcebat.

Propterea, poſtquam citato loco dixerat, D. Benedicti Regulam *pientiſſimam eſſe*, *atque Evangelicam*, literis eodem modo carminum initio diſpoſitis, ſubdit. *Verum Ignatii Florentini tanta ambitio, ut illa puritas animorum penitus deciderit*, & alibi pariter initio carminum literis diſpoſitis: *Ignatius Squarcialupus Florentinus deſtructor Religionis D. Benedicti Laurae ſibi nomen vindicavit, at Larvam*

illum

illum appellandum eſſe cenſemus. Illum propterea pictum ſuſpicamur in quodam Abbate, quem ficto *Griffaroſti* nomine in Orlandino perſequitur.

Tot tempeſtatibus actus, Theophilus ipſe naufragium ſubiit. Ut praemiſſum a nobis eſt, iniqui fortaſſis amici ſuaſu, aut exemplo, formoſae mulieris amore captus, in perditionis barathrum vergit. Duo hic quaerenda. Alterum, an libertatis ardore Religioni terga verterit, & veſtem depoſuerit. Alterum, quae fuerit mulier illa, quae Theophilum illecebris irretivit. Primum quod attinet, coniici videtur ex ultimis verſibus, qui Capitulum quartum Orlandini claudunt; & multo clarius ex Dialogo, quem *Triperuno* interſerit, & Trium Aetatum Dialogum ipſe inſcripſit. Interloquutores inducit matrem nomine Paulam, ſororem (quae ei, tum ſanguine, tum habitu ſoror erat) nomine Coronam, neptem Liviam nomine. Ibi poſtquam dixit Corona, ſe Theophilo eſſe, *doppia ſorella*, *carnale*, *&* *ſpirituale*, ſic foeminae invicem colloquuntur:

„ Pa. carnale ſi bene, ſpirituale non già.
„ Co. la cagione?
„ Pa. ſi ha gittato il baſto da doſſo l'Aſinello.
„ Co. e rottoſi il Capeſtro.
„ Li. e tirato di Calzi.

Quid ſibi haec velint, viderint Eruditi accurate ſingula perpendentes. Quaerendum ſupereſt quaenam fuerit mulier illa, cui Theophilus animum addixit. Quae ſupra a nobis relata ſunt: „ ſi miſe a ſeguire una Donna belliſſima, „ la quale ſopra un sfrenato Cavallo gli ſcampa innanzi "

a Cl.

a Cl. Zeno allegorice intelliguntur, & mulierem illam, Voluptatem fuiſſe aſſerit, cujus illecebris illectus Theophilus a recto tramite declinavit. Id autem prudenter magis, quam vere, ab Eruditiſſimo Viro dictum cenſemus. In literis ſiquidem initialibus cujuſdam cantiunculae, quam *Triperuno* innectit, nomen Amaſiae exprimit. Immediate vero, poſt eandem cantiunculam haec habet „ *Triperuno* mio, „ vero è, che lo eſſermi dalla comune noſtra Compagnia „ diſtratto, potevati accertare, che da me dovevaſi far „ coſa, la quale foſſe da eſſere ſecreta. Io (come ſentiſti) „ cantai teſtè teſtè una Canzone. Li capoverſi, non vorrei „ già, che uomo del mondo aveſſe notato: che il gentiliſ- „ ſimo ſpirito, di cui ſono tempo fa umile Servitore, non „ men ha cura dell'onorevole ſuo ſtato, che del comu- „ ne obbietto di queſto noſtro amore". Hic itaque habemus, non ab allegorica, ſed a vera muliere fuiſſe captum, atque eandem illam fuiſſe, cujus nomen ſupra expreſſerat. Idem vero nomen exprimunt literae ſingula verba diſtici cujuſdam incipientes, alibi inſerti. Quum vero non vulgaris, ut recitata verba innuunt, at adhuc florentis familiae agnomen mulier praeſeferat, ita illud tenebris relinquimus involutum, quemadmodum a Theophilo relictum fuit; quamvis fortaſſis diverſa e gente eodem diſtincta agnomine, oriri mulier potuerit.

§. III.

§. III.

Quid egerit Theophilus a Religione abſens, ejuſdemque ad bonam frugem converſio.

POſt annum MDXV, quo Cornelius obierat, ante vero annum MDXVII, quo primum Macaronices liber in lucem prodiit, Theophilus a verae pietatis tramite receſſit: initio vero anni MDXXVII ejuſdem, per poenitentiam converſio ſubſequuta eſt. Donec deſipuit, huc illuc vagari ſolitum fuiſſe veroſimile putamus. Venetiis enim, anno MDXXII extitiſſe, certum ſit ex quodam Italico Epigrammate in *Triperuno* inſerto ad Ducem Venetum Andream Grittum, quo anno Grittus ſummo Reipublicae Magiſtratu potitus eſt. Certum pariter eſt, ſub Julio II eum Romae fuiſſe, ut ex *Cap.* 5. *St.* 27. Orlandini compertum eſt. Anno tandem MDXXVI Venetiis iterum extitiſſe teſtatur ejuſdem Operis editio, quae primum eo anno typis commiſſa eſt. Anno vero MDXXVII, quum alterius Operis ſaepius a nobis memorati, quod *Chaos*, aut *Il Triperuno* appellatur editio ſit ſubſequuta; initio ejuſdem anni, reſipuiſſe, non imprudenter aſſeruimus.

Primis erroris ſui temporibus ad Macaronicos verſus ſe recepit. Aſſerunt aliqui, quibus fundamentum exhibet ipſe Theophilus, ſe elegantiſſimo Poëmati latine ſcribendo dediſſe; ſed ab invidis aliquibus e ſententia dejectus, ad Macaronicum Carmen ſe vertiſſe (*Tomaſin. Ill. Vir Vitae T. II.*)

Di-

Dicunt alii, elegantiſſimum hujuſmodi Poëma Theophilum ad finem uſque perduxiſſe, illudque Mantuano Epiſcopo acerrimi Judicii Viro, cujus familiaritate fruebatur, communicaſſe. Gratulatus eſt Epiſcopus, aſſerens, Theophilum, majeſtate, & dicendi elegantia, Virgilium omnino adaequaſſe: qua major laus nulla dici poterat. Dum vero Theophilus fixum animo haberet, velle ſe Poëtarum Principem ſuperare, eique Principatum eripere, elaboratum Poëma igni comburendum tradidit, & ad illud ſcribendi genus ſe vertit, in quo omnium Princeps, ab omnibus omnino ſalutaretur (*Armelin Bibliot. Caſſin. P. II. p.* 185.) Huic opinioni ſuffragari videtur Theophilus ipſe, ubi toties epiphonema illud repetit:

Namque vetuſta nocet laus nobis ſaepe Modernis.

Quod ſaepius uſurpat ad finem Macaronices 25.

Inveterata nocet laus nobis ſaepe Modernis.

. . . . ſola datur laus magna Vetuſtis.

Hanc opinionem aperte videtur inſinuare in proëmio Moſchaeae, in illis praecipue carminibus:

Illius heu fruſtra doctas captare ſorores
Speravi, & multa laude tenere Polos.
Nil fuit evigiles ſtudio concludere noctes,
Poſtquam tot menſes abrogat una dies.

Eſt mihi vero perſuaſum, nunquam Theophilo fuiſſe propoſitum Virgilium ſuperare; quod intolerabilis ſuperbiae, & imperitae mentis eſſet indicium. Se quidem in latinae poëſeos gravitate, & dulcedine ſumma cum laude ab ineunte aetate exercuiſſe; nihil ominus, ut optime ait Gravina,

vina,' (*della rag. Poet.* §. 44. *pag.* 68.) voluiſſe potius in ludicro dicendi genere Principatu potiri, & Primas tenere, quam in gravi, & ſerio Secundas, & inter Imitatores, & Sectatores numerari. Ad nobile, & ſerium Poëma voluntatem illi defuiſſe, non vires; quod ex ejus doctrina, inventione, & concipiendi felicitate, & vi, conjici facile poteſt; & mentis nobilitate contendiſſe novum dicendi genus cudere Fidentiano oppoſitum. Fidentius enim latina verba Italicae dictioni, Merlinus Italica latinae orationi intermiſcet, & inſerit.

Doneſmundus noſter in Mantuana Hiſtoria Rerum ad Eccleſiam ſpectantium (*l.* 7. *P.* 2. *p.* 171.) narrat, Theophilum adhuc adoleſcentem, dum Bononiae ſub Pomponatio Philoſophiae vacaret, Franciſci Doneſmundi Concivis, & Condiſcipuli ſui ſuaſu, carmen illud compoſuiſſe, quod immortale illi nomen comparavit. Addit Vigaſius Cocajus Maronices Editor, Baldi nomine, Franciſcum eumdem, ſtrenui animi adoleſcentem ſibi amiciſſimum, adumbraſſe. Alia vero Poëmatis nomina, aliis pariter, pro uniuſcujuſque indole, adoleſcentibus amicis ſuis adaptaſſe. Quum Pater illum haereſi infectum a Pomponatio hauſta deprehendiſſet, domo ejecit; quo caſu perculſus Theophilus, militiae nomen dedit, at deinde Fratris exemplo commotus Monaſticae ſe vitae addixit.

Hiſce pariter fabellis, a Vigaſio depromptis fundamentum aliquod praebuit ipſe Theophilus. Dum enim Macaronicem ſcribebat, quae calamo liberius exarabat, viro Religioſis inſtitutis adſcripto, vehementer diſplicebant. Hinc ſe ipſum totis viri-

bus occultare. Hinc ſe Laicum deſcribere, ut Macar. 7.

Attamen ut facimus nos Laici, ſaepe malorum
Religioſorum culpa, mordebat bonorem,
Sanctorumque decus Patrum.

Hinc tandem, ſe prima florentem adoleſcentia oſtentare, quum viceſimum quintum circiter ageret aetatis annum.

Et mihi, ſum quamvis adoleſcens, drizzat orecbias.

Et toto hoc ipſum innuit Moſchaeae prooemio, ſe puerum annuntians. Firmum tamen ſit quod ſupra a nobis dictum eſt, non niſi poſt aliquot Religioſae vitae annos, operi Macaronico Theophilum manum admoviſſe; non niſi poſtquam a Religione deſcierit, illud typis vulgaſſe. Cetera quae ab Auctoribus traduntur, inter fabulas amandentur.

Scribendi, & vivendi methodus a Theophilo arrepta, Bonis omnibus diſplicebat, & novae quotidie ad ipſum querelae, & convicia in ipſum prolata, deferebantur. Calamum itaque iracundia commotus rurſus arripuit, & acriori ſtilo Poëma conſcripſit hoc titulo: *Orlandino per Limerno Pitocco da Mantova compoſto*. De hoc opere tradit ipſe in Dialogo Trium Aetatum, inter ſcribendum a Typographis ei fuiſſe ſublatum, & duorum menſium ſpatio illud expleviſſe. Tribus tamen menſibus fuiſſe elaboratum tradunt carmina, quae in libri fronte leguntur:

Menſibus iſtud opus tribus indignatio fecit:
Da medium Capiti, notior Auctor erit.
Orlandum canimus Parvum, parvum inde volumen.
Si quid turpe ſonat pagina, vita proba eſt.

No-

Nomen induit Limerni Mendici, quia coeci inſtar, inquit Cl. Zenus (*loco cit. p.* 302.) baculo ferit quoquo verſus. Limernus, ſubdit ipſe (*pag.* 303.) iiſdem literis componitur ac *Merlinus*. Hinc *da medium capiti*. Syllaba, quae medium tenet, ad initium transferatur, *Merlinus* conſurget, atque adeo *notior Auctor erit*. Merlinus enim cognomento Cocajus nominis celebritatem jam tum erat adeptus.

Partim amore, partim iracundia percitus Theophili animus continuis fluctibus jactabatur. Amicos ſibi, & Patronos tum nominis celebritate, tum erudita, & jucunda conſuetudine comparaverat. Annus viceſimus ſextus ſextidecimi ſaeculi jam advenerat, quo anno Ignatius Squarcialupus acerrimus Theophili Inſectator ſupremum diem objit, ut narrat Armellinus in Bibliot. Caſſin. (*non anno* MDXX, *ut Nigrius refert in Hiſt. Scriptor. Florentin. p.* 336.) Divino afflante lumine, ut ipſe teſtatur, errorum ſuorum pertaeſus, eodem anno MDXXVI ſtatim a Squarcialupi obitu in Religionis ſinum ſe rurſus recepit. Annum aetatis ſuae triceſimum quintum vix tunc expleverat, & a Religioſis Fratribus peramanter exceptus novum ſcribendi, & vivendi genus inſtituit.

§. IV.

Quid egerit, & quouſque in Italia vixerit poſt converſionem.

IPſo converſionis ſuae anno, proprios deflens errores, eorum hiſtoriam edere inſtituit. Libellum itaque aggreſſus eſt, cujus titulus, & dicendi modus myſterium olent; ſed filum Accuratioribus ipſe paravit, quo coeca regentes veſtigia, ad veritatis poſſent cognitionem pervenire. Libellum inſcripſit, ut ſupra dictum eſt: *Il Chaos del Triperuno*. Optime obſervavit Fontaninus, (*Bibliot. dell' Eloq. Ital. p.* 303. *cum notis Cl. Zen.*) *Triperunum* ſe ipſum in hoc opere vocaviſſe, vernaculo loquens Mantuanorum more: Nam *tri per uno* Mantuanis idem eſt, ac *tres loco unius*. Tres enim Fulicas Folengae gentis Stemma Operi praefigit, hiſce interpoſitis literis M. L. T. F. quae ſignificant *Merlinus*. *Limernus*. *Theophilus*. *Folengus*. Tria nomina unum hominem exprimentia, tribus Fulicis denotatum.

In Opere Carmina, Cantus, Narrationes, Italica, Latina Macaronica commiſcentur, eſtque tribus partibus diviſum, quas Silvas ideo appellat, quod diverſi generis plura complectatur, qua ratione Statius, & Plures poſt ipſum, libros aliquot diverſi argumenti Carmina complectentes, Silvas appellarunt. Tenebras ubique opus praeſefert, & obſcuritatem: ſi tamen Silvarum argumenta, quibus ſaepius hactenus uſi ſumus, attendantur, manifeſtum fit, Auctorem, tri-

bus

bus libelli partibus, tres diverſos vitae ſuae ſtatus deſcripſiſſe. In hujuſce itaque Operis argumento Converſionis ſuae primordia, ita deſcribit: „ Criſto ſe gli ſcopre in
„ quel centro d' ignoranza della Selva terza apparendo, ed
„ indi ſmoſſo lo drizzia nel camino al Terreſtre Paradiſo
„ duttore: che per divina inſpirazione, conoſcendoſi egli
„ perdere il tempo ſuperſtizioſamente in quella ſeconda Sel-
„ va, ritornaſi alla ſincera vita dell' Evangelio primamen-
„ te a lui dimoſtrata ".

Quamvis initio tertiae Silvae, in quodam Italico Epigrammate innuat, ſe tunc in triceſimo fuiſſe aetatis anno, non tamen ita id intelligendum eſt, ut praeciſum aetatis ſuae tempus ſignificare ibi voluiſſe putandum ſit: Ad finem enim ejuſdem tertiae Silvae manifeſte ait, ſe tunc in medio vitae curriculo extitiſſe, quod quinto, & triceſimo vitae anno conſtituendum eſſe a Pſalmiſta didicerat Pſ. 89: *Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.*

Ad rectum vitae tramitem facile conjici poteſt, fuiſſe compulſum hortatione trium Virorum generis Nobilitate clariſſimorum, qui plurimum apud Folengum auctoritate valebant. Eorum enim nomina in fronte Silvarum ſuarum Initialibus literis deſcriptis innuit: FE. GO. quae literae Fridericum Gonzagam Marchionem V. ſignificant; CA. VR. nempe Camillum Urſinum. Tandem FR. GR. Franciſcum innuit Griſalconem. De memorato Urſino in eodem libello ſic canit:

. . . . ti moſtrerò quell' Orſo
Coll' Orſacchino tuo, che tien tua guida,

Per

Per ogni ſtrada, e periglioſo dorſo.
Non ſarà vento mai, che ti divida,
Stanne ſicuro, dal Governo loro,
Che la ſua luce altera nol conquida.

Ad marginem horum carminum ſic adnotatur „ Parla di Ca„ millo, e ſuo Figliuolo Paolo di Caſa Orſina “. Ex hiſce vero carminibus manifeſtum fit, Paulum hunc Urſinum ſub Theophili noſtri diſciplina extitiſſe: quod clarius etiam eruitur ex Dialogis, quos Joannes Baptiſta Chryſogonus Theophili Frater edidit, & *Pomiliones* inſcripſit, in quibus latinum Carmen habetur a Theophilo eidem Paulo Urſino directum.

Et quoniam de hoc carmine ſermo incidit, opportune notandum occurrit, in eo verſus aliquot contineri, in quibus optat Senenſi Intronatorum Academiæ adſcribi:

Oh mihi contigat, faveat modo Thuſcia coeptis,
Inter Apollineos numerarier Intronatos!

Unde manifeſtum fit, hujuſmodi Academiae Intronatorum nomen fuiſſe, antequam eidem Folengus adſcriberetur. Corrigendus itaque videtur Cl. Ab. Fabianus, qui Merlinum numerat, (intellige Theophilum Folengum) inter eos, qui hujuſmodi nomen illi Academiae primo tribuerunt in Erudito Opuſculo Inſcripto „ Memoria ſopra l'origine, ed In„ ſtituzione delle principali Accademie della Città di Siena “ (*p.* 8. *T. III. della nuova Rac. d'Opuſc. Scientif. Filolog. a Cl. P. Ab. Callogerà edita*).

Poſt editum *Triperunum* Operum ſuorum correctioni animum applicuit. Noverat enim Religioſus Vir, quot a ma-

maledicis, & ſcandaloſis ſcriptis, undequaque per Italiam diffuſis, poterant mala produci. Quo pluris ab omnibus fiebant, & in delitiis habebantur, eo acriori dolore moeſti Parentis animum feriebant, & eo vividiori deſiderio eos abolere omnino, & diſperdere, ſi fieri poſſet, ſtuduiſſet. Quod illi liberum erat, immediate ſuſcepit. Quoniam in Orlandino Luteraniſmum non nulla ſapiebant, & nimio aceto Inſectatorum ſuorum vulnera perfricaverat, Apologiam edidit ad ea quae imprudenter in Orlandino ſcripſerat, vel excuſanda, vel explicanda; & non nulla ex Septimo, integrum vero Octavum Caput abſcidit, quemadmodum in nonnullis Editionibus obſervatur.

Macaronices pariter Correctionem ſtudioſe aggreſſus eſt, & anno circiter MDXXX illam expleverat. Eodem anno menſe Octobri eam Fratri ſuo Franciſco edendam tradidit, & edita apparet ficto Editionis loco, *Cipatae apud Magiſtrum Aquarium Lodolam*: non appoſito Editionis anno, quam tamen editam fuiſſe Tuſculani apud Paganinum ſuſpicatur Zenus (*loc. cit. p.* 304.), qui ſolus hujus Editionis meminit, eamque jure vocat „ la migliore, la più „ rara, e la meno conoſciuta ". In libri fronte hoc tetraſticon legitur:

Tam ſibi diſſimilis, tamque alter habetur ab illo
Merlino, ut primum neſciat Auctor opus.
Cauſa recantandi fama eſt aliena, Malorum
Juditio, haud Vatis ſimplice morſa joco.

Editioni praecedit Italica Epiſtola ſub nomine Franciſci Folengi, in qua narratur, Auctorem „ perſuaſo dal con-

„ ſiglio

„ figlio di più perſone, e ſpinto da ſue particolari conſi-
„ derazioni ſi miſe a rivedere, e riformare le ſue Maca-
„ roniche; e poſponendo altra più lodata ſua opera inco-
„ minciata (fortaſſis de Humanitate Chriſti Poëma) ſi die-
„ de a ſoddisfazione altrui, e con ſuo cordoglio intorno
„ a queſto da ſe odiato volume". Macaronicem igitur perfectiorem reddidit, & jucundiorem: quis vero crederet? quae poſteriori tempore Editiones ſubſequutae ſunt, hac perfectiori, & jucundiori neglecta, una dempta, & altera, quas nos infra referemus, omnes ad unam Prioribus, quae acriori, & liberiori ſtylo ſcriptae erant, minus perfectis, & minus jucundis inſtiterunt; quod ſatis oſtendit, illud verum eſſe.

Sai che là corre il mondo, ove più verſi
Di ſue dolcezze il luſinghier Parnaſo.

Imo in ſuſpicionem inducimur, Macaronices Opus ad finem ſaeculi decimi ſexti in Corruptorem aliquem miſere incidiſſe, qui illud omnino deturpaverit. Movet ad id judicandum plura prorſus inepta, & erudito viro indigna, quae in poſterioribus Editionibus partim inferuntur, partim adnotantur. Hinc Romana cenſura Merlini Cocaj opus jure confixum fuit, limitatione tamen appoſita: *Donec corrigatur*. Editionem itaque noſtram, quae correctiones ipſas ab Auctore ſaniori conſilio adhibitas, oculis ſubiicit, illiſque ſe conformat, à cenſura immunem optimo jure cenſemus.

Exemplar ſic correctum Franciſco Fratri tradidit XIII Kal. Novembris Anno MDXXX, ut ipſe teſtatur in memorata Epiſtola Operi praefixa, deinde Anconam ver-

fus

ſus gravioribus ſtudiis operam daturus iter arripuit.

Viſum eſt aliquibus, Anconam Venetiis tranſmeaſſe, in Siciliam deinde profecturus. Hinc decennio in Sicilia commoratum fuiſſe antequam Campeſium proficiſceretur, ad unum omnes ſtatuunt, qui de Theophilo ſcripſerunt. Nos vero nemini omnium poſſumus aſſentiri. Uſque ad Annum MDXXXVII ineuntem, eum in agro Brixienſi fuiſſe certum nobis eſt. In Caprenſi Caſſinenſium praedio amoeniſſimo prope Lacum Sebinum ſito, aliquot annis moram traxit, ibique locationis Chirographum quodam, ejus manu exaratum certiſſime reperitur. Modo in Caprenſi praedio, modo Brixiae vivebat pariter annis triceſimo ſexto, & ſeptimo illius ſaeculi, & hodie pariter notulae quaedam in Bibliam inſpiciuntur, editam a Farbenio anno MDXXXVI. Eorum, qui ad decennium producunt Theophili moram in Sicilia, nullam video eſſe rationem.

Haec vero ratio eſt, quare Pirrus, inter plures errores paucis verſiculis comprehenſos, cum veritate ſcripſit, *ad ſex annos* eum in Sicilia *fuiſſe relegatum*. Cum veritate inquam ſcriptum hoc fuit, ſi *relegati* nomine, miſſum intelligat procul a Patria. In Caprenſi itaque praedio, vel in Brixienſi Monaſterio, elucubratum a Theophilo fuiſſe grave, & ſacrum illud Poëma Italicum de Chriſti Humanitate jure conjicimus. Hujuſce Poëmatis prooemium dirigitur. „ Alli valoroſi Campioni di Criſto, e del Padolirone „ abitatori, “ quos ſic alloquitur. „ Non per altro, che „ per ubbidire quegli onorati Maggiori miei Baſilio, Teo„ filo, Leonardo, ed altri prudentiſſimi Uomini ſonomi

„ forſe ad una tanta impreſa con troppa baldanza rallentato, ſedendomi pure nella memoria quel loro ſpeſſe volte a me donato avviſo, che in compenſo de' miei più freſchi giorni ſi ridicoloſamente intorno al ridicoloſo Baldo gittati, vieppiù la penna, che la Zappa in queſta ſolitudine, ove mi ſto, affaticare debbia, come quelli, che molto bene iſperimentato hanno, le operazioni delle mani poco valere, ſecondo lo Apoſtolo alla Fabrica dello Spirito, il quale ſe d'altro diporto non ſi provede, che di teſſere ſportelle, egli tantoſto ſe ne vola colà, d'onde a rivocarlo è più che di Sanſone fatica.

Majores itaque, quorum Conſilio ſacro huic Poëmati animum adjecit, fuiſſe conjicimus Baſilium Leonem a Rotundisco (qui male confunditur cum Baſilio Leone a Mantua, pariter Padolironenſis Monaſterii Alumno, & Abbate, deinde Caſſinenſis Congregationis Praeſide) Leonardum Bevilaquam Pontremulenſem, Patavini S. Juſtinae Monaſterii Alumnum, & Theophilum Placentinum agnomine, Mediolanenſem Patria, Padolironenſis Monaſterii Alumnum. Hi tres, ideo a Theophilo ſuis nominibus referuntur, quia tribus ſucceſſive annis Caſſinenſi Congregationi praefuerunt, nempe MDXXX, XXXI, XXXII, quos annos circiter vel immediate poſteriores in Sacro Poëmate concinando inſumpſit, eoſdemque Auctores illi fuiſſe, ut idem opus aggrederetur, & ad finem perduceret, ut Juvenilium carminum ſcandalo ſacri Operis elucubratione occurreret.

§. V.

§. V.

In Siciliam proficiſcitur. In Italiam revertitur, & Campeſii moritur.

DUm Regis vicibus in Sicilia fungeretur Ferantes Gonzaga, cui, ut ait Armellinus, in paucis Theophilus carus fuit, in Siciliam profectus eſt, ad Monaſterium miſſus, cui S. Martini a Scalis nomen eſt, extra Panormum jacens. Suberat huic Monaſterio parvum aliud Coenobium, vetuſtate ſacrum, ſanctiſque viris acceptiſſimus receſſus, in quo plures virtutibus celebres obiere; quos inter Venerabilis Alexander Orbitonius Siculae Congregationis ultimus Abbas, *Sancti* titulo a pluribus Scriptoribus inſignitus, & Beatus Julianus Majalus, cujus multa cum laude meminit Abbas Pirrus, & Canonicus Mongitore in Bibliotheca Sicula. In ſolitudine locus eſt, amoenitate recreans, ſalubritate alliciens, vocaturque Coenobium Sanctae Mariae Ciambrenſis, *delle Ciambre*. Nunc omnino derelictum, & cujus aliqua exiſtunt veſtigia, rudis Eremicolae domicilium. Huic Coenobio Theophilus noſter praefectus fuit, quod ſatis inditio eſt, quae de viro tam inſigni apud ſuos Superiores eſſet opinio, & quam decipiatur Morerius, & alii, qui ejus auctoritate fulti ſcripſerunt, propter ejus Poëticum, & feſtivum ingenium, *ſes Religieuſes lui exciterent des Affaires facheuſes*. Hic ultra annum conſtitit, & altiores quaſdam Ilices, & formoſiores Cupreſſus pro Nym-

phis ſibi elegit, & etiam nunc temporis Arbores illae, vel eodem loco conſitae Nymphae Merlini vulgo nuncupantur. Quoniam ad Monaſterium D. Martini ſoepius ſe conferendi neceſſitas urgebat, ut cum ipſius Abbate colloqueretur; accidit quadam die, dum ad Monaſterium Ciambrenſe regrederetur, ut qua vehebatur Mula, plurimum illi negotium faceſſeret. Quo caſu commotus lepidiſſimam Epiſtolam ſtatim Falcheto ſcripſit familiari ſuo.

Leggiadram mea Stalla tenet Falchete cavallam &c.

Vix annum in Ciambrenſi ſolitudine permanſit, & illam relinquere, a Ferrante Gonzaga, ut ſuſpicamur evocatus, coactus eſt. Antequam amoeniſſimum illud domicilium deſereret, in cubiculi ſui pariete ſequens elegantiſſimum Epigramma inſcripſit, adhuc ineditum.

Dulce ſolum, Patriaeque inſtar, mea cura, Ciambre,
Accipe ſupremum (cogor abire) vale.
Vos rupes, atque antra, cavi, gratique receſſus,
Quodque horrore nemus, ſilva virore places.
Vos vitrei fontes, & amoris conſcia noſtri
Murmura, perpetuo vere, cadentis aquae.
Tuque mei teſtata gravem via longa laborem,
Tuque olim Sancto, Cellula culta, ſene:
Si veſtri curam geſſi, quidquamve peregi,
Quo facti Auctorem fas ſit amare boni;
Mantoum aeternis memorate Theophilon annis,
Sique meae vobis cauſa ſepulta fugae.

Sanctus ille ſenex, cujus hic meminit, eſt B. Julianus Majalus, quem ſupra nos memoravimus. Poſt nonaginta annos

vetu-

vetuſtiſſimum hoc Epigramma parieti inſcriptum legebatur. Sed pariete ob vetuſtatem collabente, in manuſcripta relatum eſt, & in Bibliotheca D. Martini aſſervatur.

Coenobium Sanctae Mariae Ciambrenſis reliquit, ut Panormi prope Ferrantem Gonzagam moraretur. Praeter plura alia, quae inedita reliquit, dum Panormi moram gereret, *la Pinta*, aut *la Palermita* Italico carmine conſcripſit. Quid ſit opus hujuſmodi, antequam aliud quidquam addamus, non eſt hic omittendum. Vocabatur *L' Atto della Pinta*, eo quod in theatrali repraeſentatione conſiſteret, haberi ſolita, in vetuſto Templo Sanctae Mariae e *Pinta* nuncupato, quod amplius non exiſtit. Magnum opus Creationis, & maximum opus Incarnationis in hoc Actu repraeſentabantur. Quam multa, quam varia, quam magnifica brevi temporis ſpatio oculis ſubjiciebantur! Caos primum tenebris involutum apparebat. Inde Terreſtris Paradiſi amoenitas, Angelorum incruentum praelium, Reproborum Ruina, Inferorum Baratrum, ſpectatorum animos in admirationem rapiebant. Videndum poſtea offerebatur varium Creationis Opus: primum lucis jubar, ſe ſe in orbem extendens, Coeli, terraeque aſpectus, Plantarum productio, Stellarum ortus, Solis, Lunaeque in coelo curſus, piſcium natatus, & ex aqua erumpentium ſaltus, Avium volatus, & concentus varius; ferarum hac illac, & animalium curſus, gratum ſpectatoribus, jucundumque ſpectaculum exhibebant. Hinc Primi Hominis creatio, illique Sociae Mulieris datae, eorumque lapſus, & expulſio. Haec prior pars erat. In Scenam deinde Humana Natura prodibat, quae divina Clementia,

tia, propriis calamitatibus remedium exorabat. Hinc a Deo Promiſſa per ſe ipſum primitus, deinde per Sybillas, & Prophetas enuntiata. Poſt ſaeculorum oracula, demum Archangelus Gabriel e Coelo labens adſpiciebatur; ejuſque cum Virgine colloquium, & diſputatio. Excepto Virginis conſenſu, Spiritu Sancto ſub Columbae imagine e Coelo labente, Natura humana, Angelorum Chorus, Sybillae, Prophetae, omnes denique, Divinae clementiae gratias concinunt.

Nemo non videt, nulli omnino Drammaticae Poëſeos legi, hic fuiſſe obtemperatum; at fateri pariter omnes neceſſe eſt, tantam rerum varietatem, & magnitudinem ob oculos poſitam, ſummae Spectatoribus eſſe debuiſſe jucunditati, & admirationi. Marcus Antonius Columna, cui dum Pro-Regis munere fungebatur anno MDLXXXI, eidem adſtitiſſe contigit, nihil jucundius, niſi in Beatorum Patria, videri poſſe, fidenter aſſeruit.

Hujuſce Operis auctorem fuiſſe Theophilum noſtrum, manuſcripta omnia, & Hiſtorici teſtantur. In Bibliotheca Panormitana S. Martini a Scalis hujuſce operis extat exemplar manu exaratum, cui titulus praefixus. „ Atto della „ Pinta, ovvero rappreſentazione della Creazione del Mon- „ do, e dell'incarnato Verbo, rappreſentata nell'Imperial „ Confraternita di Santa Maria della Pinta nella Piazza „ del Real Palaggio di Palermo di Giovedi 12. Settembre, „ 6. Novembre MDLXII. Eſſendo Vettorio &c." Additur deinde. „ L'Autore dell'Opera, ed Ingegnero fu il Poeta „ Mantovano, *alias Merlino Cocajo*. D. Teofilo di Man-

„ tova

„ tova Monaco Caſſineſe.“. Convenit Pirrus: *D. Theophilus de Mantua dictus, Poëta Mantuanus Merlinus Cocajus, ſub anno MDLXII in Monaſterio Ciambrarum a Patribus Caſſinenſibus relegatus ad ſex annos, ibi inter annoſas, et implicitas quercus, in quibus ad noſtram aetatem exculptum vidimus nomen ſuum atque Nympharum in opus adductarum, Heroicum Poëma Macaroneae, Volumen Creationis Mundi, Vulgo Actum Pintae, cujus fuit praecipuus Auctor conſcripſit: (In not. Sancti Martini ult. Edit. Ven. p.* 2093.) Quae plura in hiſce Pirri, accurati ceteroquin auctoris verbis, a veritate abhorrent, ex dictis ſatis nota fiunt. Primo tamen illum Actum eo anno habitum non fuiſſe, veroſimile nobis videtur, nam ſub Ferante Gonzaga conſcriptum, et ejus hortatu, ſub Eodem, Auctore adhuc inter vivos degente fuiſſe exhibitum, probabile omnino videtur. Exhibitum praeterea fuiſſe anno MDLXXXV, Marco Antonio Columna Siciliae res Regis loco adminiſtrante, ut narrat Inveges (*T.* 2. *Ann. di Palermo p.* 427. *et ab alio Codice M. S. eruitur*) Denuo proxime praeterito ſaeculo in Scenam prodiiſſe, Vincentius de Joanne in M. S., cui titulus *Palermo Riſtorato*, teſtatur. Duodecim millia argenteorum in eius celebratione expendebantur, ſed pecuniae vim ſpectaculi magnificentia, et jucunditas ſuperabat; et exhiberi ſolebat in amoris ſpecimen erga Pro-Reges, qui ſibi multitudinis animos conciliaverant. Ferante Gonzaga pariter ſuadente, Tragoedias nonnullas conſcripſit, quae inſcribuntur: *la Cecilia, la Criſtina, la Cattarina*, quas Antonio Columna, qui Gonzagae in Regni adminiſtratione

ſuc-

ſucceſſit, mandante, D. Maurus Chiaulus Monacus Caſſinenſis notis muſicis illuſtravit.

Aliud opus latinis exametris, quod Agiomachia inſcribitur, et Sanctorum Martyrum pugnas pro Chriſti Fide ſuſceptas continet, in Sicilia commorantem conſcripſiſſe, ex eo facile ſuademur, quod accedente Senectute ad Sacra argumenta pertractanda animum unice applicuit, et poſt reditum a Sicilia, paucos omnino menſes Campeſii commoratum, deprehendimus.

Aulae tumultum, et extra Monaſterii Septa frequentiorem moram Religioſus animus faſtidiebat. Propterea ad aliquem Italiae receſſum animum, mentemque convertit, ubi ab omni ſecretam tumultu vitam ageret. Anno MDXLIII in Italiam rediiſſe conjicimus, immo pro certo habemus, quum uſque ad annum MDXXXVII in Caprenſi Praedio moram eum traxiſſe conſtet, et ad ſex annos ſaltem inchoatos, in Sicilia eum moram produxiſſe deprehendamus.

Relicta itaque Sicilia, varias, ut ſcribit Armellinus, tota vita expertus fortunae vices, quum Italiam repetiviſſet in amoeniſſimum Sanctae Crucis Coenobium Campeſii prope Baſſanum ad Medoaci ripam, ſe recepit. Ad Monaſterium Padolironenſe Coenobium Sanctae Crucis ſpectat jam uſque a fundatione anno MCXXVII munificentia Dominorum a Caldonatio exequutioni mandata, ut veteri monumento exhibito oſtendit Cl. Gradonicus Epiſc. Clod. in Kalendario Padolironenſi Duodecimi ſoeculi illuſtrato. Hic pietati unice, et ſacris Muſis intentus, dulcique otio gaudens, aliquot menſes, aut parum ultra annum commoratus pie

et

& Religioſe extremum fatum obivit die IX. Dec. anno MDXLIV. aetate adhuc firma, nam LIV. aetatis annum vix attigerat.

Nimis longum eſſet referre quot praeclariſſimi viri de Theophilo Folengo cum laude ſcripſerint, videri enim poſſunt apud Armellinum citatum. Sufficiat referre, quae circa ejus Sepulchrum acciderunt, de quo ait Taſſonus Sech. rap. Cant. 8. St. 24.

Va con queſti Campeſe *a mano a mano*,
Campeſe, *la cui fama all' Occidente*,
E a termini d' Irlanda, *e del Catajo*
Stende il Sepolcro di Merlin Cocajo.

In Eccleſia itaque Sanctae Crucis Campeſii tumulatus fuit ad laevam Altaris cum hoc ſimplici Epitaphio.

Hic Cineres Theophili Monachi tantiſper, dum reviviſcat, aſſervantur; & in Domino quievit feliciſſime die Decembris 1544.

Sed hoc Epitaphio temporis diuturnitate diruto, duo Monachi, Theophilo quondam Sodales, Nicolaus nempe Salodienſis, & Columbanus Brixienſis, Poëtae illorum temporum haud poſtremi, alia diverſis linguis, Graeca, Gallica, Haebraica, Latina, Italica, Hiſpanica ſubſtituere, quae omnia propter eorum elegantiam, & venuſtatem, haebraicis exceptis, diligenter exſcripſit, & in ſuum opus tranſtulit Arnoldus Wion *T.* 1. *l.* 2. *pag.* 464. *& ſeqq.*, apud quem omnia facile legi poſſunt. Nos haec dumtaxat ſecrevimus.

Digitized by Google

Supra portam Sepulchri

Hoſpes ſiſte gradum: Manes Venerare Sepultos
Merlini. Corpus conditur hoc tumulo.

In Sepulchri Introitu.

Quod ſi fata viri, ſortem, patriamque requiris,
Saxo hoſce inſcriptos perlege Verſiculos.

Paulo inferius.

Mantua me genuit: Veneti rapuere: tenet nunc
Campeſium: cecini ludricra, Sacra, Sales.

In ipſo aditu.

Spectatae pietatis, & incomparabilis doctrinae viro Theophilo Folengo *cognomento* Merlino *Monaco Caſſinenſi: qui ut erat feſtiviſſimus, quum ab ineunte aetate lepidiſſimum* Macaronaeae *Opus novo dicendi genere, animi gratia edidiſſet; multa item ſeria, atque adeo ſacra cum etruſco, tum latino ſermone elucubravit: quo exiguo, & humili diu neglectus jacuit, id Monachi aliquatenus ut cernis, monumentum, inſtaurari Viro doctiſſimo procurarunt. Deceſſit ſtudiis, ſenioque confectus. Anno MDXLIV. V. Idus Decembris.*

Ad latus dextrum Sepulchri

Aca Merlin Poeta es ſepultado,
Que en rudo eſtil de acentos muy groſſeros
A porfia de Maron, y Marte ayrado,
Y las quexas cantò de los Vaqueros.

Paulo inferius.

Già non invidia alle fiorite ſponde
D' Arno di Pò, di Mincio, e di Meleti
La Brenta; hor che nel gremho ſuo naſconde

Tro-

Digitized by Google

Trofei più degni, e fior più vaghi, e lieti.

Plura alia, ut dictum eſt, tum Graeco, tum Haebraico idiomate duo Monaci addiderant; verum his quoque temporum injuria fere conſumptis, denuo Anno MDCIX Abbas Angelus Grillus amoeniſſimus Poëta, ea inſtaurand a curavit, addito Laurentii Pignorii Patavini Philoſophi Nobili hoc elogio.

Theophilus Folengus *Patritius Mantuanus Monachus Benedictinus hic ſitus eſt, qui non modo in ſeriis, ſed & in ludicris pangendis carminibus, ea eminuit, tum meditandi, tum dicendi vi, ut in limine adoleſcentiae conſtitutus, veteribus quibuſque in utroque genere par ademerit; Recentioribus ſpem omnem ſive aſſequendi, ſive proſequendi. Obiit anno MDXLIV plane quinquagenarius, quum in hoc amoeniſſimo ſeceſſu juſte, & Religioſe de migratione in veram Patriam cogitaret.* Angelus Abbas *S. Benedicti inter Padum, & Laricnem, Muſarum, & artium ingenuarum amator acerrimus, ne ignobilis paucorum incuria praeſtantem Clariſſimi vatis memoriam penitus aboleret, Tumulum excultum, & celebrem olim, ſed negligentia ſuperiorum temporum collapſum, & minus frequentem, ad virtutem etiam Poſterorum acuendam in praeſentem faciem, ſplendoremque reſtituit Anno MDCIX.*

GRAECIA QUID LATIO VIX UNUM OBTENDIS HOMERUM?
UNA DUOS NUMERAT MANTUA MAEONIDAS.

Praeclariſſimi viri memoriae immortalitate digni de Simulacro erigendo, nemo in Sepulchri reaedificatione tunc

habita, cogitavit. Hoc vero, quod tunc omiſſum fuerat, ſupplevit D. Joannes Maria Fantaſti Nobilis Veronenſis ejuſdem Coenobii tunc temporis Prior, utriuſque Poëſeos, tum Latinae, tum Italicae laude excellens, qui venuſtiſſimum Theophilo Simulacrum erigendum curavit, hoc addito elogio: *Theophilo clara ex Folengorum ſtirpe Monaco Caſſinenſi, agnomine* Merlino, *Publio Virgilio Maroni, ſicuti Patria, ſic Muſa ſimillimo, D. Jo: Mar. Fantaſti Mon. poſuit A. D. MDCCXL.* Ad Simulacri dextrum latus, haec duo leguntur Carmina.

Siſte pedes, hoſpes, clarumque Joreuma ſtirpeſce.
Saxa viri ſcalpro ſunt animata Gai.

Ad ſiniſtrum vero haec duo:

Oſſa cubant intus: facies ſplendeſcit & extra:
Merlini *mentem ſidera, mundus habent.*

CAPUT III.

De Scriptis a Theophilo poſt ſe relictis.

§. I.

De editis Poëtae Operibus.

DE Macaronices Opere in primis dicendum venit, tum quia primum omnium quae ab Auctore noſtro edita ſunt in lucem prodiit, tum quia prae reliquis majorem illi famam, nomenque conciliavit. Prima, quae prodiit editio, Macaronices tantum continet Septemdecim, & Eclogas: quem in fronte titulum geſſerit, non inoteſcit, quum in

in noſtras nunquam manus inciderint, nec tituli meminerint Auctores, qui illam referunt Zenus nempe, Armellinus, & Niceronius. Conveniunt tamen omnes, Macaronicum opus editum *Venetiis per Alexandrum Paganinum Kal. Jan. MDXVII in* 8. Ingenti favore exceptum, magnum nomen brevi tempore auctori conciliavit. Ex ſequenti, quam ſubijcimus editione apparet, triennio pluribus fuiſſe editionibus exornatum.

Merlini Cocaii Poëtae Mantuani Macaronices libri XVII poſt omnes impreſſiones ubique locorum excuſſas noviſſime recogniti, omnibuſque mendis expurgati. Venetiis per Caeſarem Arrivabenum Venetum MDXX. die decimo menſis Januarii in 8. Hujus editionis meminit Zenus, Armellinus, & Niceronius, & nos hanc ipſam vidimus, in Bibliotheca P. P. Servorum B. M. V., ſed ab Editoribus corruptam non ſine ratione ſuſpicamur. In fronte enim haec praeterea leguntur. *Adiectis inſuper quamplurimis pene vivis imaginibus materiae librorum aptiſſimis, & congruis locis inſertis; & alia multa, quae in aliis hactenus impreſſionibus non reperies.*

Heroica carmina mando.

De hac editione, dictum a nobis in Praefatione ſatis.

Opus Merlini Cocaii Poëtae Mantuani Macaronicorum *totum in priſtinam formam per me Magiſtrum Aquarium Lodolam redactum in his infraſcriptis titulis diviſum. Zanitonella, quae de amore Tonelli erga Zaninam tractat, quae conſtat ex tredecim Sonolegiis, ſeptem Eclogis, & una Strambottologia. Phantbaſiæ Macaronicum diviſum in viginti quinque Macaronicas, tractans de geſtis magnanimi, &* Pru-

Prudentiſſimi Baldi. Moſchaeae facetus liber in tribus partibus diviſus, & tractans de cruento certamine Muſcarum, & formicarum. Libellus Epiſtolarum, & Epigrammatum ad varias Perſonas directarum.

Exaſticon Joannis Baricocolae.

Merdiloqui putrido Scardaſſi ſtercore nuper
Omnibus in bandis imbo iezata fui.
Me tamen Acquarii Lodolae Sguratio lavit.
Sum quoque ſavono facta galanta ſuo.
Ergo me populi comprantes ſolvite burſas:
Si quis avaritia non emit; ille miſer.

Ad Calcem.

Tuſculani apud Lacum Benacenſem Alexander Paganinus M.D.XXI. in 8. cum figuris. Hanc quoque in Bibliotheca Patrum Roſarii vidimus Venetiis.

Integra haec inſcriptio relata a nobis eſt; quum in ea referenda Fontaninus non modicum erraverit. Ad Calcem poſt editionis indicatum locum duae Literae adduntur, quas Typographus, & auctor, ſibi mutuo ſcribere finguntur; praeterea errorum Elenchus, Index, & Italicum Epigramma: quod notatum a nobis eſt, quia ejuſdem editionis exemplaria ſine hiſce additis reperiuntur, quae propterea non completa eſſe apparet. De duabus epiſtolis ſupra a nobis dictum eſt. Eadem editio ſequenti anno duobus in locis rurſus prodiit videlicet.

Tuſculani apud Alexandrum Paganinum 1622. in 12. Hanc editionem refert Armellinus, niſi forte in Armellino error ſubrepſerit, & quam modo ſub Anno 1521 nos retu-

Digitized by Google

tulimus, per errorem ſequenti anno appareat relata, quo nil facilius, praecedentis enim ipſe non meminit.

Mediolani per Magiſtrum Acquarium de Vico Mercato ad *inſtantiam Domini Praesbyteri Nicolai Gorgonzolae MCCCCCXXII. die XXII. Menſis Auguſti in* 8. Hanc Editionem refert Clar. Zenus; et in modo dicta locupletiſſima Biblioteca aſſervatur.

Macaronicorum Poema, Baldus. Zanitonella. Moſcheta. Epigrammata. Ad Calcem: Cipatae *apud Magiſtrum Acquarium Lodolam*. Non appoſito Editionis anno. In fronte hoc Tetraſticon legitur:

Tam ſibi diſſimilis, tamque alter babetur ab illo
Merlino, ut primum neſciat Auctor opus.
Cauſa recantandi fama eſt aliena: Malorum
Judicio, haud vatis ſimplice morſa joco.

Poſt haec carmina, ſimulacrum adſpicitur lauro capite redimito, cum, hiſce verbis: MERL. COC. F. Haec eſt Editio, quae a Zeno vocatur, *la migliore, la più rara, e la meno conoſciuta*. De hac Editione ſupra dictum eſt. Perfectior omnibus quum ſit, ignota prorſus, et neglecta jacet. Hanc tamen, vel huic ſimilem, putamus nos inveniſſe, cujus ductu Editionem hanc noſtram diligentiſſime emendavimus. *Venetiis* 1552. Sic a Niceronio haec Editio refertur. *Venetiis apud Petrum Boſellum* 1555. *in* 12. Haec Editio ſupra a nobis relata, quae Cipatam praeſefert, non appoſito Editionis anno, pluribus tamen mutatis, atque additis, unica inſiſtit. Ejus Exemplar aſſervatur in Bibliotheca S. Juſtinae Patavii.

Ve-

Venetiis apud Jo: Variſcum, & *Socios* 1561. in 16. Hanc Editionem referunt Zenus, Armellinus, & Niceronius. In fronte hoc Tetraſticon legitur.

Tam mihi diſſimilis, & alter ſum factus, ut illud
Primum opus, alterius conſtet, iduneſſe meum.
Cauſa recantandi fama eſt aliena: malorum
Judicio, & Calami cuſpide foſſa mei.

A quodam Vigaſio Cocaii, haec Editio producta dicitur. Quiſquis ille fuerit, aſſerit, ſe illam emendaſſe juxta Codicem ab Auctore poſt mortem relictum, Epiſtolam apponit pluribus compactam figmentis, ut ſupra a nobis dictum fuit.

Sequentes Editiones omnes Editioni ſupra a nobis relatae ſub anno 1521: Tuſculani apud Lacum Benacenſem inſiſtunt.

Opus *Merlini Cocaii &c.* in fine *Venetiis apud Nicolaum Bevilaquam* 1564. in 12. Editio apud me exiſtens, quaeque ab Armellino, & Niceronio refertur. Figuris, et appoſitis notulis illuſtratur. *Venetiis apud Joannem Variſcum*, & *Socios* 1573. in 12. ab Armellino refertur.

Opus Merlini &c. Venetiis apud Henricum de Gobbis 1581. in 12. ad Calcem annus apponitur MDLXXX.

Opus Merlini &c. *Venetiis apud Dominicum de Imbertis* 1583. in 12 ab Armellino refertur, Typographi nomine non appoſito, Verum quum haec quoque apud me exiſtat eodem anno in lucem producta, Typographi nomen fidenter adnotavi.

Ibidem apud Eundem 1605. in 12 ab Armellino, & Niceronio refertur.

Opus

Opus &c. apud Bevilaquam MDCXIII. in 12. a Niceronio refertur & ſine notis hanc eſſe ſuſpicor, quemadmodum ſine notis in ſaepius laudata Bibliotheca aſſervatur. Alia vero eodem anno, & ab eodem Typographo apud me reperitur, Notis, & Imaginibus exornata.

Pariſiis 1612. in 12.

Amſtelodamij 1691. in 12. Quae duae Editiones a Niceronio referuntur.

Opus Amſtelodamij apud Abrahamum a Someren MDCXCII in 8. Haec omnium ultima figuris, & notulis ornata, omnium pariter eſt vulgatiſſima. Erroribus plena, quaeque manifeſtat ſatis, Aquarium illum Lodulam, non ipſum Merlinum, ut autumant aliqui, ſed Merlini corruptorem fuiſſe. In iis enim hallucinatur, quae nec doctum virum decent, nec eruditum; ipſumque Mantuae fines nunquam vidiſſe, ſatis liquet, ut Commentarijs noſtris ſuis locis oſtendemus. Auctoris Vita a Tomaſino extracta apponitur. Opus, cujus laus ex duorum idiomatum venuſta commiſtione deſumitur, ad aliud diverſum idioma transferri non potuiſſe videri poſſet. Merlini tamen Opus in Gallicum ſermonem converſum fuiſſe refert Niceronius, ſub hoc titulo: *Hiſtoire Macaronique de Merlin Cocaje Prototipe des Rebelais. Plus l'horrible battaille des Mouches, & des Fourmis.* Nec annus, nec locus, nec Typographia aſſignantur, nec quem exitum Opus habuerit, quod ad aliud idioma translatum, multum venuſtatis deperdidiſſe, non eſt ambigendum.

Ad idioma pariter Turcicum translatum fuiſſe in Fo-

liis literariis Florentinis anni 1748. col. 446. enuntiatur ſub hoc titulo. *Merlini Cocaii Poëtae Mantuani Macaronicum Poëma intitulatum Zanitonella, quae de amore Tonelli erga Zaninam tractat, nunc primum a Latino Macaronico in Turcicum linguaggium translatum. Hadrianopoli Anno Hegirae* 1125. *apud Hibraim Abem Selim* in 8. Additur ibi, in hac editione latinum exemplar eſſe adnexum a Veneta editione deſumptum anni 1527, quae editio, quum neque a nobis viſa ſit, neque ab ullo Auctorum relata inveniatur, figmentum eſſe id, quod narratur, vehementer ſuſpicamur.

In Italicum Sermonem Merlini Poëma fuiſſe translatum, certum eſt, & manuſcriptum exemplar poſſidet Praepoſitus Poggiali Placentinus. Item Abbas D. Gregorius Porcini Mutinenſis, Monacus Padolironenſis, cujus carmina non pauca typis tradita ſuperſunt, Italicis Carminibus Baldum exprimere aggreſſus eſt, ſed opus non complevit. *Armel. Bibl. Caſſ. P. I. p.* 189.

II. *Orlandino per Limerno Pitocco di Mantova compoſto. In Vinegia per Giovanni Antonio* (Nicolini) *e Fratelli da Sabbio* 1526. in 8.

Ibidem *per Gregorio de Gregori* 1526. *in* 8.

Orlandino qual tratta d' Armi, e di Amori per Limerno Pitocco di Mantova compoſto, e con grazia nuovamente impreſſo MDXXVII.

Menſibus iſtud opus tribus indignatio fecit
Da medium capiti, notior Auctor erit.

Ad Calcem. *Impreſſo in Arimino per Hyeronimo Son-*

cino

cino nell' Anno del Signore MDXXVII. in 8.

Editio haec mutila apparet, aliquibus demptis Strophibus ad finem Cap. VII, & integro VIII Capite, in quibus de Abbate illo Griffaroſto narratur, ebrietati magis dedito, quam ſacris precibus. Sic jubente fortaſſi Auctore ipſo, qui ad finem anni proxime praeteriti in veritatis viam reverſus erat.

Denuo: *In Vinegia per Melchiore Seſſa* 1530. *in* 8. *Orlandino per Limerno Pitocco da Mantova compoſto.*

Menſibus iſtud opus tribus indignatio fecit,
Da medium Capiti, notior Auctor erit.
Orlandum canimus parvum, parvum inde volumen:
Si quid turpe ſonat pagina: Vita proba eſt.

Ad Calcem: *Stampato in Vinegia per Marchiò Seſſa MDXXXIX in* 8. In hac Editione Apologia additur, de qua a nobis alibi dictum eſt.

In Venezia preſſo Agoſtino de Bindoni 1550. *in* 8. De hac ſcribit Fontaninus: „ Edizione di poi contraffatta „ modernamente ". Et melius Haymus *Biblioth. Ital. p.* 97. „ Si oſſervi, che con lo ſteſſo nome di Stampatore, e l' iſteſ„ ſo Anno ſi trova di due Edizioni l' una migliore dell' altra: „ quella, che nel frontiſpizio ha nella marca dello Stampa„ tore queſte lettere Z. A. V. è la Stampa inferiore, benchè „ amendue le edizioni ſieno rariſſime: " Hanc deteriorem vidimus. Octo integra continet capita; ad Calcem Apologia addita eſt; ſed tum diſticon praefixum anno MDXXVII, tum tetraſticon in ſuperiore impreſſum deſunt.

III. *Chaos del Triperuno, con Privilegio.* Diſt.

Unus adeſt triplici mihi nomine vultus in orbe:
Tres dixere Chaos, numero Deus impare gaudet.

Ad Calcem: *con gratia, & privilegio dell' Illuſtriſſima Signoria di Venezia, che detta Opera non ſi poſſa ſtampare frà anni X, ſiccome ſi contengono nel Breve. Stampata in Vinegia per Giovanni Antonio, e Fratelli da Sabbio ad inſtantia di Nicolò Garanta. A dì primo Zener* M.D.XXXVII. in 8.

Chaos &c. ad Calcem: *In Vinegia per Giovanni Antonio, & Pietro Fratelli de Nicolini da Sabbio* M.D.XLVI in 8. Haymus, Fontaninus, & Niceronius primam dumtaxat referunt Editionem: utriuſque meminit Armellinus. De hoc opere fuſe a nobis dictum eſt, & potiora quae de Theophilo a nobis ſcripta ſunt, ex obſcuro hoc *Chaot* hauſimus.

IV. *Varium Poëma*, quod ab Armellino ſub numero XIV *Libellus Epigrammatum* nuncupatur. In eo habentur pariter carmina aliquot *de Paſſione Domini*.

V. *Janus ad Paullum Urſinum*, verſibus exametris ſcriptus. Haec duo Opuſcula impreſſa leguntur in libro, cui titulus: *JOAN. BAPTI. Chriſogoni Folengii Mantuani Anachoritae, Dialogi, quos* Pomiliones *vocat*. THEOPHILI *Folengii Mantuani Anachoritae Varium Poëma, &* JANUS. Ad Calcem. *In Promontorio Minervae ardente Syrio* MDXXXIII. in 8.

VI. *La Humanità del Figliuolo di Dio in ottava rima per Theophilo Folengo Mantovano*. Ad Calcem. *In Venezia nella Officina di Aurelio Pincio Veneziano a di* 14. *di Agoſto MDXXXIII. in* 8.

La

La Humanità &c. In Venezia appreſſo Matteo Boſello MDLVIII. in 8., & denuo ſequenti titulo:

Della Vita di Chriſto libri dieci, ne' quali diſcorrendoſi intorno le Profezie dell'avvenimento di lui, ſi arriva alla Salute della humana generatione, la quale egli ricuperò dalla Morte con la Morte propria, ornati di molte, & vaghe figure per ornamento, & ſoddisfatione di coloro, che ſi dilettano di così utile, & fruttuoſa fatica di Theophilo Folengo. In Venetia appreſſo Domenico, *& Gio: Battiſta Guerra Fratelli MDLXXVIII. in 8.*

Horum Editionum omnium meminit Armellinus. Poſt Praefationem ad Padolironenſes Monacos, ex qua ſupra aliquid retulimus, ſequentia leguntur Carmina a Joanne Baptiſta Folengo Fratre compoſita:

Voglion, non sò quai Saggi, che l'Vangelo
Non mai debbaſi eſporre al Volgo in carte
Con ſtil volgare, però che a Lui già il velo
Del tempo aſcoſe la più Santa parte.
Riſpondo, che morendo il Re del Cielo
Squarciollo d'alto al baſſo, acciò che ſparte
Sian hor ſue gratie al Nobil, al Plebeo:
Tartaro, Indo, Latin, Greco, Afro, Ebreo.

De hoc opere ita Cl. Zenus „: Queſto Poema Sacro è „ diviſo in X. Canti, nel primo de' quali il *Folengo* in- „ troduce *Virgilio* a ragionamento con Omero, e fa non „ molto giudizioſamente, che Omero (dicendum erat *Virgilio*) gli eſponga le lodi di quattro Poeti Criſtiani, che „ tolto avrebbero per ſoggetto de' loro Poemi la Umanità

„ del

„ del Figliuolo di Dio, e tra loro entra in primo Luogo
„ il *Folgo*, ciò è eſſo *Folengo*, e i tre altri ſono il *San-*
„ *nazaro*, il *Vida*, e *Scipione Capece*. Diſcende poſcia
„ a lodare quattro altri leterati dal Ruolo de' ſuoi amici
„ traſcelti, e ſono *Paolo Corteſi*, allora Monaco Caſſine-
„ ſe (Supple *Gregorio Corteſe*, poſtea Romanae Eccleſiae
„ Cardinalis) *Pietro Valeriano*, *Girolamo Seripando* Fra-
„ te Agoſtiniano, e poi Cardinale, e *Luigi Griſalconi*
„ Veneziano, e nelle tre lingue aſſai dotto, al quale lo
„ ſteſſo *Folengo* indirizza alquanti eſametri, che ſtanno nel
„ ſuo *Varium Poëma*.

§. II.

De Operibus adhuc ineditis.

I. *La Palermita*, ovvero *la Pinta*. In duas partes opus diviſum eſt. Quid contineat, jam ſupra a nobis enarratum. Hujus operis plura M. S. S. exemplaria reperiuntur. Unum ex his in Bibliotheca Padoliroriana aſſervatur ſic inſcriptum: *Palermitana di Theophilo Folengo detto il Merlino Poëta Mantovano in terza rima*. Ad Calcem legitur. *Scritta l'anno del Signore M.D.LXXXXVI. alle Calende di Marzo D. Hieronymo*. Codex cartaceus in 4.

II. *Tragedie Sacre*, quas inter quae inſcribuntur *Caecilia*, *Chriſtina*, & *Catharina*, de quibus dictum ſupra a nobis eſt.

III. *Hagiomachia*. In Bibliotheca Padolironenſi duo hu-

hujus operis exemplaria inveniuntur M. S. S. Ibi extitiſſe olim autographum originale traditio eſt ſatis conſtans, ſed una cum aliis Poëtae noſtrae autographis a quodam Abbate Pace fuiſſe alio translatum. Opus exametris verſibus ſcriptum eſt, & undeviginti continet Sanctorum Martyrum Agones ordine, quo hic leguntur.

1. S. Andreae Apoſtoli.
2. S. Apollinaris Ravennatenſis Epiſcopi.
3. Ss. Abundij, & Sociorum ejus Proculi, & Carpophori.
4. S. Athanaſij Monaci.
5. Ss. Cyri, & Joannis.
6. S. Caeſarij.
7. Ss. Cucufati, & Felicis.
8. S. Clementis Papae.
9. S. Callixti Papae, & Ss. Maximi, & Dalmatii.
10. S. Chriſtophori.
11. Ss. Dionyſii, & Soc.
12. S. Agapiti Pueri.
13. S. Acacij.
14. S. Bartholomaei Apoſtoli.
15. S. Barnabae Apoſtoli.
16. Ss. Cypriani, & Juſtinae.
17. Ss. Coſmae, & Damiani.
18. Ss. Chryſanthi, & Dariae.

IV. *De Paſſione Domini verſu heroico*. Hujus Operis meminerunt Armellinus, & Tomaſinus. Verum non aliud hoc eſſe ſuſpicamur, ac carmina illa, de quibus a nobis di-

dictum eſt, inſerta in libello inſcripto: *Varium Poëma*.

V. *De Chriſti Domini Reſurrectione*.

VI. *De Vita Solitaria, & Civili Carmen ad Guidobaldum Urbini Ducem*. Aſſerit Armellinus duo haec Opuſcula M. S. S. ſervari in Veneta S. Georgii Majoris Bibliotheca ad n. 330. ſub nomine Philothei. Verum hoc nomen omnino aequivocum quum ſit, non probat, id operis Folengo noſtro eſſe tribuendum. Certe, ſi eidem Auctori utrumque opus velit adjudicari, quum carmen, vel potius Dialogus Elegiaco carmine de Vita ſolitaria, & civili, certo ſit a D. Theophilo Bona Brixienſi, aliud pariter de Chriſti Domini Reſurrectione a Theophili noſtri Operibus expungemus; quamvis hoc inter Theophili Bonae opera non legitur, Theophili Bonae meminit, non Armellinus modo, ſed Card. Quirinus *de Brixiana literatura*, & Mazzucchellus *in Scriptoribus Italiae*, & Dialogus de Vita ſolitaria, & civili legitur inter Opera Theophili Bonae Brixiae edita an. MCCCCXCVI; quare non eſt immerito ab Auctore ſuo auferendus.

VII. *Epiſtolarum ad diverſos liber unus*. Auctoritati Wionij innixus, hujus Operis meminit Armellinus, qui tamen illud nunquam vidiſſe ſe fatetur.

VIII. *Il Libro della Gatta*, Macaronicis verſibus: A Thomaſino refertur.

IX. *Le gratticcie*: Satyrae Macaronicis verſibus elaboratae. Niceronius poſt Dominum de la Montie, *notes ſur les jugemens des Sçavants*, aſſerit hoc eſſe opus mere ideale, & ab Armellino confictum, non ſecus ac liber Epiſtolarum, & Epigrammatum. Verum Satyras aſſerit aucto-

ri-

ritate Conſtantini Cajetani, rerum Monaſticarum collectoris diligentiſſimi. Liber vero Epiſtolarum, & Epigrammatum, quum inter Opera Macaronica utique legatur, confictus perperam aſſeritur.

X. Carmen, in quo mores Monacorum ſui temporis deſcribuntur, qui deſinit hiſce duobus Carminibus:

Chi vuol provar de l'Inferno il Supplizio,
Vada ſotto Villan poſto in Uffizio.

XI. *Metaphyſica adverſus Platonem.* Duo haec opera a Tomaſino referuntur.

XII. *Orlando Inamorato rifatto.* Plura de hoc opere tradit Armellinus, quae quoniam a Vigaſio Cocajo deſumpta ſunt, quamvis a Mario Creſcimbeni (*hiſt. Vulg. Poeſ. Vol.* 5. p. 37.) adoptentur; propter plura figmenta tamen quibus Vigaſius ille delectatur, a nobis omnino rejiciuntur: Ea potiſſimum de cauſa, quod vividum, & feraciſſimum Theophili ingenium, cui omnia a ſe excogitata depromendi tempus deerat; quod novum iter antea fere impervium Poëtis aperuit; & quod puduit ſe magni Virgilij Sectatorem praebere; voluiſſe poſtea in alienos labores ingredi, & Bojardi Poëma ſervili opere reformare, nemo, qui ſanus ſit, poterit in animum inducere. Tunc id credam, quando mendax ille Vigaſius memorati operis editionem, quam brevi ſequuturam pollicetur, nobis optantibus exhibebit.

XIII. *De Partu Virginis.* Quod autumant multi, fuiſſe de hoc argumento Carmen a Theophilo compoſitum, cujus deinde, amice Sannazario a ſe communicati, argu-

mentum ille ſurripuit, inter fabulas numerandum. Calumniam falſitatis redarguit ipſe Theophilus, tum de Humanitate Chriſti Cant. 1. St. 88., ubi Virgilius Sannazarium multa cum laude numerat inter Poëtas, qui de Chriſti Humanitate ſcripturi erant, tum Macar. XXV, ubi de Sannazario haec habet.

Exiet Arcadicus per ſdrucciola metra libellus,
Nazari, quo prata, greges, armenta, capellas,
Paſtroreſque canet, ſilvas, magalia, Nymphas.
Chriſteidem, poſt haec cantabit, dignus Homeri
Laudibus: at cedet Vati, quem protulit Andes.

Certe non eum laudaret Homerus, qui Poëmatis argumentum ab alio ſurripuiſſet.

XIV. *Vita, e qualità di Nemo*. Lepidiſſimum ſoluta oratione Scriptum, Panormo, tamquam Theophili noſtri partus, recenter miſſum; quodque ab Eruditiſſimo Clodienſi Epiſcopo, ſoepius a nobis memorato, aſſervatur.

§. III.

Nonnulla de Theophilo Folengo praeclariora teſtimonia.

Quamvis propoſitum nobis ſit, quotquot de Theophilo noſtro Auctores ſcripſerunt, non omnes referre; ea tamen fuit ſemper opinio, eae laudes, ea judicia, quae proxime praeteritis duobus Saeculis Eruditi omnes de eo protulerunt, ut omnia omittere nefas judicemus; unde illud etiam lectoribus noſtris appareat, nos inutilibus nugis tem-

pus

pus non teruiſſe, quum tantum Opus, verae lectioni ab Auctore ipſo emendatae, reſtituere aggreſſi ſumus.

Plura primum habet Morerius in Supplemento Editionis Amſtelodamii Anni 1702 T. III p. 399, quae in recentiori Veneta Editione omiſſa ſunt. „ On dit ita ibi legitur„ que Theophile Folengi, qui floriſoit vers l'an. 1520,
„ a ete l'auteur de cette ſorte de Poeſie. Dans le Dialogue
„ entre S. Ange, & Maſcurat, compoſée par Naudee ſur
„ le jugement des Pieces publiees contre le Cardinal Maz-
„ zarin, Maſcurat pretend, que ſi notre Theophile n'ait
„ point la gloire d'avoir inventè cette eſpece de Poeſie,
„ il a du moins ete le premier qui l'a cultivé; & que
„ la Macaronee du Rimini qui fut publiêe en ſix liures l'
„ an 1526 par Guarino Capella contre Cabri Roi de Go-
„ gue, & Magogue, n'a point dù paſſer pour la premie-
„ re piece en ce genre; puiſque la Macaronee de Folengi
„ avoit paru dê l'an. 1520 " (dicendum erat 1517. 1520.
„ 1521. 1522. ante allatam Macaronicam), „ Sous le nom
„ da Merlin Cocaje. Quoique il en ſoit, il eſt certain,
„ que cette Macaronee de Folengi a ete la plus eſtimee,
„ & que elle a effacé toutes les autres Macaronees de ſon
„ tems; ſoit pour le Stile, ſoit pour l'invention, ſoit pour
„ le riches Epiſodes, qui s'y rencontrent dans l'hiſtoire de
„ Baldus, qui eſt l'Heros du Poeme, & pour le melange
„ artificieux du Plaiſant, avec l'Utile, &c. " Jac. Phil. Thomaſinus Epiſcopus Aemonienſis (*di Città nuova*) in Elog. Ill. Vir., Operis hujuſce Macaronici utilitatem adprime deſcribit. „ Nimirum omnia hic ſalſe, opipare, con-

g 2 „ dita

,, dita omnia, quibus nemo ſatis exſatiabitur: cognoſcet,
,, qui ea vel ſemel deguſtaverit. Amoeniora literarum ſtudia
,, ſi quis deſiderat, nihil hic deſiderabit. Si ſevera; ſub
,, jocoſis nominibus ea ſic latent, ut nihil calamo excide-
,, rit, unde non aliquid utile jucundis facetiis inſinuetur.
,, Quanto artificio ſuperbos titulos heroum taxat quos non
,, mores hominum ſub diverſis tegumentis depingit? Quam
,, bene lentas inertium moras, quam vere curioſa nimis mor-
,, talium ſtudia commemorat! Quae non adverſus ventri de-
,, ditos tela ſtringit! Quam ſevere alienae virtuti invidentes
,, impetit! Virtutis oblectamenta quam divine proſequitur!
,, Quam docte ſua cuique Regioni, quae mirantur naturae
,, imperiti, reddit! Nulla certe artium documenta praetermi-
,, ſit. Quin omnium ludorum, argutiarum, & certaminum
,, apparatus, ritus, caeremonias, athletas, arma, currus, bal-
,, nea, popinas, tabernas, miro ordine propoſuit. Sed quid
,, exactius, quam vitia in medium proferre, & ea ſine of-
,, fenſione mordere? ,, Thomaſinum haud ſupra meritum extollere Macaronicum Opus, fatebitur quiſquis illud deguſtaverit.

Haec duo retuliſſe ſufficiat; de Auctore enim noſtro Innumeri pene ſcripſerunt, quos vide tum apud Armellinum, tum apud Morerium jam citatos, quos propterea non vacat ultra referre. Haec duo omiſiſſe pigebat, quorum alterum Poëtae noſtri in ſuo ordine Principatum, alterum Operis utilitatem oſtendit.

AD

AD GENEOLOGICUM TYPUM DECLARATIONES.

(1) QUum Anno MCCCXL Solemnes Nuptiae ingenti cum apparatu Mantuae celebrarentur, Communalis Folengus prae caeteris eminuit, argenteum vas proprio aere offerens, quod pluribus aliis muneribus conjunctum Aloyſius Gonzaga Primus Mantuae Dominus Sponſae dono dedit. Nupſerunt autem Aloyſius ipſe Novellae Malaſpinae; Leonardus Filius, Viridi Beccariae e Papia; Ugolinus Nepos ex Guidone Filio, Viridi e Scala, Filiae illius, qui ſub nomine Canis e Scala ſatis cognitus eſt ex illius temporis hiſtorijs, Veronae Domini. Filia autem ejuſdem Aloyſij nupſit Azzoni a Corrigio e Parmae Dominis. Hic idem Communalis ſub Anno MCCCLX inter Priores Mantuae Proceres (*Anziani*) recenſetur.

(2) Ejus Uxor & Filia, vocatae interfuerunt Nuptialibus Feſtis habitis, quum Agnes filia Barnabae Vicecomitis Mediolani Domini, quadriennio ante nuptae Franciſco Gonzagae Ludovici Filio, primum Urbem ingreſſa eſt Anno MCCCLXXX. Obiit ipſe Anno MCDXXV.

(3) Vivebat hic Anno MCDXVIII.

(4) In Nuptijs paulo ante memoratis Agnetis Vicecomitis cum Franciſco Gonzaga, Paulus hic menſae miniſtravit. Anno vero MCDXXXIII in Urbis Conſilium cooptatus anno MCDXLIX obiit extremum diem.

(5) Inter Viventes Annis MCDIX, & MCDXXIII recenſetur.

(6) Anno MCDXXIII in Conſilium cooptatus XIX Kal. Maij.

(7) Doctor, Canonicus, deinde Archipresbyter Cathedralis. Tandem Anno MCDXLIV Mantuae Marchionis Ludovici, cui Turco cognomentum erat, Conſiliis praefuit.

(8) Idibus Maij MCDV Conſilio Urbis cooptatus. XVII Kal. Febr. MCDXLVII fato ceſſit. Hoc legitur in Epigraphe ejus Sepulchro inſculpta prope Sacratium S. Franciſci:

Hoc eſt Sepulchrum Nobil. Viri Bartholomaei de Folengis, & Suorum Haeredum, qui obiit die 17 Januarii 1447.

In hoc ſepulcro Folengae gentis inſignia, ſive Stema, tres Fulicas fuiſſe apparet, quarum una in aurea area duabus ſubeſt, ut ex appoſito ſchemate.

(9) Civitatis Conſilio cooptatus VII Kal. Oct. MCDXX. Anno MCDXLIII erat Vicarius Curtatonis, quo Anno Kal. Aug. extremum diem obiit.

(10) Civitatis Conſilio adſcriptus XV Kal. Nov. MCDXLVIII.

(11) Civitatis Conſilio hic quoque adſcriptus eodem Anno. A Schivenolea hunc vocat *Accuſatore, ribaldo, e maldicente*, quemadmodum reliquos, quorum meminit probitatis nomine laudat. Inter quos locum habent Joannes

nes Francifcus Jacobi Frater, & Carolus Jacobus, & Andreas, quos vocat, *Barbi dei ſopraſcritti*, quos idcirco Laurentii Filiis addidimus.

(12) Fuit doctor, deinde Collegii Prior Anno MCDLXXXVII. Comes, & Eques, & Cuſtos Rerum ad Communitatem ſpectantium.

(13) Vivebat Anno MCDLXXXV.

(14) Theophili noſtri Pater, de quo narrat Zucchius Anno MDXXVII inter vivos extitiſſe. In quo tamen falſitatis arguitur ex Dialogo XI Pomilionum Joannis Baptiſtae, de quo mox fuſius dicemus, qui inſcribitur *Viſum Superum*, in quo narrat, ſe poſt Matris ſuae obitum Caſſinenſi Religioni nomen dediſſe, Fridericum vero Parentem, menſem dumtaxat poſt uxoris mortem ſuperſtitem fuiſſe: Ex Regeſtis vero Coenobij Padolironenſis habetur, Joannem Baptiſtam, qui Joannis Chriſogoni nomen aſſumpſit, V Non. Octob. Anni MDVII in eo Profeſſionem emiſiſſe; ex quo apparet, eo Anno Fridericum fatis jam ceſſiſſe.

Ex Dialogo trium aetatum, de quo in Vita a nobis dictum eſt, novimus, Friderici Uxorem, Theophili matrem, fuiſſe Paulam nomine, cujus familiam ignoramus. Paulam, Coronam, & Liviam, quas in eo Dialogo colloquentes inducit, primam ſibi fuiſſe Matrem, alteram Sororem, Neptem tertiam ſic indicat carmen ad larus appoſitum:

Mater prima: Secunda Soror: mihi Tertia Neptis.

Neque mirum, ibi Matrem ſuam, Poetam loquentem induxiſſe, non ſecus ac ſi inter vivos degeret, quum jam vita ceſſiſſet; optime enim hoc Poetico Operi convenit, quod ab obſcuritate, qua inſpergitur, *Chaos* conſulto inſcribitur. Neque Liviae Nepti, neque Camillo ipſius Liviae Fratri in Typo geneologico locum dedimus, quia ex quo Fratre fuerint progeniti non innoteſcit.

(15) Fuit Xenodochij Rector Anno MD. Anno vero MDXIX Cuſtos rerum ad Communitatem ſpectantium.

(16) Hic a Zucchio omittitur: ſed tum Joannes Baptiſta quemdam ex ſuis Pomilionibus ei inſcribens, tum Theophilus Endecaſſyllabum ad eumdem mittens, eum Fratrem appellant.

(17) Hujus meminit Theophilus in Dialogo trium aetatum. Quum dupliciter eam ſibi Sororem fuiſſe tum Sanguine, tum Spiritu Theophilus aſſerat, Eandem D. Benedicti Regulam profeſſam fuiſſe aſſeruimus. In Necrologio Celebris Monaſterii Divi Joannis Mantuae, ex Familia Folenga Sanctimonialem vixiſſe deprehendimus, Domnam Anſelmam nomine, quae MDV poſtridie Idus Aprilis extremum diem obiit. Sed ejuſdem aetate inſpecta, non Theophili ſororem, ſed Aviam ſuſpicamur.

(18) Decimus Sextus ex Pomilionibus Ludovico Fratri a Joanne Baptiſta inſcriptus reperitur.

(19) D. Benedicti Regulam profeſſus eſt, ut modo diximus, in Padolironenſi Coenobio V Non. Octob. MDVII, quemadmodum ex Monaſterii Regeſtis, & ex XI ex Pomilionibus eruitur. Religionem ingrediens Joannis

Digitized by Google



(3) Gratiadeus.

(5)Pe (9) Georgius.

(12) Anſelmus cum M. Ruberti. (13)Ioañes Fran. cum Anna Foſſato. Paulus.

r 1595. Ale Scanſani. (15) Sigiſmundus. Franciſcus. Bernardinus.

a cum Vin-
Ant. Andreaſi. Antonius Mra. (21) Sebaſtianus. Cæcilia.

Franc la -dinus. Hieronymus cum Lucretia Beccaguti. Aendimirus cum Octavia Ancarana 1585.

ſtianus. (22) Nobilis. Julius, ſive Fulvius.

nis Chryſogoni nomen quidem aſſumpſit, ſed Joannem Baptiſtam eum ſemper vocatum reperimus. Monachorum Hiſpaniarum Reformator a Paulo IV Pontifice Maximo miſſus fuit, Pontificio diplomate munitus VI Idus Nov dato, Anno MDLV. Doctrina celebris, prudentia, & morum Sanctitate inſignis, pluribus perfunctus muneribus, in ſuo Monaſterio jam Abbas Titularis creatus, in oſculo Domini obdormivit. Praeter Pomiliones, de quibus in Theophili ſcriptis recenſendis dictum a nobis fuit, duo alia ab eodem edita opera doctiſſima refert Draudius lib. 4. p. 273. „ Jo: Baptiſta Folengus „ Mantuanus Monacus Caſſinenſis D. Benedicti, Commentarios in omnes „ Pſalmos Summa fide, mira luce, grata brevitate ex ipſa haebraica ve„ ritate confecit, & abſolvit, in quibus mira eruditione, & Spiritus ardore „ flagrans, & ſenſuum candor, & acumen, & latini ſermonis elegantia ſi„ mul inſunt. Scripſit & in omnes Epiſtolas Catholicas nitidas explanationes. “

(20) De Theophilo nihil addendum iis, quae ſcripta ſunt.

(21) Eques, Rector Noſocomij Majoris Anno MDLX. Tandem Ducis a Secretis Anno MDLXXVII fuiſſe reperitur.

(22) E Bello Belgico reverſus, Collateralis creatus Anno MDCXXV Anno vero MDCXXX vitam clauſit.

(23) Vita functus deceſſit Anno MDCXXXVII.


AB

Digitized by Google

AUCTORIS

PROOEMIUNCULUM IN SUAM ZANITONELLAM.

Libriculum quicunque capit, quem perlegat, iſtum,
Ceſſet, ſi naſum Rhinocerontis habet.
Non me naſutis, non meque dicacibus edo,
Non quibus eſt humiles nauſa videre libros.
Me legat amuſſim quisquis legit omnia; quisquis
Scit quia fert aliquid lectio quaeque boni.
Iſta puer luſi ficto ſub amore Tonelli,
Libriculi titulum Zanitonella voco.



MER-

Digitized by Google



MERLINI COCAII

POETAE MANTUANI

ZANITONELLA.

TONELLUS AD LECTORES.

(1) *Sonolegia Prima.*

FORTE (2) caleſſabit gens me citadina vilanum;
Namque Zoaninae (3) bruſor amore meae.
Vel quod ego ſtallas uſus nettare (4) boazzis,
Ardimentum habeam ſcribere, quid ſit amor.
Ac ſi non eſſem (5) brancutus ab ungue putelli,

A Qui

(1) *Sonolegia*. Vox ex Italico, & ex latino compacta, novum compoſitionis genus exprimens, ab Auctore noſtro inventum, nec ab ullo antea uſurpatum; & ſignificat quod italice dicitur, *Sonetto*, & quod latine dicitur *Elegia*. Eſt autem Epigramma ad quatuordecim verſuum menſuram redactum, & elegiaco carmine contextum, quod aptius appellari non poterat, quam *Sonolegia*.

(2) *Caleffabit*. Irridebit.

(3) *Bruſor*. Uror, ardeo.

(4) *Boazzis*. Vox ruſticis noſtris nota, & ſignificat *Stercus bovis*.

(5) *brancutus*. correptus, comprehenſus ab ungue. *ghermito*.

Qui (1) ſbolzonadas tirat ubique ſuas.
Nemo ſuper terram mangiat mihi credite panem,
Seu contadinus, ſeu citadinus erit:
Quem non (2) attrapolet Veneris (3) baſtardulus iſte,
Qui volat inſtar avis, caecus, & abſque braga.
Et quamvis mea ſit, quo ſcribo, penna badilus,
Et faciam druſias foſſa cavando manus;
Non tamen, (4) abime Deus, potui ſcampare furorem,
Qui me ſic docuit ſcribere, quid ſit amor.

AD ZANINAM.
Sonolegia ſecunda.

TEmpus erat, flores cum Primavera galantos
(5) Spantegat, & freddas ſcolat Apollo brinas.
Sancta facit ſaltare foras Agneſa luſertas,
Capraque cum Capro, cum Cane Cagna coit.
Stalladizza novas Armenta (6) Biolcus ad herbas
Menat, & ad Torum calda vedella fugit.
(7) Boſchicolae friſolat Roſignolae gorga per umbras,
Rognoneſque magis ſcaldat alhora Venus:
Ante meos oculos quando deſgratia duxit
Te, dum paſcebam, cara Zanina, Çapras.
Non appena tuas (8) goltas, vidique muſinum,
Baleſtram ſubitus diſcarigavit Amor.

Di-

(1) *Sbolzonadas*. Vox plebi noſtrae familiaris, & ſignificat ictum, ſive quis lingua petatur, ſive baculo, aut alia re percutiatur. Nunc in priori ſignificatione ſolum adhibetur. Apte deducitur a voce *bolzone*, quae apud nos ſignificat id, quod ab Etruſcis dicitur *boncinello*, & eſt quoddam ferrum ex altera parte pertuſum, quod peſſulo infixum, & ſerrae incluſum, poſtibus claudendis adhibetur.

(2) *attrapolet*. Vox nobis familiaris, ab Etruſca voce *trappolare* & ſignificat *decipere in inſidiis*.

(3) *baſtardulus*. Diminutivum nominis *baſtardo* Filius illegitimus.

(4) *Abime Deus*. Exclamatio dolorem indicans, vulgo frequens *Abime Dio*.

(5) *Spantegat*. Aperit.

(6) *Biolcus*. Agricola ducit ad herbas armenta, quae diu in ſtabulis commorata ſunt propter hyemem.

(7) *Boſchicolae*. Guttur phiolomelae in ſilvis degentis, & in umbris ſitae, edit cantus.

(8) *Goltas*. Genas.

Diſcarigavit Amor talem mihi crede (1) verettam,
Quod pro te, veluti (2) pegola nigra, bruſor.

AD CUPIDINEM.
Sonolegia tertia.

SOlus ſolettus ſtabam (3) colegatus in umbra,
Paſcebamque meas virda per arva Capras.
Nulla (4) travajabant animum penſiria noſtrum,
Cercabam quoniam tempus habere bonum.
Quando (5) bolzoniger puer, ô mea corda foraſti,
Nec dedit in fallum dardus alhora tuus.
Immo fracaſſaſti rationis vincula, quae tunc
Circa coradam Baſtio fortis erat.
Nonne diſarmatum me tunc, Mulazze, (6) cataſti?
Nonne fuit (7) Rocchae guardia nulla meae?
More valenthominis ſchenam mihi, crude, feriſti,
O bellas provas, quas, traditore, facis!
Crede mihi: pocum guadagnat Miles honorem,
Qui poverum ſpojat, decrepitumque virum.

DE LAUDIBUS ZANINAE.
Sonolegia quarta.

STella Diana mihi ſe moſtrat nonne politam,
Quum movet occhiadas bella Zanina ſuas?
(8) Sol da matina mihi caviaram nonne paleſat,
Quum ſcoprit (9) trezzas bella Zanina ſuas?

(1) *Verettam*. Sagittam, verutum, Etruſci *verretta*, *verrettonem* dicunt ſpiculi, vel Sagittae ſpeciem, ſic dictam a *Veru*, *ſpiedo*.

(2) *pegola*. tanquam pix nigra uror.

(3) *Colegatus*. Jacens, projectus in umbra.

(4) *travajabant*. Cruciabant.

(5) *Bolzoniger*. Gerens ferri ſpeciem illam, cujus ictus *sbolzonadas* ſupra vocavit.

(6) *Cataſti*. Inveniſti.

(7) *Rocchae*. Arcis. Metaphorice loquitur, & non invenuſte, arcem imaginatur, in qua, Rationem vallis ſeptam, imprudens Amor aggreſſus eſt.

(8) *Sol da matina mihi* &c. Sol matutinus mihi oſtendit crines ſuos. *Caviara* hac voce apud nos exprimitur omnium capillorum congeries.

(9) *trezzas*. Capillamenta: Crines mulierum more contexti.

(1) Gens marcheſca ſuum (2) ſparpagnat nonne teſorum,
  Quum (3) grignat dentes bella Zanina ſuos?
Luna bianca ſuum ſparpagnat nonne luſorem,
  Quum parlat (4) fomnae bella bochina meae?
Gens citadina ſonat chitarinos nonne tricordes,
  Quum cantat fomnae bella bochina meae?
Capra legera mihi, dum ſaltat nonne videtur,
  Quum ballat fomnae gamba polita meae?
Teſta, manus, gambae, venter, pes, voxque Zaninae,
  Sunt, Sol, Luna, Venus, Capra, Leutus, opes.

ECLOGA PRIMA.

In qua continetur laus Friderici Marchionis Gonzagiaci.

Tonellus, Philippus, & Pedralus interloquutores.

Ton. DUM (5) ſtravaccatae pegorae (6) marezant,
  Dumque (7) paſſutas coprit umbra Vaccas,
  (8) Ecce ſub Gianda locus umbrioſus,
    Barba Philippe.
Phi. (9) Cancar! eſt verum, repoſemus ambo:
  Quam bonus ventus ſoſiat ſub iſtis

Fron-

(1) *Gens Marcheſca*. Nobiles illi, qui Marchionis titulo ſunt inſigniti, italice *Marcheſi*.

(2) *ſparpagnat*. Effundit, oſtentat.

(3) *grignat*. Aperiendo in riſu labra, dentes oſtentat.

(4) *Fomnae*. Foeminae. Vox quae ab iis Mantuani agri Incolis adhibetur, qui Brixienſibus finitimi ſunt.

(5) *ſtravaccatae*. Projectae.

(6) *Marezant* Ruminant, h. e. quaſi cibum ad rumen revocant. *Rumen* autem, eſt proprie pars gutturis ſub mento elatior, qua cibum in ſtomachum trajicimus. Virgil. dixit

Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas.

(7) *paſſutas*. Probe paſtas.

(8) *Ecce ſub gianda*. Hoc principio uſus eſt Theocritus in ſuis Idyliis exordiendis, unde Bucolicae ſuae exordium deprompſit Virg.

Tityre tu patulae recubans ſub tegmine fagi.

(9) *Cancar*! Mimica exclamatio Mantuanis valde familiaris.

Frondibus, dum ſol nimio (1) sbojentat
Rura calore?
Ton. Sentis an quantae (2) cicigant Cigalae,
Quae mihi rumpunt cicigando teſtam?
Excitant vojas hominum bibendi
Omnibus horis.
Ergo taccatum quod habes galono,
Da mihi (3) fiaſcum, ſitio, Philippe,
Atque bruſatas habeo ganaſſas.
Nolo (4) Loretum.
Tu prius buſo remove (5) Cocajum,
En bibo, (6) clo clo, reſonat Botazzus,
Eſt bonum vinum, ſed habet ſaporem
Oybò (7) vaſcelli.
Sum refreſcatus, maduique milzam;
Sicca pro caldo nimio corada,
Sorbuit vinum veluti (8) quadrellus
Igne recoctus.
Sentio ſub me validum fiatum,
Vox mihi ſalda eſt; quod erit Philippe,
Si meae laudes canimus Zaninae?
Accipe (9) Pivam.
Dum cano plenis ſofia (10) ganaſſis.

Li

(1) *sbojentat*. adurit.

(2) *Cicigat*. Raucus cicadarum ſtrepitus, quem Virgilius expreſſit.
.... *Reſonant arbuſta cicadis*.

(3) *fiaſcum*. Latini hac voce carent, adeoque *oenophorum* uſurpatur, quae eſt vox graeca. Etruſce dicitur *fiaſco*, & etiam Graece φλασκιον.

(4) *Loretum*. Vox omnibus, & quod ſciam, ſolis Mantuanis nota, latine autem a Catone, & Columella *Infundibulum* dicitur, eſtque exiguum quodam inſtrumentum, quo liquores ex uno in aliud vas, ſine effuſionis periculo infunduntur.

(5) *Cocajum*. Operculum, ſed quod arcte in oenophori os infigitur.

(6) *Clo clo*. Strepitus, quem vel vinum, vel liquor quicumque ex anguſto vaſis ore, ob aeris ſubingreſſum, egrediens edit.

(7) *Vaſcelli*. Diminutivum nobis familiare, dolii, vel lagenae, forte ex latina voce *Vaſculum* deductum.

(8) *quadrellus*. lapis igne recoctus.

(9) *Pivam*. Vox Etruſcis nobiſcum communis, & latine dici poſſet *tibia utricularis*.

(10) *Ganaſſis*. Quod latine dicitur *genae*, Etruſce *ganaſcie*.

(1) Li li liblirum: .... male (2) ſtoppo buſos:
At prius naſum ſine me (3) mocare:
Jamque comenza.
Debeo groſſum facere, an ſutilum?
Sum refreddatus, faciam ſutilum,
Quod tuam vecchiam ſomiabo vaccam,
Nomine Moram.
Ad me (4) liblirum Zoanina, blirum,
Huc veni lirum, mea bili lirum:
Sed quid à longe video venire?
Ecce Pedralus.

Ped. O Toni, quare dubitas (5) nigottam?
Cur tuas capras retines (6) chilò?
Et facit boſcos reſonare caram
Piva Zaninam?
Nos Todeſcorum furiam (7) ſcapamus,
Qui greges robant, caſamenta (8) bruſant,
Foeminas ſforzant, vacuant vaſcellos,
Cuncta ruinant.
(9) Tu tamen cantas velut otioſus,
Et tuam curas potius Zaninam,
Quam Todeſcorum veniente ſtolo
Perdere Vaccas.

Ton. (10) Mantuae princeps Federicus, iſtud
Otium nobis dedit, o Pedrale,

De-

(1) *li li liblirum*. Modulatio ſoni, ad ſoni ipſius experimentum, antequam ipſi principium detur.

(2) *Stoppo*. male claudo tibiae foramina.

(3) *Mocare*. Sine me naſum emungere.

(4) *Liblirum*. Alternatio ſonicum cantu.

(5) *nigottam*. Nihil.

(6) *Chilò*. Hoc in loco. Vox ab auctore noſtro ſaepius in hac eadem ſignificatione uſurpata. Sed nunc temporis prorſus inuſitata.

(7) *ſcapamus*. Quod Virgilius dixit:
Nos Patriam fugimus, nos dulcia linquimus arva.

(8) *bruſant*. Ardent.

(9) *Tu tamen cantas*. Virgilius.
.... *Tu Tytire lentus in umbra*
Formoſam reſonare doces Amaryllida ſilvas.

(10) *Mantuae Princeps Federicus* &c. Virgilius dixerat.
O Meliboee Deus nobis haec otia fecit.

Digitized by Google

Deque camporum ſtipulis ſuorum
Paſcolo Cauras.
Semper illius volo ſchiavus eſſe;
Tres cui dono pegoras quotannis,
Caſeos octo, decies (1) povinas,
Quinque cagiadas.
Sit meus ſemper Duca, vel ſignorus,
Mantuae Princeps Federicus iſte;
Quem meus (2) lu lu friſolans (3) canellus
(4) Cantet ognoram.
Quatuor nigras habet hic oſellas.
Nomen illarum male me recordor,
Eſſe Cornacchias, (5) Tacolaſve penſo:
Non tamen illas.
(6) Sunt aves, quae non metuunt luſorem
Solis, at fixis oculis in illum
Clariter guardant, quibus ales omnis
Praebet honorem.
Coelicos iſtae praticant Paeſos,
Haſque reginas vocitant oſelli;
Quae fretum, terram, Baratrum ſpaventant
Tempore Guerrae.

Ped. (7) Non mihi certe tua ſors nojoſa eſt,
Quam tibi fecit Duca Mantuanus.
Sed Todeſcorum potius rincreſcit
Tanta (8) Canaja.

En

(1) *Povinas*. Sic nos vocamus florem Seri, ignis ope coagulatum. Etruſce *Ricotta*. Quemadmodum *cagiada* eſt lactis coagulum.

(2) *lu lu friſolans canellus*. Vox avenae, quae vocis cantui immiſcetur.

(3) *canellus*. Diminutivum *cannae*, & tibiam ſignificat.

(4) *Cantet ognoram*. Imitatio Virgilii.
Namque erit ille mihi ſemper Deus, illius aram,
Saepe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus.

(5) *Tacolaſve*. Avis loquacis ſpecies, latine *monedula*.

(6) *Sunt aves*. Aquilas intelligit, notiſſimum Gonzagiacae gentis Stema.

(7) *Non mihi certe* &c. A Virgilio deſumptum Ecl. 1.
Haud equidem invideo, miror magis &c.

(8) *Canaja*. Etruſce *canaglia* Plebeculae multitudo; vox hic metaphorice per contemptum adhibita.

En ego (1) ſcazzor proprio paëſo,
Et viam triſtes fugio Caprettas
De mala voja, fugienſque laſſo
Dulce terenum.
En duos agnos modo (2) parturitos
(3) Vix guido mecum, pecoris ſperanzam,
Hei mihi qualis codeſella sbalzat
Nos Pegoraros?
(4) Saepe Cornacchiae faciendo cra cra,
Deſuper (5) tezzas, ſuper & (6) noſaros,
Nonne dixerunt mala tanta nobis,
Totque malannos?
Attamen ſemper fuimus (7) baciocchi.
Cancar (8) Andreae veniat Benello,
Namque sbefabat documenta (9) ſtriae
Multa Cominae.
Sed, Toni, dicas mihi jam raſonem,
Qualis eſt princeps Federicus iſte?
Curve, quod tantae patiuntur urbes,
Mantua neſcit?
Ton. Mantua eſt cunctis melior Citadis,
Mantuae gens eſt bona, liberalis,
Mantuam ſemper ſquaquarare ſentis,
Barba Pedrale.
Iſta primaros generat poëtas,
Excitat pronos juvenes ad arma,

Ric-

(1) *ſcazzor*. Pellor.
(2) *parturitos*. natos. Supinum paſſivum verbi *partorire*. *parere*.
(3) *Vix guido mecum*. Hoc ipſum apud Virgilium reperitur.
. . . . *En ipſe capellas*
Protinus aeger ago, hanc etiam vix Tityre duco.
(4) *Saepe cornacchias*. Apud Virgilium.
Saepe ſiniſtra cava praedixit ab ilice cornix.
(5) *tezzas*. Ruſtici tugurii tecta.
(6) *noſaros*. Nux. Arbor nuces gignens.
(7) *baciocchi*. Bardi, ſtolidi.
(8) *Cancar Andreae*. Imprecatio in paſtorem hujus nominis, qui praedictioni ſubſequentium malorum non crediderat.
(9) *Striae*. Sagae.

Ricca Frumento, Pegoris, Olivis,
Piſcibus, Uvis.
Semper in ballis godit, & moreſchis,
Hic ſtrepunt pivae, (1) Ciſoli, Canelli,
Hicve zampognae, piſari, Rubebae,
Hic Clavacimbi.
Non ibi proles Gibellina pluſquam
Ghelpha guardatur, ſed amant viciſſim,
Prandeunt, coenant, caciant, oſellant,
Carmina dicunt.
Non ibi chartae, (2) Tavoſerus atque;
Non ibi (3) Taroch, (4) crica, ſbarainus;
Cum quibus ludis juvenes ſedendo
Corpora guaſtant.
Ut ſuper montem male barca paſſat;
Ut natat currus pelagi per undas;
Hoc idem parent Juvenes ſedentes
Ludere chartis.
(5) Mantuæ ludunt cugolis rotundis,
Quas vocat Breſſae populus borellas,
Quando per ferri ſpatium balotta
Itque, reditque.
(6) Sgonfias ballas veluti veſigas,
Sole ſub caldo ſcanulis balanzant.

B Hic

(1) *Ciſoli*. Aliud tibiae genus, Etruſcis *zuffolo*, *flauto*. Quemadmodum etiam *piſari*. *Rubebae* ferrei inſtrumenti genus Ruſticis familiare. *Clavacimbi* aliud muſici inſtrumenti genus, ſic dictum vulgo, quaſi cymbalum cum clavis.

(2) *Tavolerus*. Alveus luſorius. *Tavoliere*.

(3) *Taroch*. Ludus italice *tarocco*.

(4) *crica*. Ludus quidam alter ſic italice dictus.

(5) *Mantuae ludunt cugolis*. Ludi ſpecies, latinis ignota, apud Etruſcos *il trucco da terra*, apud nos *il giuoco delle Cugole*, apud Brixienſes, & finitimos, *delle Borelle*; & eſt ludus, cujus ſumma eſt, pilas ligneas non exiguae molis, trajicere per circulum ferreum terrae infixum, juxta lineam ſolo perpendicularem, & qui rurſus per circulos horizonti parallellos movetur.

(6) *Sgonfias ballas*. Aliud ludi genus, omnibus notum, quod ab Etruſcis dicitur, *il pallone*; latine autem dicitur, *follibus ludere*, quemadmodum apud Martialem; & a Plauto in Rud. *Folles pugillares* exprimuntur.

Hic battit, ſignat caciam ſed alter;
Ille rebattit.
(1) Gioſtrulae, ſcrimae, caciae, paleſtrae
Sunt juventutis bona Mantuanae,
Brixiae nec non, ſibi quam ſorellam
Mantua fecit.
Ped. Ah Toni, qualem tua verba dojam
Dant mihi, Breſſam quoniam recordas,
Quae tot infelix patitur malannos
Semper in armis.
Angelus quis nam, Deus, aut diavol,
Huic ſemel quemquam dederit (2) repoſum?
Non Toni plus eſt, ut erat (3) davantum,
Brixia felix.
(4) Qualis eſt inter Paduae vilanos
Franciae miles, magis aut Todeſcus,
Quando ſe incappat fugiens in illos
Tempore guerrae:
Talis eſt, inter varias canajas
Militum, Breſſae populus tapinae,
Inter & centum ſedet illa ſemper
(5) Artelarias.
(6) Mella cum Garza rubeas cruore
Nunc habent undas, mea namque Breſſa
(7) Vadit ad ſaccum, nimium Cremonae
Proxima certe.

Hanc

(1) *Gioſtrulae:* Diminutivum a *gioſtra*, quae vox ludicram pugnam ſignificat. *Scrimae*. Vox corrupta a voce *ſcherma*, quae gladiatoriam ſignificat. *Caciae* venationes. Ubi diverſam ſignificationem adverte hujus vernaculae vocis. Supra enim dixerat: *ſignat caciam*, quod apud nos ſignificat ſignare, notare medio aliquo ſigno locum, in quo follis luſorius aliquando conſiſtit.

(2) *repoſum*. Quietem.

(3) *davantum*. Ut erat antea.

(4) *Qualis* &c. Comparatio Urbis a Militibus vaſtatae, cum milite ab iratis Ruſticis male acto.

(5) *Artelarias*. Tormenta bellica, *artiglieria*.

(6) *Mella cum Garza*. Torrentes duo, agrum Brixienſem interſecantes, ſatis noti.

(7) *Vadit ad Saccum*. Depopulatur.

Hanc enim, coeli monitu, ruinam
(1) Vidimus, quando Mirabella turris,
Juncta quae Rocchae lateri ſedebat,
Fracta volavit.
Ipſa (2) bombardae ſtygiam tenebat
Pulverem, dico ſtygiam, quod ipſam,
Si, Toni, neſcis, genuere mundo
Trenta Diavoi.
Hanc focus coeli rapuit tonantis:
O puta qualis crepitus boavit:
Saxa de centum (3) peſiis volare,
Viſa fuerunt.
Poſt eum caſum ſequëre tanta
Bella cum Gallis, Italis, Spagnolis,
Cum Capelletis, Sguiceris, Todeſchis,
(4) Ac Briſighellis.
Inter has guerras, variae fuerunt
Quae bonos urbes habuere ventos;
(5) Sed canem magno dedit ipſa ſolum
Brixia caſu.
Non eas Manto patitur batajas.
Ergo ſi godit, ſtupeo parumper;
Quae tamen noſtrae fuit una Breſſae,
Mantua portus.
Nox ſed en giorni rapuit luſorem,
Vado, ſta ſanus pegorare felix;

 Ac

(1) *Vidimus quando Mirabella*. Nomen proprium turris, quae Arcis ejuſdem nominis ad latus conſurgens, fulmine icta corruit.

(2) *bombardae*. Balliſta incendiaria.

(3) *peſiis*. Quod quinque, & viginti pondo pondus aequat, dicitur *peſo*.

(4) *Ac Brixighellis*. Brixighella eſt oppidum non exiguum Faventini agri in Æmilia. Quod oppidum hic a Poeta ſimul cum Militibus Illyricis *Capelletis*, cum Helvetis *Sguiceris*, cum Germanis *Todeſchis* copulatur, quia in bellis civilibus, quae tunc temporis Italiam depopulabantur, etiam Aemiliae Incolae nomen ſibi acquiſiverunt.

(5) *Sed canem magno dedit* &c. quod italice dicimus *eſſer a cane*, *andar in fregola*, & ſignificat in extrema calamitate verſari.

Ac meis ſtallis modo quas relinquo,
Utere liber.
Ton. Vade, (1) ſed noctem remane per iſtam,
Staque nobiſcum bone mi Pedrale,
Tibi formajum dabo, vel ſalamum.
Ped. Nolo. Valete.

DE LAUDIBUS ZANINAE.
Sonolegia quinta.

Bocca Zoaninae ſi ridet, ridet Apollo,
Labra Zoaninae ſunt (2) codeſella mihi.
Bocca Zoaninae ſi parlat, parlat Apollo,
Labra Zoaninae ſunt (3) mala paſqua mihi.
Bocca Zoaninae ſi cantat, cantat Apollo,
Labra Zoaninae ſunt melodia meae.
Bocca Zoaninae ſi (4) ſpudat, balſama ſpudat,
Labra Zoaninae ſunt Aquaroſa meae.
Bocca Zoaninae ſi plangit, funera plangunt
Saxa, Zoaninae pro pietate meae.
Ergo cum ridet, parlat, flet, cantat, amica,
Ridet, flet, parlat, cantat Apollo ſimul.
Ac ego ſi parlo, fleo, canto, rideo, ſpudo,
Sic facio, nam ſic bella Zoanina facit.

AD ZANINAM.
Sonolegia ſexta.

O Zanina meo plus (5) ſtraluſenta badilo,
Cur (6) ſguardaduris me traditora feris?

Sunt

(1) *Sed noctem* &c. Imitatio Virgilii.
Hic tamen hac poteris mecum requieſcere nocte.
. . . . *Sunt nobis mitia poma,*
Caſtaneae moles, & preſſi copia lactis.

(2) *Codeſella*. Verbum ab Auctore noſtro ſoepe uſurpatum, quod apud nos, neque uſum, neque ſignificationem habet, & apud ipſum ſignificat infortunium.

(3) *mala Paſqua*. Infortunium.

(4) *ſpudat*. Expuit.

(5) *ſtraluſenta*. Splendida, lucens.

(6) *ſguardaduris*. Intuitu.

Digitized by Google

Sunt mihi tot (1) raſchi medio ventrone ficati,
  Occhiadas quoties das mihi ſoepe tuas.
Quales (2) barberi video ſplendere (3) bacinos,
  Qualis & eſt (4) Laenae zappa ſgurenta meae.
(5) Sberluſenta quidem talis tua (6) fazza ſcorajat,
  Quiſquis (7) bellezzam vult doniare tuam.
Quando tuas miror (8) ſguanzas roſſare galantas,
  Deh (9) gianduſſa, grido, ſtella diana, venit.
Eſſe tuos digitos, credo, bis quinque (10) cavichios,
  Quos (11) tornidoro pioppa bianca dedit.
In teneram poſſes ferrum voltare povinam,
  De ſero ad Lunam, quum (12) titalora canis.
    (13) Attamen audi.
Eſt (14) verghetta mihi de fino facta piombo,
  Hanc tibi donabo, ſis (15) moleſina tamen.

(16) DE MAITINADA, QUAM NOCTE FACERE PRAEPARAT.

Sonolegia ſeptima.

PHoebus abandonat mundum, latitatque per alpes,
  Vultque ſuper lectum ſe (17) repoſare ſuum.

Zap-

(1) *raſchi*. Furcae ferreae cuſpidibus inſtructae.
(2) *barberi*. Barbitonſores.
(3) *bacinos*. Malluvia. Pelves.
(4) *Laenae Zappa ſgurenta*. *Laenae* vox latina ſatis notae ſignificationis. *Sgurenta* Vox Ruſticis,& plebi ſamiliaris,& dicitur de metallo uſu attrito, quod lucidum fit.
(5) *Sberluſenta*. Quod ſupra *ſtraluſenta*: lucens.
(6) *fazza ſcorajat*. Facies enecat.
(7) *bellezzam*. Pulchritudinem.
(8) *ſguanzas*. genas,
(9) *gianduſſa*. Vox plebi ſatis nota, & ſignificat, quod italice dicimus: *il malanno*, malum videlicet, quod vel alteri imprecamur, vel nos aggreditur. Ducitur haec vox ab Etruſca voce *Ghianduccia*, aut *Ghianduzza*, quae *glandulam* ſignificat.
(10) *cavichios*. ligneos claviculos.
(11) *tornidoro*. Tornatori Populus alba dedit.
(12) *titalora*. Ruſticam cantiunculam.
(13) *Attamen audi*. Quemadmodum habemus Italica epigrammata, quae *Sonetto* appellamus, quae cum cauda quandoque conſtruuntur; ita hic Sonolegias ſuas Auctor, cauda concludit. Italice dicimus *Sonetto con la coda*.
(14) *verghetta*. Annulus.
(15) *moleſina*. Sis facilis, docilis.
(16) *De maitinada*. Apud Ruſticos hoc nomine vocatur *Amantium cantus* prope aedes puellarum, quas deperire ſe profitentur: ducitur autem ab Etruſca voce *mattinata*, quae matutinas horas ſignificat, quaſi cantus hujuſmodi adveniente die haberetur; hoc autem nomine appellantur, quacumque noctis hora ſub dio habeatur.
(17) *repoſare*. Quieſcere.

Zappator zappam, laſſatque (1) biſulcus aratrum,
  Depoſitam falcem jamque (2) ſegator habet.
Cuncta repoſatum vadunt, gallina polarum,
  Porcus porcillum, bos ſtabulumque petit.
Jam ſomnae (3) ſpadolant ad lunam, ſive lucernam,
  Nam bellas goſtas eſſe lucerna facit.
Martellos ponunt fabri, pennamque Nodari,
  Inſtallatque Aſinos (4) medda Tognola ſuos.
Quiſque ſuum quaerit, dum ſcampat Apollo, ripoſum,
  Tigris, Cerua, Leo, Sus, Lupus, anguis, aper.
Aſt ego (5) Gregnapolae ſimilis, chiamando Zaninam,
  Huc illuc, tota nocte volare paro.

ECLOGA SECUNDA.

In maitinadam, quam facit Zaninae.

QUis meam caſu reperit coradam?
O là, non audis, Zoanina, (6) ſurdis?
Dic, meam quis nam rapuit coradam
    Ventre forato?
Sentio me me (7) ſmagonare fiatum,
Nam coradellam mihi ſuſtulerunt,
Non coradellam Bovis, aut Cavalli,
    Dico nec Aſni.
Sed meam dico propriam coradam,
Cum tuis ſguardis, oculiſque bellis,
O meae vitae Zoanina (8) luſor,
    Nempe robaſti.

Cum

(1) *biſulcus*. Ruſticus.
(2) *ſegator*. Qui foenum falce atterit.
(3) *Spadolant*. Vox ruſtica, cujus eſt uſus ad ſignificandum, canabis vannulas rumpere, lignea fragmenta ab illo ſecernendo: *rompere il canape*.
(4) *Medda*. Vox a Mantuanis, Brixienſi agro finitimis adhibita, & ſignificat *Avia*, *Zia*.
(5) *Gregnapolae*. Noctuae.
(6) *ſurdis*? Surdeſcis?
(7) *ſmagonare*. Spiritum difficile ducere.
(8) *luſor*. Splendor.

Digitized by Google

Cum piva multas venio (1) fiatas,
Et Maitinadas facio galantas,
Nec tuam duram manigolda teſtam
Rumpere poſſum.
Immo de cruda camerae feneſtra,
Aut aquam zoſum putridam roverſas,
Meque bagnando vocitas (2) gazanum,
Sive baciocchum.
Aut canes poſt me cicigando (3) ſtigas,
Qui mihi plures faciunt pauras,
Atque (4) garlettos quater inſequentes,
(5) Morſegaverunt.
En (6) Martarellum ſono, vel pavanam,
Nil tamen curas ſonamenta Pivae,
Quae chitarinos ſuperaret omnes
Cittadinorum.
Orpheus primus ſonatorus Orbis.
Si lyram (7) grattans pegoras, oſellos,
Aſpides, dragos, lapides tirabat
Ad melodiam:
Non ego (8) mancum facio doverum:
(9) Vix pivae flatu repleo Botazzum,
Et lili blirum digitis (10) comenzo:
Omnia ſaltant.
(11) Per domum ballant Tabulae, (12) Cadreghae.

Spa-

(1) *fiatas*. Multoties, *molte fiate*.
(2) *gazanum*. Stolidum.
(3) *ſtigas*. Excitas.
(4) *garletos*. Supra calcaneos.
(5) *Morſegaverunt*. Momorderunt.
(6) *Martarellum ſono*. Ruſticae cantilenae nomen.
(7) *grattans*. *Scalpens*. Nos dicimus lyram ſcalpere, *grattar la cetra*. Cythara inepte, & imperite ludere.
(8) *mancum*. Minus ego non fungor munere meo.
(9) *Vix pivae flatu* &c. Dicit: *replere botazzum pivae flatu*. Culeum, nempe ſacum ex corio contextum flatu implere. Culeum hujuſmodi vocat *Bottazzum*: *bottaccio* per metaphoram.
(10) *Comenzo*. *Incipio*.
(11) *Per Domum* &c. Domeſtica, & Ruſtica inſtrumenta in hac ſtrophe enumerat vernaculis vocibus, quarum explicationem addere neceſſe eſt, ſaltem earum, quae exteris ignotae eſſe fortaſſe poſſunt.
(12) *Cadreghae*. Sedes quod etruſce dicitur *Seggia*.

(1) Spadolae, (2) ſecchiae, (3) Gramolae, (4) badili;
(5) Roccha cum fuſo, (6) Gratarola, Zappae,
Mille pignattae.
Soepe dum canto gelidis ſub umbris,
Cum lupis agni, Canibus capretti,
Vulpibus galli pariter comenzant
Fare (7) Moreſcam.
Dura ſed plus es Zoanina ſaxis;
Ac habes teſtam ſimilem (8) giarono:
Porto calcagnos ego plus tenellos,
Quam tibi ſit cor.
Quum ſuper lectos alii repoſant,
Solus intornum lachrymans camino;
Non habes per me traditora dojam,
Imo caleſas.
Ahime! cur tantas renui moroſas?
(9) Nonne Bertullam? Toniam, Simonam?
Nonne Gelminam? cagalocchius, ergo
Sis moleſtina.
Nam (10) bianchinam tibi dico, (11) bravas,

Te-

(1) *Spadolae*. Spathulae, lignum quodvis compreſſum, ita ut *ſpathulae* ſimilitudinem gerat.

(2) *Secchiae*. Situlae, quae apud ruſticos ligneae ſunt, & nos hujuſmodi vocabulo utimur ad ſignificandas ſitulas ligneas.

(3) *Gramulae*. Inſtrumentum ad depſendum, h. e. ad paſtam ſubigendam.

(4) *badili*. Inſtrumentum, quod Var. 3. de Re Ruſtica *batillum* vocat, & illo utuntur Ruſtici ad terram fodiendam

(5) *Roccha cum fuſo*. *Rocca* cum *o* anguſte prolato apud Italos eſt id, quod latine dicitur *colus*, inſtrumentum videlicet ad nendum inventum.

(6) *Gratarola*. Vel inventum apud Latinos inſtrumentum ignotum, vel ignota nobis vox, qua utebantur ad illud exprimendum. Etruſce dicitur *Grattugia*, Graece τυροκνῆστις. Inſtrumentum Coquis ſatis notum.

(7) *Moreſcam*. Choreae ſpecies, quod eodem nomine Etruſce vocatur.

(8) *giarono*. Vox plebi noſtrae familiaris, & ſignificat ſaxa quibus viae ſternuntur.

(9) *Nonne Bertullam?* Quod Virgilius dixit:

Nonne fuit ſatius, triſtes Amaryllidis iras,
Atque ſuperba pati faſtidia? Nonne Menalcam?

(10) *bianchinam*. album apud nos dicitur *bianco* dicimus vero *bianchino*, quando hoc ipſum volumus blandientes ſignificare.

(11) *bravas*. Objurgas, reprehendis. Etruſcis *mi ſgridi*, a me laudes reſpuens.

Digitized by Google

Teque (1) bellinam nimis eſſe penſas:
Quis quis eſt bellus, putat eſſe (2) bruttos
Jugiter altros.
(3) Ne bianchezzae, Zoanina, credas;
(4) Terra dat nigram ſegetem bianca,
Nigra ſed blancam, facilem molino,
Dentibus atque.
Lac cito marcet ſine (5) caldirono;
Quod (6) piat formam buliens in illo,
Alterum blancum, niger alter extat;
Sic ego, ſic tu.
(7) Me quidem nulla ſprezias rasone.
Nonne ſum riccus, bonus, atque bellus?
Quinque (8) porcellos habeo tetantes
Ubera (9) ſcrojae.
Sunt mihi ſeptem pegorae bianchae,
Sunt duo (10) Manzae, tria par bovorum,
Lacte non unquam careo novello,
Sive polenta.
Sum ſatis bellus, ſatis & gaſantus,
Vado (11) ſtringatus, ſuper & (12) tilatus,
Meque ſaltando pedibus legieris
Nullus avanzat.
Porto de paja viciae Capellum,

(1) *bellinam*. Diminutivum a *bella*.
(2) *bruttos*. Deformis.
(3) *Ne biancbezae*. A Virgilio deromptum, qui dixerat.
........nimium ne crede colori:
Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
(4) *Terra* &c. Tellus albicans ſegeti obeſt, tellus nigra prodeſt.
(5) *Caldirono*. Cacabo.
(6) *piat*. Accipit.
(7) *Me quidem nulla* &c. Quemadmodum & quae ſequuntur ex Virgilii oportuna imitatione ducta ſunt.
Deſpectus tibi ſum, nec qui ſim quaeris, Alexi,
Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans;
Mille meae Siculis errant in Montibus agnae;
Lac mihi non aeſtate novum, non frigore deſit.
(8) *porcellos*. Sues.
(9) *ſcrojae*. Suum genitricis.
(10) *Manzae*. Juvencae.
(11) *ſtringatus*. Veſtibus arcte indutus.
(12) *tilatus*. Elegans. Attillato.

Cujus in (1) piga poſui garofol,
Quove ſub (2) ſtringa rubea (3) ficatur,
Penna Caponis.
Sed (4) viam butto, quid ergo parolas?
Clamor indarnum meus, atque piva
Non tuas ſurdas penetrans orecchias,
Pectora (5) ſtraccat.

COMPARATIO DE INNAMORATO TONELLO.
Sonolegia octava.

VAdo (6) per hunc boſcum ſolus chiamando Zaninam,
Ut chiamat vitulum Vacca ſmarita ſuum;
Quae ruit huc illuc, neſcitque trovare quietem,
(7) Smergolat Echiſonis per nemus omne gridis.
Fert altam caudam, longas diſtendit orecchias,
Audiat ut puerum forte boare ſuum.
Sed plangens aliquam finaliter introit umbram,
Ac ibi non dormit, non bibit, (8) eſtque nihil.
Me traſportat Amor rurſus de more (9) Poledri,
Cujus moſtazzum nulla (10) cavezza ligat.
Praecipitat, nitrit, (11) ſofiat per utrumque canalem,
Et loca fert gambas per dubioſa ſuas.
Dicere nil prodeſt ſta, ſta, monſtrando (12) crivellum:
Hunc firmare tamen ſola cavalla poteſt.

A D

(1) *piga*. Plicatura.
(2) *ſtringa*. Funiculus, qui pileum circumit.
(3) *ficatur*. figitur.
(4) *viam butto*. Projicio.
(5) *ſtraccat*. Defatigat.
(6) *Vado per hunc boſcum*. Eodem affectu incoepit Propertius Elegiam XVIII. lib. I.
Haec certe deſerta loca, & taciturna querenti.
Et vacuum Zephyri poſſidet aura nemus.
Hic licet occultos proferre impune dolores &c.
(7) *Smergolat*. Clamitat dolens.
(8) *eſtque* Et manducat.
(9) *Poledri*. Equini pulli.
(10) *Cavezza*. Capiſtrum.
(11) *ſofiat per utrumque canalem*. Suflat, & ſimul poedit.
(12) *Crivellum*. Sic a nobis dicitur cribrum, *il vaglio*, quaſi *cribellum*.

AD ZANINAM.
Sonolegia nona.

(1) SCorrozzata mihi ſtetit uno menſe Zanina,
  Et cauſam (2) ſdegni non ait illa ſui:
Me non (3) aſcoltat plorantem more putini,
  Cui perdonanzam ſic peto, ſicve grido.
Ohime Zanina, tuum ſprezias ingrata moroſum?
  O plus calcagnis dura Zanina meis!
Qualem terrenum glaciali tempore (5) vango,
  Quando nil campos Vanga forare poteſt;
Talem ſurda tuum reputo, gianduſſa, magonem,
  Nec piat orecchias ulla preghera tuas.
Nocte levo media, ſono pivam, (5) canto Roſinam,
  Cantoque, para foras belle Gianole capras;
Tu tamen incagas canzonibus & maitinadis.
  Heu libertatis venditor omnis amans!

ECLOGA TERTIA.

Tonellus, & Zanina.

(6) ME miſerum! quod ſola (vides Bertole?) ſiniſtra,
  Pallentique nucis recubat Zanina ſub umbra!
(7) Siſte gregem, (8) ponas ac in carneria Pivam.

(1) *Scorrozzata*. Vox a plebecula noſtra uſurpata, & ſignificat *Irata* ab etruſca voce *Scorucciata*.

(2) *ſdegni*. Irae.

(3) *aſcoltat*. Auſcultat, audit plorantem more puelli.

(4) *Vango*. Bipalio effodio.

(5) *canto Roſinam*. Ruſticam cantilenam ſic dictam. Quemadmodum etiam: *Para foras*. Ejice.

(6) *Me miſerum! quid ſola* &c. Incipit Bertolum alloquens, Joanninam procul videns. Accedens deinde ipſam alloquitur.

(7) *Siſte gregem*. Bertolum objurgat, ne & ipſe accedat, ſolus volens Joanninae amore frui.

(8) *Ponas in carneria pivam*. Modus Italis uſitatus. *Por le pive nel ſacco*: Et ſignificat ab incoepto cum ignominia deſiſtere. *Carneria*. *Carnero* Mantuanis ſacculum ſignificat.

Digitized by Google

Quin video quid agat? redeo nunc, paſce capellas;
Ne venias mecum, ſta retro dico, (1) maruſſe;
Ambitio quoniam compagnum temnit, Amorque.
Omnibus in rebus contentor habere ſodalem,
Sola tamen mea ſit, mea ſit, mea tota Zanina;
Sum quia totus ego ſuus, (2) & non eſſe raſinam.
Pro qua germanos, matremque, patremque negarem.
Ergo mane, (3) facieſque tuum remanendo doverum.
(4) O Zanina, mei (5) ſolazzum grande figati,
(6) Salve Nimpha, quid hac nuper Bertolus, egoque
Vidimus infandae te ſub Nucis arbore ſtratam?
(7) Neſcis, quam nocuas docuit nos Tityrus umbras
Evitare nucum, nec in his armenta morari?
Quid tua fert animi triſtes frons aſpra curas?
Ecce novos campi revoluto tempore flores
Educunt, Boreamque trucem manſuetior Auſter
Diſpulit, ecce die laetantur cuncta recenti.
Turtur adit ſocium, geminos en cerne Palumbes,
Quomodo certatim junctis dant oſcula roſtris.
Nunc quoque ſeptiſona Melibaeus arundine Fauſtum
Cantabat puerum, carumque Ergaſtus Amyntam.
Sola jaces Zanina minax, ac turgida vultu?
Zan. Ver, Tonelle, tibi ſit hyems aeterna, nec ullas
Dent frondes ſylvae, tua nec tibi prata vireſcant.
Naſcatur tibi nulla Ceres, vineta crementur,
Implacanda tuas pecudes contagia vexent,
Lethaliſque oculus teneras tibi faſcinet Agnas.
Nec, quibus aſſuetis gregibus ſuccurrere veſtris,
Quae-

(1) *Maruſſe*. Vox contemptus, ſtolidum ſignificans.

(2) *Et non eſſe raſinam*. Et nunquam deſinam eſſe ſuus.

(3) *Facieſque tuum remanendo doverum*. Remanendo debito tuo ſatisfacies.

(4) *Zanina mei*. Accedens ipſam *alloquitur*.

(5) *Solazzum grande figati*. Jecoris, cordis grande ſolamen.

(6) *Salve Nimpha*. Plura carmina hic ſubnectit, non vernaculis verbis conſperſa, ſed latino quovis eleganti que poeta dignos.

(7) *Neſcis quam nocuas*. Ad illam Virgilii ſententiam alludit.

Gravis umbra: nocet cantantibus umbra.

Quaeque ſalutiferae, veniant e ruribus herbae.
Ignarus paſtor capiat (1) pro Baccare Taxum,
Lividaque armentis miſeris aconita miniſtres.
Id me infelicem decet exoptare puellam,
Cui violae faetent, cui lilia nigra videntur.
Faeda per has nunquam libatas ſole cavernas
(2) Strix mihi vel Bubo ſtrideſcat flebile carmen.
Tu tamen hinc abeas: aliam reperiſſe negabis?
O ſi neſcirem quod amas, ingrate, Simonam.
Ton. (3) O vermocanus! nimia dulcedine ſchioppo.
(4) Potta meae Matris, quantum ſum factus alegrus?
Es zeloſa tui nunquid Zoanina Tonelli?
(Si tibi porto benum, noli mihi dire boſias)
Nunquid amas, ô cara tuum Zoanina Tonellum?
Zan. Hinc fugias inquam, tua ſunt mihi verba ſagittae,
Suntque ſuper ſegetes grando, ſunt vaſa veneni.
Nil magis adverſor quam te, Tonelle, videre.
Ton. Deh Zanina meum noli (5) ſcannare magonem,
Tu me (6) bertezzas dubito, me perfida truffas.
Mo cancar, quid nam feci? dic vera, caleſas?
Zan. Siſte manum, ſic me tractare procaciter audes?
I, modo, ſi qua novae, quae cantes, ludis amicae
Carmina, pro me tibi deerunt certamina primo.

Pa-

(1) *Pro baccare taxum.* Baccar eſt herba radicis odoratae ad cinnamomi ſimilitudinem, hederae folia habens ſimilia, ſed rotundiora, & molliora. Quidam nardum ruſticum vocant. Ex hac radice fieri ſolebat unguentum, quod *baccarium* dicebatur. Valet contra faſcinationes, unde Virgilius dixit.

. . . . Baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Taxus. Arbor abieti ſimilis, baccaſque ferens, quibus lethale venenum ineſt, praecipue in Hiſpania. Ubi & coxicum dicitur, quaſi toxicum.

(2) *Strix mihi, vel Bubo &c.* Strix Avis quaedam nocturna, & importuna a ſtridendo dicta. *Bubo* Avis a bovis mugitu ſic dicta, in cavernis commorans, cujus cantus ſiniſtri ominis inditium.

(3) *O Vermocanus.* Quod vulgo dicitur: *coſpetto d'un cane.* Gaudium, quo exultat, ſuſceptae elegantiae obliviſcitur.

(4) *Potta meae matris.* Vulgaris, & mimica exclamatio.

(5) *Scannare magonem.* Mihi cor dolore conficere.

(6) *Bertezzas, truffas, caleſas.* Voces, quae idem omnino ſignificant.

Paſtorum vati, cui Mopſi phiſtula cedit,
Cui non aequivalent nec Pan, nec thracius Orpheus.
I modo, ſuaviloquaſque tuas inflare cicutas
Incipe, cuncta tuae Nimphae quibus oſſa liqueſcant,
Et quibus auritos mulceſcere poſſis Aſellos,
Et quibus inſtudeas Bertolum ſubdere cantu.

Ton. Ayme, quod irrides poverum crudelis amantem.
Dic (1) cagaſanguis, habes me bertezare raſonem?
Haec ſunt poma? nuces? caſtagnae, quas tibi quondam
Munere ladra dedi? veniat tibi phiſtula, neſcis?
An poſt terga tenes? ſimul aut cum pane voraſti?
(2) Non ex parte mea bellum tibi laena ſpechietum
Attulit, & ſtringas cum totis quinque ferettis?
Iſta ſuper Feram Cremae comprando (3) trainas
Spendivi ſeptem, tamen es ingrata Tonello.
Non Amphion ego, non Pan, non thracius Orpheus,
Qui poſſem veſtri Bertoli vincere Pivam.
An credis, quod ego Bertolum neſcio, carum
Eſſe tuum totum, cum toto corde Moroſum?

Zan. Eſt ita, quid modo vis? ſua ſum, ſua tota, nec altrum,
O Tonelle, volo, qui mecum vivat amantem.

Ton. O (4) crudele nimis, dubiis & amantibus arctum
Verbum, nec verbum, cuſpis ſed acuta medullis!
Verbum, nec verbum, cruor immo peſtifer hydrae.
Quid fera Bertolum noſtro praeponis Amori?
Non ego quippe ſuam metuo te judice formam,
Quamvis candidulae placeat (ſum certus) Olivae.
Falleris, ah quantum! quod amas aliunde furentem.

Ver-

(1) *cagaſanguis*. *Cagaroſſus*; Omnes apud Poetam mimicae, & ludicrae exclamationes, vel potius interjectiones, quae nunc nihil ſignificant, niſi fortaſſe apud infimae notae homines.

(2) *Non ex parte mea*. Munuſcula, quae Nimphae miſerat hic commemorat. *Spechietum* parvum ſpeculum. *Stringas cum ferettis*. Funiculos contextos, cuſpide ferrea, vel aenea munitos, quibus mulieres veſtibus corpori aptandis utuntur.

(3) *Trainas*. *Trajero* numi ſpecies omnibus nota.

(4) *Ob crudele nimis*. Dolor elegantiam revocat.

Verte precor ſenſum, qui ſit cognoſce Tonellum,
(1) Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans.
Non mea, quam cernis, tibi ſordeat hiſpida barba;
Haud minus ipſe ſtupet me nudum limpidus amnis,
Cum lavat albentes Triviae quandoque puellas.
Phylidis ah quoties (teſtor Nemus iſtud) amores
Contempſi, quoniam tuus in me certior ignis.
Phylidis ah quoties fragrantum ſerta roſarum
Diſcerpſi manibus, ſparſimque ad littora fudi.
Cui ter, Phyli tace, dixi non abſque pudore:
Sola mihi Zoanina placet, Zoanina maritum
Me teneat, Zoanina ſuis me coepit ocellis.
Phyli tace, quaeraſque alium, te averſor, amantem.
Te Zoanina viden? ſolam te ſemper amavi,
Immo arſi, miſerum ſed me fugis improba (2) Dafnis
Altera, phoebeum quae neſcia ſprevit honorem.
Tu mihi clamanti velut Aſpis comprimis aures;
Nec te ſaeva preces, nec munera tanta reducunt.
Hircanae potius Tygres manſueſcere poſſent,
Duraque ſaxa meis fluerent liquefacta querelis,
Quam te nec precibus, nec donis vincere credam.
Zan. Immo lupos ovibus, cervaſque Leonibus ante,
Seu canibus lepores videam miſcere fugaces,
Quam dicar, quod amo infelix Zanina Tonellum.
Ton. (3) Te calybes ferrum, fecere puella ſub antris,
Nec diamantinam te ſanguis frangeret hirci.
Ah miſer, ah infelix, qui non reamatur amando!
Candidus in noſtro tibi ſervabatur ovili
Capreolus, quem ſex maculis color igneus ornat.
Hunc ego (quando quidem ſic me Zoanina repellis)
Sive

(1) *Quam dives.* Virgilianum carmen.
(2) *Daphnis altera.* Quemadmodum Daphnis Apollinem contempſit, ita tu me ſpernis.
(3) *Te calybes ferrum.* Appoſitio. Ferream fecerunt.

Sive dabo laenae, ſeu candida Phylis habebit.
Zan. Nec te Laena unquam, nec candida Phylis amabit.
Ton. O quantum Zoanina furis, nimiumque ſuperbis,
Ni forſan noſtrum furor hic augeret amorem,
Namque per iratos amor amplius ardet amantes.
Zan. Non arbor creſcit quae non plantatur: amoris
Non erit augmentum, quia non amor affuit unquam.
Ton. Me fugis ergo? tuum ſic improba ſpernis amicum?
Sum Bertolus ego, tibi qui convicia dixit?
Zan. Hinc ego (ne ulterius cur ſim tam meſta requiras)
Hinc ego paſtores omnes tumefacta repello.
Bertolus nuper vidit me fraga legentem,
Cui variis ex his texebam nobile ſertum
Floribus, hoc illum certe donare parabam.
Credidit aſt alio dandum, quia cogit amantes
Semper amor dubios ſuſpectum credere falſum.
Protinus intumuit, cui ſertum, dixit, Amico
Texis iniqua novo? ruit inde, manuque coronam,
Ac ſub calce ſibi dandos laceravit honores.
Haec toleranda tamen fuerant, majora ferebam,
Quando Pedralus triſti me urgebat amore.
Agmine paſtores facto venere capellis.
Poſt habitis, voces coram quibus ipſe nefandas
Prorupit, dixitque mihi convicia multa.
Maeſtitiae cauſam facit hanc Bertolus acerbae;
Unde per hos ſteriles Montes ego ſola morabor,
Paſtor ubi nec paſcit oves, nec ſulcat arator;
Nec Filomela graves removet de pectore curas,
Aut ubi nec liquido ſe immergunt Najades alveo;
Aut neque venatrix auratam cincta pharetram
Frondea per nemora ingentes tranſvulnerat Apros.
Ton. Ne faevi Zoanina, mihi ne blandula faevi,
Tecum habitem ſilvas tantum patiare per iſtas.
Deſine Bertolum qui te odit, amaque Tonellum,

Si

(1) Si nos aequiparas, gregibus ſum ditior illo:
Si forma, dubium nihil eſt, ſum pulchrior illo:
Si cantu, ſtipulaeque ſono, ſum doctior illo.
Bertolus, niger eſt, pede claudicat, oreque tardo
Balbutit, unius cui deſit lumen ocelli.
Non Bertolus habet ſecura per ocia tempus:
Deſertis pecudum ſeptis, curvatur aratro.
Nec rudis in molli fagorum cortice novit,
Scribere dilectae quae carmina dicat Olivae.
Sis mea, eroque tuus, dulcis Zoanina, nec ignes
Bertoli memora, mea ſis, mea dico puella.
Zan. Necte, nec quemquam ſequar amplius, ite capellae,
Iteque paſtores; fontes ſylvaſque relinquo.
Qui norunt dicant, amor eſt inſania mentis.

ECLOGA QUARTA.

Per Alphabetum.

A (2) Ayme quo dulcis properas Zanina?
Ayme cur, (3) ſchenam traditora voltas?
Ayme ſta mecum precor, & hunc bellum
Accipe pomum.
B. Barbaros vincis feritate, Moros,
Biſtones, Turcos, Sguiceros, Todeſcos,
Beſtias omnes, (4) animas diabli
Belzebuelis.

(1) *Si nos aequiparas*. elegans comparatio Tonelli cum Bertolo.

(2) *Ahime! quo dulcis*. Duo compoſitionis genera introducit hic Poeta noſter, non antea, quod ſciam, ab Auctoribus melioris notae adhibita. Primo ſequens carmen diverſo metro contextum aggreditur, ſenſum, & ſermonem proſequens in antecedenti inchoatum. Deinde quamdam acroſtici ſpeciem intexit, cujuſvis ſtrophes ſingula carmina a literis ordine alphabetico diſpoſitis incipiens. Cujus quidem modi Hebraeis vatibus familiaris, plura nobis exempla in Sacris literis ſuperſunt.

(3) *Cur ſchenam voltas?* Cur tergora vertis?

(4) *Animas Diabli Balzebuelis*. Incredibile feritatis genus in Joanina effingit, quum dicat eam feritate vincere Animas, quae in Tartaris cruciantur apud Belzebub Principem Daemoniorum.

C. Curre (1) planinum, tibi ſaxa mangiant,
Cruda, (2) ſcarparum ſparamenta, ſolas:
Cancar ortighis veniat quod ipſae
Crura cruentant.

D. Deh quid indarnum ſequor hanc ribaldam?
Deh quid unius ſub amore ladrae
Ducor ad forcam, mihi jamque lazzum
(3) Boja paravit?

E. Ecce nam longe video cavallam.
Eſt ſibi pro me miſero cavezza:
(4) Ergo cornachis laqueo picatus
Eſca manebo.

F. Forca ſit noſtrae medicina poenae.
Forca tot (5) guajos penitus levabit:
(6) Forca me picchet; pariterque cagnam,
Forca Zaninam.

G. Gratias reddo, quod ego catavi
Gaudium, cum quo fugient afanni;
(7) Grata ſic contra quod ero ladrones,
Guardia campis.

H. Haec ſalix, aut haec erit apta quercus,
Hanc meae mortis ſatiare vojam.
Heu quid expecto! magis eſt adeſſum,
Hora picandi.

I. Ito nunc, ito Zoanina vacca,
Ito, qui ſemet ſogat, eſt Tonellus,

Ibis

(1) *Curre planinum*. Ne tam praecipiti pede curras.

(2) *Scarparum ſparamenta, ſolas*. Nomina ſutoribus nota. *Sparamenta* pars calcei interior, quae ipſum circumit, & inferiorem cum ſuperiore parte conjungit. *Solas*. Pars calcei quae ſolum premit.

(3) *Boja paravit*. Mihi laqueum Carnifex paravit.

(4) *Ergo Cornachis*. Cruci appenſus Corvis eſca manebo.

(5) *Tot guajos*. tot infortunia.

(6) *Forca me picbet*. Sim ego appenſus cruci. Et pariter ſupremo ſupplicio afficiatur Zanina, feritate, & rabie cani ſimilis.

(7) *Grata ſic contra* &c. Latrones, arbori collo appenſum hominem, videntes pertimeſcunt. Sic igitur appenſus contra latrones camporum cuſtos exiſtam.

(1) Ibis ad ſtallam ſine quo, nimiſque
Induſiaſti.

L. Laude mancabis, mea ſtracca namque
Lingua non unquam veniebat, ut te
Laeta cantaret, faceretque Pivam
Li friſolare.

M. Muta tu ſemper precibus fuiſti,
Matta quapropter reputaris eſſe:
Mortus at poſtquam fuero, pianges
Moeſta Tonellum.

N. Non dabo non plus tibi poma, figos;
Non roſas, brognas, pyra, fraga, moras;
Non dabo non plus Lepores, palumbes,
Non dabo non plus.

O. O mihi giornus maledictus ille!
Oſſa quum per te mihi tota ſenſi
Obrui dardis ab amore jactis
Ordine nullo.

P. (2) Poſſit ad baſſum rigolare coelum,
Poſſit & Tellus fieri baratrum,
Praeſtiter mundus (3) bruſet, aſtra, nubes,
Pontus, & aer:

Q. Qualiter cunctae pereant puellae,
Qualiter femnae moriantur omnes;
Quaeque poltrona eſt, ſimilanda cagnae
Quaeque Zaninae.

R. Rumor & lites veniunt ab iſtis:
Rixa cum femnis pariter creatur.
Ricchus eſt Orbis Diavolabus iſtis,
Ricchior Orcus.

(1) *Ibis ad Stallam ſine quo* &c. Joanninam *vaccam* per contumeliam vocans, menti occurrit, ſe illam toties ad Stabula duxiſſe, quo ſolent Ruſtici hiberno tempore convenire. Quare ſenſus eſt: ſine quo ad ſtabula ibis, quo, vacca quum ſis, nimis ſeto ire decreviſti.

(2) *Poſſit ad baſſum.* Poſſit coelum ruere.

(3) *Bruſet.* Ardeat.

S. (1) Semen hoc mendax muliebre, vanum,
Stolidum, mendax, petulans, malignum,
Sordidum, pravum, fatuum, ſuperbum,
Quod ruit orbem.

T. (2) Tota per Lenam jacuit bagaſſam
Troja, quam (3) judex malus agraſſavit.
Tuque per femnam, miſer o Tonelle,
(4) Torque colengum.

V. Vado piccari, locus iſte non eſt
Viſtus, en collo laqueum (5) tacavi,
Vado jam ſupra ſalicem: ſed heu quis
Volgitur iſtuc?

(6) DE LAUDIBUS FORCHAE.
Sonolegia decima.

OMnibus in rebus desgratia ſemper abundat:
Eſt ne (7) canaruzzo tolta cavezza meo?
Sors differre poteſt, at non prohibere ſoghettum,
Eſt mihi per ſuperos forca parata deos.
Non quod ſim ladro, (8) vel bondanellica proles,

Non

(1) *Semen hoc mendax* &c. Mulierum ſingulare encomium. Simile huic imo multo uberius reperitur apud D. Antoninum, ordine alphabetico diſpoſitum, quod lubet referre. „ Avidum animal. Beſtiale baratrum. Concupiſcentia carnis. Damnoſum Duellum. Æſtuans aeſtus. Falſa fides. Garrulum guttur. Herynnis armata. Invidioſus ignis. Kalumniarum Kaos. Lepida lues. Monſtruoſum mendacium. Naufragii nutrix. Opiſex odii. Prima peccatrix. Quietis quaſſatio. Ruina Regnorum. Silva ſuperbiae. Truculenta Tyrannis. Vanitas vanitatum. Xantia Xerſis. Idolorum imago: Zelus Zelotypus.

(2) *Tota per lenam. Lena* Pro *Helena.*

(3) *Judex malus.* Paridem intelligit, qui in celebri judicio litem Dearum de formae excellentia contendentium diremit, ut notum eſt ex groecis fabulis.

(4) *Torque Colengum.* Torque tibi collum

(5) *tacavi.* laqueum collo alligavi.

(6) *De laudibus forchae.* En aliud exemplum, in quo Sermo, & actio antecedens in nova compoſitione proſequitur. Tonellus itaque Salvignum accedentem videns, queritur, quod non poſſit eo praeſente ſuſpendi; & infamis ſupplicii genus ingenioſis laudibus effert.

(7) *Canaruzzo.* Gutturi.

(8) *Vel Bondanellica.* Duorum, qui in Mantuano agro exiſtunt, Pagorum Originatios homines acute perſtringit, non ſecus ac ſi idem omnino eſſet vel Bondanelli, vel Bardellae naſci, ac furaces mores praeſeferre.

Digitized by Google

Non quod Bardellae villa crearit, opus.
Natus at ut moriar vivus, moriens quoque vivam;
Sola ſit ad vitam congrua forca meam.
O ſi Cornacchias eſſet prohibere facultas,
Per quas aufertur (1) lux oculina ladris!
Quaenam ſors mortis, quam forca trovatur in orbe
Dulcior? hac mihi nil gratius eſſe poteſt.
(2) Cetera per geſias ſub terris corpora condunt:
Piccatis coelum poſſe videre datur.

ECLOGA QUINTA.

DE AMORE.

(3) *Interloquutores, Salvignus & Tonellus.*

QUO tam (4) frezzoſo paſſu, Tonelle, caminas?
Cur portas gambas veluti lunaticus (5) olà.
Cui dico? (6) ptru ſta, faciam tibi more (7) Somari
Poſtquam deſprezias Salvigni verba pregantis.
Ton. Deh, Salvigne, meum noli ſturbiare (8) viazum.
Nec des (9) impazzum tibi qui faſtidia non dat.
Laſſa veſtitum, laſſa tibi dico (10) gabanum.

Sal.

(1) *Lux oculina*. Oculorum lumen.

(2) *Cetera per Geſias*. Senſus eſt. Reliqua defunctorum cadavera in Eccleſiis ſepelliuntur, ibique conduntur. Illi, qui in ſupplicio ſuſpenſus moritur, Coelum datur poſſe adſpicere etiam poſt mortem.

(3) *Interloquutores*. Viſo a longe Salvigno, Tonellus, poſtquam conqueſtus eſt, eo accedente, fugam arripit. Illum Salvignus inſequitur, ejuſque arrepta veſtis fimbria, illum adloquitur.

(4) *frezzoſo*: Sollicito, citato.

(5) *Olà*. Quando in Italica lingua acutum accentum in ultima ſillaba pronunciamus, pronuntiatio tempus auget, ita ut duplici aequivaleat, ſillaba accentu affecta, & in menſura Italici Carminis hoc ſervatur. In fine verſus id ipſum ſervat ubique Poeta noſter in hiſce carminibus dimetiendis, quibus vernacula inſerit vocabula.

(6) *Ptru ſta*. Similibus vocibus Jumenta greſſus ſiſtere jubentur.

(7) *Somari*. Aſelli.

(8) *Viazzum*. Iter.

(9) *Impazzum*. Incommodum, quo cum moleſtia tempus tero.

(10) *Gabanum*. Veſtem Superiorem, ac extimam, cujus Salvignus fimbriam arripuerat.

Sal. Non ego (ni dicas quod habes) laſſavero (1) majum.
Ton. Pur ibi te ficches (2), laſſa codeſella, che sì.
Ad corpus lanchi (3) miſtatem rupero noſtram,
Atque tibi ſupra naſum plantavero pugnum.
Sal. Linquo, ſed tamen es multum (4) boriolus adeſſum,
Quid facies hoſti, cum (5) ſcorrozzeris amico?
Cancar! non veni pro te (6) imboldire chilò;
Immo velut carus compagnus, ſcire raſonem
Bramo, quae (7) ſtizza eſt, quae mens bizarica, quae te
(8) Angonaja, menat: cervello more carentis
Vadis, & ad guiſam quum quis mangiaverit uvas,
Foſſatum cercat propter deponere (9) ſomam.
Nunc ego cum Gianno Vaccas mungiente Belino,
Te diſperatum, nimiumque piangere ſenſi;
Quo planctu fuimus conſtretti linquere (10) ſecchias
(11) Et pietate tui ſguazzavimus ambo ganaſſas.
Ergo meus grandem tortum Tonellus habebit,
Cauſas (12) dojarum niſi dixerit ille ſuarum.
Hac ſub glande parum quaeſo depone (13) culattas.
Ton. (14) Oyde! quid ad mundum veni ſtentare miſellus?
Oyde! quid indarnum me mater lacte cibavit?
Mancum nonne malum fuerat (15) cagaroſſus, alhoram
Ex Aſini calido fieri piſſamine fungus?
Vel petra, vel (16) zoccus potius, volo dicere ſtronzus;
Quam tapinellus ego matris de ventre (17) ſborari?
Sal.

(1) *Majum* unquam. Italice *mai*.
(2) *Pur ibi te ficbes*. Mente obfirmata reſiſtis. Dicimus metaphorice *hai fiſſo il chiodo*.
(3) *Miſtatem*. Amicitiam. Verbum corruptum ab Italica voce *Amiſtà*.
(4) *Boriolus*. Vox nullius ſignificationis, qua tamen utitur Poeta noſter, & ſignificat iracundum, vel ſuperbum.
(5) *Scorrozzeris*. Indigneris.
(6) *Imboldire*. Caput obtundere verbis. *fraſtornare*.
(7) *Stizza*. Rabies. *mens bizarica*. mens agitata. *Mente bizzara*.
(8) *Angonaja*. Afflictio, velut agonia. Verbum inuſitatum, niſi forte apud Ruſticos.
(9) *Somam*. Ad Pondus ventris deponendum foveam quaerit.
(10) *Secchias*. *Situlas*, Vaſa, quibus mulgentes lac excipiunt: *multralia* ap. Virg.
(11) *Et pietate tui* Tuo fletu commoti, ambo rigavimus genas.
(12) *Dojarum*. Dolorum. *Doglie*.
(13) *Depone culattas*. Sede.
(14) *Oyde!* Heu. Nunc dicimus *Ohime*.
(15) *Cagaroſſas*. diarrhaea perire.
(16) *Zoccus*. lignum informe ad conburendum.
(17) *Sborari*. Cum impetu egredi.

Digitized by Google

Sal. Ah Tonelle meus, quid deſperare biſognat?
Diſplicuit Chriſto plus deſperatio Judae,
Quam ſi vendiſſet Chriſtum, ſanctamque Mariam.
Eſt nihil hac culpa toto (1) poltronior orbe.
Non deſperatae plagae medicina (2) catatur.
Quando dat nobis aliquem fortuna (3) travajum,
(4) Conſejum noſtris ab amicis torre biſognat,
Ac in carnerum ſua ponere verba raſonis,
Sunt quia (5) cordojos baſtantia tollere noſtros.
Ton. Sola meum, dico, mors, oyme, levaret afannum.
Sal. (6) O meſchinum hominem, qui ſupportare flagellum
Neſcit fortunae, niſi mortis cerchet ajutum!
Quem tibi (7) ſoccorſum tribuam, ſi dicere non vis?
Dic, gianduſſa, cito, quae te (8) deſgrazia colſit?
Ton. Ecce meae, cernis? (9) cavezzam porto cavallae,
Cum qua per collum ſalicem appiccabor ad unam.
Sal. (10) O cermiſonem teſtam, apiccare teipſum?
(11) Tu bene piccares alios tibi parcere nolens.
Nil dubium (12) quoniam eſt amentis amantis uſanza,
Nolle ſalutiferum compagni audire ricordum.
Fer cauſam, nunquid burſam tibi ladro robavit?
(13) Num dedit accuſam camparus barba Tognazzus,
Namque tuos heri Porcos dare damna catavit?
Ton. Non vermocanus ſic eſt, quia perdere vellem

Sex-

(1) *poltronior*. deformior, gravior. Uſurpatur a Poeta in deteriori ſignificatione, & ſignificat aliquando apud ipſum, *ſceleratum*.
(2) *Catatur*. Invenitur.
(3) *Travajum*. Afflictionem. *travaglio*.
(4) *Conſejum torre*. Conſilium accipere.
(5) *Cordojos*. Afflictiones. *Cordoglj*.
(6) *O meſchinum hominem*. Miſer homo ille, qui adverſam fortunam neſcit tolerare, quin mortis quaerat auxilium.
(7) *Soccorſum*. Auxilium.
(8) *Deſgrazia*. Infortunium.
(9) *Cavezzam*. Capiſtrum, quo equus, vel jumentum alligatur.
(10) *O Cermiſonem teſtam*. Vox apud nos nullius ſignificationis. Hic autem ſignificat, quod latine dicitur *O lepidum caput*, Italis, *teſta matta*, *teſta balzana*.
(11) *Tu bene piccares* &c. Senſus eſt: Hoc animo te ſuſpendendi, melius, & libentius alios ſuſpenderes.
(12) *Quoniam* &c Quoniam amantis ab amore extra mentem rapti mos eſt, nolle ſalutiferam ſocii audire admonitionem.
(13) *Num dedit* &c. Tognazzus camporum cuſtos.

Sexcentum burſas, pegoras, (1) caſamenta, cavallas,
Plus preſtum quam te, quam te (nil dicere poſſum
(2) Sanglottus ſtoppat forramen namque fiati)
Plus preſtum quam te, mea ſpes, mea vita Zanina;
Quam te (3) garofolum, roſa, pomum, cara ſorella.
Cara ſorella quidem, qua non mihi carior altra.
Eſt Salvigne mei (4) ſcanacori cauſa Zanina;
Sola Zanina meum poſſet (5) ſmorzare bruſorem,
Sola Zanina ſuis me (6) ſnembolavit ochiadis.
Hanc amo, nec reamat, bruſor, nec porca movetur,
Immo bertezzat, (7) ſojat, truſſatque tapinum,
Ac multos ſeguitat veluti (8) Scartera moroſos.
Sola jutare poteſt, & quod ſit ſola ſpiavit,
Unde ſuperba venit, me tractat more (9) gazanī.
Dic, Salvigne meus, crudelis nonne vocanda eſt?
Illa potens, non vult medio ſuccurrere morto.
Ergo bonas habeo cauſas me tradere forchae.
Sal. (10) Do pinſen! ergo cruciaris amore Zaninae?
Ton. Eſt ita, mo cancar! paret tibi coſa novella?
Sal. (11) Coſa novella quidem fuit haec parlatio prima.
Eſt ne Zanina Petrī Gambonis filia? ſcis ne?
Ton. Eſt eſt, ahime ſuum me tantum nomen (12) amazzat.
Sal. Maraviliabam quod eras ſic fronte (13) ſtriatus.
Deh poverelle, rogo noli te credere ſomnis,
Noli poſt ipſas cervellum perdere ladras,

Noli

(1) *Caſamenta*. domus.
(2) *Sanglottus*. Singultus viam claudit reſpirationis.
(3) *Garofolum*. Cariophyllum. floris nota ſpecies.
(4) *Scanacori*. Doloris ingentis. *Crepacuore, ſtrazzacuore*.
(5) *Smorzare bruſorem*. Extinguere ardorem.
(6) *Snembolavit*. Debilitavit; hic ſignificat: me vicit: cor mihi rapuit.
(7) *Sojat*. Irridet.
(8) *Scartera*. Scortum, meretrix, quae ab omnibus reſutatur. *Scarto*.
(9) *Gazani*. Stulti.
(10) *De pinſen*. Ironica admiratio, vel ſi quis irridens nunc diceret. *Pò far Bacco!*
(11) *Coſa novella*. Senſus eſt. Novum fuit, quod nunc primum loqueris, & non antea loquutus ſis.
(12) *Occidit*: Interimit.
(13) *Striatus*. Pallidus, macer. Metaphora apud nos vulgaris, & ſignificat faſcinatus. In eo ſenſu, in quo Virgilius dixit
...... *mihi faſcinat agnos*

Noli dico tibi, Veneris ſeguitare (1) putellum.
Iſte (2) caveſtrellus faciet tibi rumpere collum.
Hic (3) orbeſinus totum (4) ſfrantummat honorem;
Non tibi, qui bonus es tantummodo paſcere capras.
Sed Citadinis ſcarlati veſte dobatis.
(5) Eſt amor angoſcae ſpecies, mentiſque Diavol,
Eſt amor errorum Capitanius, eſtque (6) Bagaſſae
Filius, eſt proprii (7) deſmentigatio juris,
Eſtque pudicitiae contrarius, eſtque maligna
Peſtis, & a nulla morbus ſanabilis herba.
Per quem perdit homo robbam, jus, ſeque medemum,
(8) Per quem calzati omnes ſtraſcinamur ad orcum.
Fac ſennum matte, laſſa Tonelle (9) talopram,
(10) Nam ſecchiam merdae tandem urtabis in unam.
(11) Noſcere vin cauſam, cur non habet ille mudandam,
(12) Vel cur moſtazzum tenet in bindamine ſtuſum?
Eſt, quia vergognae clauſit baſtardulus occhios.
Noſcere vin quare puer eſt, nunquamve ſeneſcit?
Nam facere impreſas pueriles cogit amantes.
Noſcere vin quanti ſit damni cauſa ladrettus?
(Totius mundi res geſtas pono decantum)
Hic exempla tui ſolum ſtatuamus avantum.
Si, Tonelle meus, zuras mihi dicere verum,

E Eſt

(1) *Putellum*. Puerum.

(2) *Caveſtrellus*. Metaphora ducta a capiſtro, & ſignificat perditur juvenis, veluti qui capiſtro abrupto, quolibet errat.

(3) *Orbeſinus*. Diminutivum ab *Orbo*, *cieco*.

(4) *Sfrantummat*. Minutatim confringit.

(5) *Eſt amor*. Amoris peſſimae qualitates. *angoſcae*. Extremi doloris Etruſce *angoſcia*. *mentiſque Diavol*. Diabolus mentem invadens.

(6) *Bagaſſae*. Meretricis.

(7) *diſmentigatio*. Oblivio.

(8) *Per quem calzati*. Loquendi modus Mantuae valde familiaris, quo ſignificantur illi, qui ita perdite vivunt, ut damnationem aperte mereantur, & de iis dicere ſolemus: hi ad Orcum cum calceis deſcendunt. *Van all' Inferno calzati, e veſtiti*.

(9) *laſſa talopram*. Deſiſte ab hujuſmodi incoepto.

(01) *Nam ſecchiam*. Dicendi modus, qui ſignificat: *nam ſcopulo tandem impinges*.

(11) *Noſcere vin* &c. Amoris naturam, ex ejus inceſſu, & habitu exprimit. Vis ne cognoſcere quare nudus incedat? *mudandam*, femoralia.

(12) *Vel cur moſtazzum* &c. vel cur vultum teneat *bindamine* vitta, *benda*. *Stuſum*. Coopertum. Occluſum.

Eſt tibi nulla modo vaccarum cura tuarum.
(1) Primo ſicca illis garlettos merda boazzat,
Nam velut uſabas, nunquam tua ſtalla netatur.
(2) Si mungis, mungis, ſi non, faſtidia nolunt,
Quae tibi cervellum rapuerunt propter amorem.
(3) Ceſſant maſcherpae, ceſſat cagiada, botirus,
Humida formajum corrumpit muffa levatum.
Itque in malhoram pecudis ſperantia Taurus;
Inque malum punctum ſubſtantia tota ruinat.
(4) Vigna tui Broli ſine palis, obruta ſpinis,
(5) Clamat de longe Zappas ottanta mearos.
(6) Ad ſguazzum campi vadunt, lacus arva coverta
Nam velut uſus erat nunquam foſſata cavantur.
Dormit zappa domi, forcatus, vanga, badilus,
(7) Cuncta ſui culpa veniunt ruginenta patroni:
(8) Hic eſt acquiſtus, qui ſitur amando puellas:
Hunc mulazzus amor facit, ô Tonelle, guadagnum.
Perdis amicitiam multorum, perdis honorem,
Et patri, matrique tuae das improbe guajos.
Hunc de cervello toſtum, precor, (9) excute Gryllum,
Ne

(1) *Primo ſicca illis*. Amoris effectus, & damna in Ruſtico homine. Hoſce innuit eleganter Virgilius.
Idem amor exitium pecori, pecoriſque Magiſtris.
Et Poeta noſter fuſius deſcribit. Primum damnum, quod ab amoris inſania Bubulcis provenit, eſt, quod negligentes fiunt, & Boum curam non habent, cujus rei indicio eſt, eos ſtercore illita ad plures dies crura praeſeferre. *Garletos* cruris pars, quae eſt ſupra talum.

2) *Si mungis, mungis* &c. Negligentiae maximum indicium.

(3) *Ceſſant maſcherpae*. Praedictae negligentiae effectus. *Maſcherpae*. Vide quae ſupra dicta ſunt ad verbum *Povina*. Pag. 7 num 1. Idem enim omnino eſt *Povina*, & *maſcherpa*, vel ſaltem hoc pro illo apud nos uſurpatur. *Cagiada* vid. Ibid.

(4) *Vigna tui broli. Brolo* apud nos eſt pratum arboribus fructiferis obumbratum. Senſus eſt. Vinea, quae pratum exornat, ſine fulciminibus, ſpinis obruitur.

(5) *Clamat de longe*. Vinea vocat alonge ligones h. e. indiget ut fodiatur. *Ottanta mearos* Octoginta mille paſſuum: *ottanta millia*.

(6) *Ad ſguazzum*. Foveis non excavatis, aquae campos tegunt.

(7) *Cuncta ſui culpa*. Inſtrumenta omnia ruralia fiunt rubiginoſa. *ruginenta, ruzenta* hoc ipſum apud plebem noſtram ſignificat: *aerugino tecta*.

(8) *Hic eſt acquiſtus* &c. Haec adipiſcitur qui puellas amat.

(9) *Excute gryllum*. Quemadmodum grylli irregulariter ſaltitant, ita gryllo vulgo comparamus mentem, quae irregulariter cogitat: *excute gryllum* apud nos ſignificat *ſtultitiam depone*.

Digitized by Google

Ne Bovis accipiat formam, buſtumque Gigantis,
Et modicus fiat grandis montagna (1) faſolus.
Ton. Iſta meam rupit circumparlatio teſtam,
(2) Per dextramque intrans laevam paſſavit orecchiam.
(3) Das vento calces, umbram, Salvigne, (4) miſuras,
Scribis & in glaciem ſcaldantem ſolis ad ignem.
Plus toſtum caſchet mundus, Coelumque roverſum,
Plus toſtum Mulos, Aſinoſque per aſtra videbis,
Cornacchiaſque jugo faciemus arare ligatas;
(5) Plus toſtum naſcat talis Verzonus in horto,
Qnod minor ad totam Breſſam det foja meneſtram,
Plus toſtum ceſſent fontes, Imbreſque rafinent,
Denique plus toſtum mutabit (6) Secchia canalem,
Quam ceſſet mai mai Tonellus amare Zaninam:
Et licet hanc vellem, non poſſem linquere femnam,
Et licet hanc poſſem, non vellem linquere Nympham.
(7) Vade, nec impreſa me quiſquam toiat ab iſta.
Sal. O ſine cervello (8) zentaia, vel abſque governo,
Se cruciant quod amant, nec amare (9) niente dimenum
Deſiſtunt, faciuntque velut (10) Benolina (11) baciocchi,
Quae moritura gulam (12) Zatti ſpontaniter intrat.

 Tol-

(1) *faſolus*. Faſellus. *Fagiuolo*.

(2) *Per dextramque intrans*. Modus nobis familiaris. *Entra per un orecchio, eſce per l' altro*. Et ſignificat, quando ſine exequendi animo aliquod conſilium audimus.

(3) *Das vento calces*. Quod fieri non poteſt, multis carminibus hic poetarum more exprimit. Quod Virg. dixit Ecl. 10., ubi pariter de amore loquitur.

Non illum noſtri poſſunt mutare labores;
Nec ſi frigoribus mediis, Hebrumque bibamus,
Sithoniaſque nives hyemis ſubeamus aquoſae &c.

(4) *Umbram miſuras*. Umbram metiris.

(5) *Plus toſtum*. Ante tam ingens braſſica in horto naſcetur, cujus magis exiguum folium toti Brixiae pulti parandae ſufficeret.

(6) *Secchia*: Flumen, quod à Mutinenſibus Montibus decurrens, Mutinenſem primum, mox Mantuanum agrum interfluit, & in Padum influit.

(7) *Vade nec impreſa*. Vade nec me quiſquam retrahat ab incoepto. *Impreſa* facinus. *tojat*. auferat, retrahat.

(8) *Zentaja*. Plebecula.

(9) *Niente di meuum*. Nihilominus.

(10) *Benolina*. Animal nobis notum, quod ad martoris ſpeciem reducitur, ac minore corpore praeditum, & ipſum gallinis infeſtum. Quod autem hoc animal moriturum in fellis os ingrediatur, hoc vulgo dicitur, ſed inter fabulas recenſendum.

(11) *Baciocchi*. Stolidi.

(12 *Zatti*. Fellis.

Tolle foras iſtam de ſenſu, matte, paziam,
(1) Teque tibi ſteſſo ſavia cum mente ritorna.
Tuque, capraeque tuae tandem (2) ad ſparaveria vades.
Hic amor ad (3) ſtuam mandat finaliter omnes,
Et multos riccos panem (4) pitocare coegit.
Quiſquis amat, multum ſpendit, nihilumque guadagnat:
Monſtratur digito, poſt illum quiſque (5) petezat.
Ton. Mentiris, quod amor ſit eorum cauſa malorum,
Sicut te sforzas (6) bajando provare chilò.
Nonne quis eſt ſimilis (7) zocco, ſimiliſve quadrello,
Quem non guidat amor, quem non trahit ulla puella?
Dic (8) codeſella, quid eſt virtus niſi germen amoris?
(9) Virtutem sboravit amor, sboravit amorem
Sola Dei beltas, quæ corpora noſtra galantat,
(10) Inque Zoaninam venit, bellaſque putinas.
Nunquid ego potius (11) merlottus amabo Cavallam,
Seu (12) vaccam Moram, ſeu cagnam, ſive gatellam,
(Me quia reprendis vaccarum linquere curam)
Quam bellam fomnam, ſenſuque, raſoneque plenam?

Paz-

(1) *Teque tibi ſteſſo* &c. Ad te ipſum redi.

(2) *Ad Sparaveria.* tandem miſertime peribis. *andar agli Sparvieri*, a nobis vulgo dicitur, ut ſignificemus in infortunia offendere.

3) *Ad Stuam.* Ad Inferos. *Stua.* Etruſce *Stufa*, Graece ὑποκαύστον locum calidum ſignificat, propterea metaphorice, & antonomaſtice, Inferorum igni hoc nomen applicat.

(4) *Pitocare.* mendicare.

(5) *Petezat.* Poedit eum irridendo.

(6) *Bajando.* latrando.

(7) *Similis. Zocco.* Rudi ligno, & duro lapidi comparat hominem, ab amoris inſania alienum. Inſanus quiſque, mentis compotem inſanum putat.

(8) *Codeſella.* Hoc verbo hic utitur tanquam interjectione, ſignificat autem apud Poetam, ut alibi dictum eſt, infortunium.

(9) *Virtutem sboravit* &c. Pretioſus lapis plumbo inſitus. Infinita Dei Bonitas Potentiam exeruit Mundum creando. Infinita Dei perfectio, & pulchritudo, amorem exeruit ſe ipſam Creaturis communicando, ita ut aliquam divinae perfectionis imaginem in Creaturis conſpiceremus. Unde dixit Apoſtolus ad Rom. 1. *Invifibilia enim ipſius a Creatura Mundi per ea, quae facta ſunt intellecta conſpiciuntur.*

(10) *Inque Zoaninam.* Jam nobilem ſententiam mimice omnino, ſed vere concludit. Quae in Creaturis apparet species, non eſt aliud, quam divine perfectionis radius quidam, & participatio. *Putinis*, Puellis.

(11) *Merlottus.* Sic vocamus pullum merulae, & ſignificatur homo rudis, & mentis impos.

(12) *Seu vaccam Moram.* Seu vaccam, cui nomen Morae eſt. *Cagnam* Canis foemina, *Gatellam*, fellem foeminam.

Pazzus es, & neſcis quidnam, Salvigne, (1) sbajaſſes,
Sal. (2) Potta meae, quod nunc volo biaſtemare, madregnae!
Argumenta facis magno baſtantia (3) Scoto,
Atque Thomaſinis ſtudiis, quae forſitan apta.
Sum contentus, ama, quia quoſque biſognat amare;
Sed ratio, non mens laſſiva gubernet amorem.
Ton. (4) De diavol, amor non eſt ſubjectus, & inde
Debet Amor potius rationem flectere quo vult.
Nonne vetus (5) proverbol habet, (6) Amor omnia vincit?
Sal. Heu bene parlaſti (7), ſagurate, quod omnia vincit.
Namque tibi robbam, nomen, tulit inde cerebrum.
Pluſque Zoaninam curas, quam mungere Vaccas.
Ton. (8) Pur ibi te fiches, neſcis voltare galonem,
Nunquid Zaninae, vis me praeponere Vaccas?
Sal. Non, ſed ama pariter Vaccas, vaccamque Zaninam.
Ton. Deh veniat cancar tibi nunc, manigolde vilane,
Tune Zoaninam praeſumis dicere vaccam?
(9) Quod mangiare viam poſſit tibi Phiſtola naſum.
Sal. (10) Perdonanza precor, nolique gridare, Tonelle,
Nam meus incauto dictus (11) muzavit ab ore.
Imo Zoaninam, ſtellam (12) chiamabo Dianam;
Dummodo non vojas te deſperare per illam:
Nam ſi deſperas, & vis te tradere forchae,

Non

(1) *Sbajaſſes*. Blateres.
(2) *Potta meae &c.* Ruſticalis blaſphemia. *Madregna* dicimus Novercam. Cunus meae Novercae.
(3) *Scoto*. Scotus, & Thomas Aquinas celeberrimi Academiarum Coriphoei, & ſublimium diſciplinarum Magiſtri. Quare dicit Salvignus Tonello, argumenta promis Scoto, & Thoma digna.
(4) *De Diavol!* Exclamatio plebeculae familiaris.
(5) *Perverbol*. Adagium, effatum.
(6) *Amor omnia vincit?* Sententia apud Virgilium. *Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.*
(7) *Sagurate*. Infelix. *Sciagurato*.
(8) *Pur ibi te fiches*. Modus plebi ſamiliaris. *Clavum ſigis. Ubi te projeciſti, ibi jaces, & neſcis alio te vertere.*
(9) *Quod mangiare viam. Mangiar via* Plebs dicit ad ſignificandum *corradere*, *corrodere*.
(10) *Perdonanza precor* Veniam precor.
(11) *Muzavit*. elapſus eſt. *Chiamabo Dianam*. Amicam tuam Dianam vocabo.
(12) *Non vojas*. Nolis.

Non illam vaccam, ſed ego clamabo (1) putanam.
Et ſemper dicam, quod amor tibi (2) colla tiravit.
Ton. Numquid amor boja eſt? quia dicis colla tiravit?
Sal. Ut quid habes manibus pro te appicare (3) ſoghettum?
Ton. Non amor, aſt odium, quod fert mihi cruda Zanina,
Me quaſi sforzavit (4) contradam perdere drittam.
Sal. Ut quid amas illam, ſi te ſdegnoſa refudat?
Ton. Troppus amor, quem porto ſibi, facit eſſe ſuperbam.
Sal. Ergo troppus amor te vult piccare (5) bonhomum.
Ne ſtupeas, bojam ſi dixi nomen amoris.
Ton. Crimen amoris enim non eſt, at culpa puellae;
Troppus amor non eſſe poteſt, (6) at troppa ſuperbit.
Sal. Diſſimula, fingeque aliam (7) doniare moroſam.
Ton. Diſſimulare nequit, nec fingere quiſquis amator.
Sal. Heu quia viciſti, cedo Tonelle, nec ultra
Diſputo, nam tua me ſententia docta ligavit.
(8) Non de Bolognae celſis venit iſta cadreghis;
(9) Non ſavio noſtri proceſſit ab ore Peretti.

Ta-

(1) *clamabo putanam*. Meretricem dicam. Supra dixerat *Bagaſſa*.

(2) *Colla tiravit*. Hoc modo loquendi utimur, dum per jocum volumus ſignificare aliquem ſuſpendere: *tirare il col lo*.

(3) *Sogbettum*. Funis fruſtulum ad ſe ſuſpendendum.

(4) *Contradam perdere drittam*. A recto tramite recedere.

(5) *Bonhomum*. Bonus vir, dicitur homo credulus, & craſſae minervae; *Buon uomo*. Unde unicum verbum componitur *bonomo*.

(6) *At troppa ſuperbit*. nimis ſuperbit.

(7) *Doniare*. Verbum nobis ignotum, quo alibi etiam uſus eſt in eadem ſignificatione: *Adamare*.

(8) *Non de Bolognae*. Bononia in Italia dicitur merito Mater ſtudiorum, tum propter in omni optimarum artium genere Profeſſorum excellentiam, tum propter confluentium Auditorum multitudinem. Laudat propterea Tonelli argumenta tanquam de Bononienſibus ſubſelliis provenientia, hoc eſt, tanquam docta & ſubtilia.

(9) *Non Savio*. Haeſi diu, & putaveram, de Xiſto V. Pontifice Maximo hic verba haberi, quum tradant haereticorum hiſtoriae ſatis vulgatae, illum e Subulco, ad ſummi Pontificatus apicem fuiſſe evectum; quod vanum, & inane commentum a melioris notae Criticis eſſe probatur. Me perſuadebant ſequentia verba: *Potis eſt qui ſerre Biolcos nempe Bubulcos, de pecudum ſtabulis ad ſummae culmina mitrae*. Quum vero animadverterem, anno 1560 Perettum fuiſſe in Cardinalium numerum cooptatum: anno vero 1585 in Pontificem Maximum electum: Theophilum vero, qui forte juvenili aetate haec luſerat anno 1544 extremum diem obiiſſe, quo tempore Perettus nondum ſtudia ſua expleverat, & nondum Sacerdotali honore fuerat inſignitus; propterea dubitabam vehementer, hunc locum fuiſſe corruptum ab iniquo ali-

Talia non donant Zappae, nec aratra, badili.
Solus amor docuit, potis eſt qui ferre biolcos
De pecudum ſtabulis ad ſummae culmina mitrae.
Victor es, & ſpeciem, formam quoque noſcis amantum.
Non habet, hanc culpam, ſed ſola Zanina, Cupido:
Et gianduſſa mihi veniat, ſi ſenſero quemquam
Blaſphemare deum, ſibi quod ſit cativus, amorem;
Hoc baſtone ſuas ſine fallo rupero coſtas.
Eſt gentilis amor, vult cor gentile, galantum,
Dulce, ſaporitum, tandem dulcedo ſit ipſa.
Et giuro, Tonelle tibi, retrovabo Zaninam,
Hancque tibi faciam dilectam, pone pauram.
Vade caſam, (1) brenamque tuae jam torna cavallae.
Undique Nox nigra eſt, Gryllique per arva (2) tricantant.

LAMENTATIO TONELLI DOLORE CONFECTI.

Sonolegia undecima.

OYde meus venter, mea milza, meuſque magonus!
O mea centenis teſta piena grylis!
O quales (3) lancos, o qualia cancara porto!
Non major poenis eſt codeſella meis.
Nil ſunt Gianduſſae, nil (4) vermocanus ad iſtud,
Quod pro te patior, bella Zanina, malum.
Oyde Zanina fero pro te mala paſcha, malannum,
Deh non ſis dojae cauſa ribalda meae.

Schiop-

liquo Pontificiae dignitatis inſectatore. Quum vero diligentiori examine vetuſtiora auctoris noſtri exemplaria conſuluiſſem, edita ante Xiſti exaltationem, & eadem haec in illis verba reperiam, propterea in eo carmine.

Nec ſavio noſtri preceſſit ab ore Peretti, de quodam Bononienſi Profeſſore, qui una cum Pomponatio Philoſophiam Bononiae docebat, fieri verba concludendum eſt. Sequentia vero verba: *potis eſt qui ferre Biolcos*, ad nobilem amoris indolem laudandam unice fuiſſe addita; quum de Peretto olim Bononienſi Profeſſore quid ſimile nihil in hiſtoriis legatur.

(1) *brenamque*. & Capiſtrum.

(2) *tricantant*. hoc verbo utitur ad gryllorum ſtridorem exprimendum.

(3) *lancos*. alibi utitur hoc verbo, & videtur ſignificare latera curſu, vel dolore concuſſa.

(4) *Vermocanus*. Morbus aliquis hic ſignificatur: forte lumbricis laborare.

Digitized by Google

(1) Schioppo, crepo, bruſor, nequeo (2) sborare fiancum;
Sit fas (3) almancum poſſe morire cito.
Affannus major meus eſt, quia bruſor, & iſta
Flamma (4) coradellam ſcannat ognhora meam.
Tu tamen & rides, & cantas, inde caleſſas
Me, tibi qui toto tempore ſchiavus ero.

DE NATURA AMANTIS.
Sonolegia duodecima.

QUare, ſi mangio videor mangiare luſertas?
Sdegnatur quoniam Vacca Zanina mihi.
Cur bibo (5) Zattorum ſuccum, ſi (6) ſugo botazzum?
Sdegnatur quoniam (7) ſcroja Zanina mihi.
Quare ſognanti paret mihi perdere capras?
Sdegnatur quoniam ladra Zanina mihi.
Quare, garofolum ſi naſo, merda videtur?
Sdegnatur quoniam cagna Zanina mihi.
Cur ſunt Gregnapolae, vel parent eſſe, Columbae?
Sdegnatur quoniam mula Zanina mihi.
Ergo ſin a tantum ſdegnoſula conticetilla,
Non edo, naſo, bibo, dormio, canto, ſono.

TONELLUS POST TRES ANNOS ZANINAM VIDIT.
Sonolegia tertiadecima.

MAgna (8) bachiocheries Veneris ſeguitare putellum,
(9) Cujus vergognam nulla mundanda tegit.
Quid (10) Maruffus ego ſequor hanc ſine laude ribaldam?
Non ſua (11) pregheras audit orecchia meas.

Me

(1) *Schioppo*. Magno impetu rumpi nos dicimus *ſchioppare*.
(2) *sborare fiancum*. halitum ducere.
(3) *Almancum*. Saltem. *almeno*.
(4) *Coradellam*. Pulmonem.
(5) *Zattorum*. Felium.
(6) *Sugo botazzum*. Si ex oenophoro vinum exſugo.
(7) *Scroja*. Sues foemina, & mater.
(8) *Bachiocheries*. Stultitia. *Bachiocheria*, a *Baciocho*, de quo ſupra.
(9) *Cujus vergognam*. Cujus pudenda nulla tegent femoralia.
(10) *Maruffus*. Stultus.
(11) *Pregheras*. Preces.

Me video a cunctis compagnis eſſe relictum,
 (1) Nec ſine ſcaldata vado tapinus aqua.
(2) Haec barbera mihi barbam tulit abſque raſoro,
 Quae ſcit (3) caſtrones attrapolare viros.
Si bene contemplor ſua geſta, ſuaſque parolas,
 Eſt, quam Veronae miſit Arena, (4) ſcroa.
(5) Proh vergogna mihi! qualis ſcoperta videtur?
 Hic mihi perpetuo tempore ſcornus erit.
Ergo bachiocheries magna eſt ſeguitare putellum,
 (6) Cujus vergognam braga niuna coprit.

(7) ZANITONELLAE

Concluſio.

(8) LIvida feminea Mors quae tulit inguen (9) Achillis,
 (10) Reddita quo falſum Troja domaret Equum.
(11) Biſtonios audet (fateor) diſpellere Nautas,

F Sed

(1) *Nec ſine ſcaldata*. Nec ſine lacrimis.

(2) *Haec barbera mihi*. Quin tonſor ſit, barbam mihi ſine novacula abradit.

(3) *Caſtrones*. Stolidos, & inutiles homines.

(4) *Scroa*. Quod ſupra dixit ſcroja. Prope locum, qui Veronae dicitur *Arena*, Nundinae ſunt, ubi veneunt.

(5) *Proh vergogna*. Amantis conſuetudo, de ſeipſo pudorem concipere poſt elapſam ſtultitiam.

(6) *Cujus vergognam*. Supra dixit *nulla mudanda*. Hic *braga niuna*. Quod idem ſignificat.

(7) *Zanitonellae*. Elegantis Carminis hic extant veſtigia, ſed ab Editoribus fortaſſe corrupti.

(8) *Livida*: Majoribus Operibus apta aliqua concluſione finem imponendi conſuetudinem primus introduxit Ovidius, qui Metaphorphoſeon libros hujuſmodi Epigrammate concluſit.

Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.
Quum volet illa dies, quae nil niſi corporis hujus
Jus habet, incerti ſpatium mihi finiet aevi:
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar, & pauca alia in hanc ſententiam. Hunc ſequutus eſt Papinius Statius,
 Et mea jam longo meruit ratis aequore Portum.
Durabiſve procul, Dominoque legere ſuperſtes Thebai?
Vive precor, nec tu divinam Æneida tenta,
Sed longe ſequere, & veſtigia ſemper adora.
 Hos imitatus eſt Merlinus noſter.

(9) *Achillis*. Celebris bellator ad Trojam, qui a Matre Thetyde in Stygiam paludem immerſus, ferro penetrari non poterat, dempto calcaneo, quo illum mater immergens ſuſtinuerat. Fuit tamen morti ſubjectus, a Paride in templo deliteſcente in calcaneo, venenato jaculo vulneratus.

(10) *Reddita*. Hapallage, ſeu ſenſus inverſus.

Quo Equus fictus domaret Trojam redditam.

(11) *Biſtonios*. Timor mortis arcet nautas in Thraciae Regionem tendentes.

Sed non (1) zaniphili carpere fata mei.
(2) Dixit Apollinei quantum ferat Ulna Pythonis,
(3) Dixit & obſcurae quanta ſit eſca Lyrae.
Non reprobent latiae, Paſtor quae dixerit, Aures,
Caſtus in hoc gracili cortice gaudet amor.

ECLOGA SEXTA.

Interloquutores Tonellus & Pedralus,

Qui ambo inebriantur.

O Fortuna mihi nimium rabioſa tapino!
O quae ſola faves poltronibus, atque ribaldis!
Qua cauſa tanti per te mihi dantur afanni?
Cur mihi non (4) ſtreppas animam de corpore tandem?
Nonne foret melius, ſemel hunc (5) sborrare fiatum,
Omnibus in giornis quam (6) mille morire fiatis?
(7) Es fortuna quidem merda merdoſior. omni;
Et tamen a multis tu Zuccarus eſſe videris.
Quos tales utinam cagaſanguis amazzet adeſſum,
Namque ficaverunt ſperanzam firmiter omnem
In' te, quae tandem das, (8) oyme corada! malannum.
(9) Indarnum ſtudui tibi pro ſervire gajoſſae,
Sed mihi voltaſti cervellum more Gazani,
Deque meo penitus privaſti ladra (10) placero.

Ped.

(1) *Zaniphili*. Libelli, in quo continentur amores Zaninae.

(2) *Dixit Apollinei*. Vel nullus, vel obſcurus ſenſus. Senſus eſſe poteſt: *Cecinit quid ferat rabies muliebris*. Nota eſt fabula Pythonis.

(3) *Dixit & obſcurae*. Senſus eſſe poteſt: *Cecinit quidquid canere poteſt Ruſticalis avena*.

(4) *Streppas*. Evellis.

(5) *Sborrare fiatum*. animam amittere.

(6) *mille morire fiatis*. mille vicibus mori.

(7) *Es fortuna* &c. Vituperatio vilibus, & turpibus concepta verbis in fortunam.

(8) *Obime Corada*! Exclamatio, quae ſignificat: *pulmone doleo*. ac ſi quis diceret: *ahi il mio polmone*!

(9) *Indarnum ſtudui* &c. Fruſtra in ſervitute tibi praeſtanda inſudavi.

(10) *Placero*. Voluptate.

Ped. Quid (1) ſturbulentus facis hac, Tonelle, ſub umbra?
Nunc ego (2) rampatus longam (3) ſcalvare pioppam,
(4) Ut viridi poſſem ſojamine paſcere Vaccas,
Audivi lacero te ſuſpirare (5) magono.
Deprecor, ut quod habes (6) vojas buttare deforam.
Tu ſcis, non pocum ſtrictos nos eſſe (7) parentos;
Scis quantum ſavius Villa ſum dictus in iſta;
(8) Conſejum quapropter ego dabo forte galantum,
Per quem (9) laſſabis dojam, Tonelle, da bandam;
Forſan, & (10) altorium quemquam donabo (11) chilojum.
Ton. Nunc nunc penſabam, quod me tentare venires:
Hinc fuge, perque tuum vadas, Pedrale, viazzum.
(12) Ad corpus ſancti, quod blaſphemabo, lupini!
Si Pedrale, loco te non diſtollis ab iſto,
Nos, pluſquam cinquanta, duos parebimus eſſe.
Ped. Nonne tibi dico, quam ſis Tonelle (13) maruffus?
Scire tuos (14) guajos modo quaero, daturus ajutum,
Et vis ad primum mihi teſtam rumpere tractum?
Ton. Deh guarda guarda, non magnus baſtat afannus,
(15) Qui mihi cantono milzam roſegavit ab omni,
Si non hic etiam me diſturbare veniret.
Expecta, poltrone, volo tibi rumpere ſchenam.
Forſan pentibis mihi nunc veniſſe davantum.

(1) *Sturbulentus*. Turbatus.
(2) *Rampatus*. Qui manibus, pedibuſque reptans ſuper altam Populum aſcenderam.
(3) *Scalvare*. Putare.
(4) *Ut viridi poſſem* &c. Ut foliis armento pabula pararem.
(5) *Magono*. Ventriculo. Lacero jecure.
(9) *Vojas buttare deforas* Velis foras projicere.
(7) *Parentos*. Sanguine junctos.
(8) *Conſejum*. Ruſtice dictum. *Conſilium*.
(9) *laſſabis dojam, Tonelle, da bandam*. Dolorem repelles. Vernacule dicimus. *laſciar il dolor da banda, da canto*.
(10) *Altorium*. Adjutorium.
(11) *Chilojum*. Alibi dixit: *chilò*. hic.
(12) *Ad Corpus* &c. Modus vulgo adhuc familiaris. Verbum arripiunt, quod blaſphemiae initium praeſefert; deinde in verbum nihil ſignificans deſinunt. Hic ſenſus eſt: *ad corpus Sancti lupini! equidem blaſphemabo*.
(13) *Maruffus*. Stolidus.
(14) *guajos*. Infortunia: *Guai*.
(15) Qui mihi &c. Senſus eſt. *Heu vide: non ſufficit dolor, qui mihi cor rodet; & accedit hic importunus mihi dolorem augens*. Vox indignabundi ſimul, & admirantis.

Ped. Vade planinum, rogo te, mi care Tonelle:
(1) Jam non ita viri ſtravacantur more ledami.
(2) Num poverelle tuum patieris battere Barbam?
Ton. Si tibi perdono, veniat mihi cancar adeſſum.
(3) Quamvis deberem ſubtilem perdere bragam,
Quam ſoleo tantum feſtivis ferre diebus.
Guarda vilane, volo nunc me (4) sborrare daverum.
Ped. Horſu, ne facias, es mattus? vade (5) padimma.
Qui ſumus an neſcis? ſta retro dico, Tonelle.
(6) Mo ſagurate, tuum ſic vis tractare Pedralum?
Neſcis quam cari ſocii ſumus, atque parenti?
Sic tua de proprio caſcat (7) mermoria ſcanno?
Sta retro, ſi vis; non dixi, non ego feci
Tam grandem coſam, per quam me battere debes.
Ton. Nonne tibi dixi de prima, vade Pedrale?
(8) An non deberes oculis te tollere noſtris?
Cerne meos vultus, ſi vis cognoſcere dojam.
Ped. Do, compagne, tibi perdonum, doque raſonem,
(9) Te quia cognovi nimiam sburlaſſe gramezzam,
(10) Deque tuo birlo mentem buttaſſe ſtravoltam.
Poſt haec excuſo, ſi te furor illico (11) brancat;
Namque tuum fratrem Bertol, patremque Majonem,
Cognovi pauca (12) boriolos eſſere cauſa.

Er-

(1) *Jam non ita &c.* Non ſic homines, tamquam fimus projiciuntur. *ſtravacantur* inordinare inverruntur. *Si capovolgono ledami, fimi. Concime, letame.*

(2) *Num poverelle &c.* Avum tuum miſer, percuties?

(3) *Quamvis deberem &c.*. Senſus eſt: do male mihi ſit, ſi tibi veniam. Tibi ignoſcere nolo, etiam ſi perdere deberem femoralia, quae mihi cariora ſunt, utpote quae diebus feſtis uſui mihi ſunt.

(4) *sborrare*. Iram exercere. *sfogare*.

(5) *Padimma*. Verbum nihil ſignificans; quapropter errorem eſſe ſuſpicamur, & legendum: *planum: lente, prudenter procedas*.

(6) *Mo ſagurate*. *Mo* particula vulgo familiaris, vim addens ſermoni. *Sagurate*: *Sciaurato*.

(7) *Mermoria*. Ruſtice dictum pro *memoria*. Significat autem. *Sic obliviſceris*?

(8) *An non deberes &c.* Senſus eſt: An non debueras hinc abiiſſe.

(9) *Te quia cognovi &c.* quia cognovi, triſtitiam te ad id impuliſſe.

(10) *Deque tuo birlo &c.* Et triſtitiam abſtuliſſe mentem. *E' andato giù dal birlo*. Vulgo dicimus. Non ſatis mente ſanus eſt.

(11) *brancat*. Rapit.

(12) *Boriolos*. Iracundos. Vox nobis ignota.

Ergo Tonelle meus, (1) cordojum pone dacantum,
(2)Atque tuum tanto de inflamine cava magonem.
Dicito cuncta mihi, tibi ſum, Tonelle, fidelis.
Ne, Meſchine, velis tantum lagnare; quid inquis?
Non parlas? deh butta foras, codeſella, venenum,
Nil mage debilitat, vel noſtros incoquit artus
Pectore ſub tacito, quam mens agitata dolentis.
(3)Corneus hac animam profudit ſorte Joannes.
Et licet hic Vermis tua rodat corda cativus,
Cuncta ſed ad carum compagnum dicere debes.
Qui mala cervelli (4) penſiria Pacificagat.
Dummodo cuncta ſibi, nil ſervans, (5) ſignificagat.
Ton. Quid, Pedrale, modo mihi tantum (6) rethoricagas?
Vin, quod ego dicam tibi verum? pone culamen:
(7) Unxiſti forſan muſum, vel forte bibiſti,
Et mihi, neſcio quo, vis predicare (8) Prolecchо:
Nunquid ego potero ſine (9) naſpo ſuolvere filum?
Si mihi (10) ſorbotum vini fers, dando fiaſcum,
Cuncta, (11) recunctabo, ſic vox ladinior exit.
Ped. Si tibi non baſtat vinum, quin carpe Botazzum,
Pedralus tuus eſt, Barilottus, & iſte Lorettus,
Sunt ad comandum cari mea cuncta Tonelli.
Ton. Clo, clo, quam bonus eſt, refero tibi mille (12) cotalas;
Dicere ſed quid ego tibi nunc, Pedrale, volebam?

Ped.

(1) *Cordojum &c.* Dolorem projice.
(2) *Atque tuum &c.* Inflatus bile, cordi pacem revoca.
(3) *Corneus &c.* Joannes Cornelius, de quo in vita dictum eſt, dolore necatus.
(4) *Penſiria*: cogitationes. *Pacificagat*. Mimice dictum. *Pacificat*.
(5) *Significagat*. Item mimice dictum pro *ſignificat*.
(6 *Rhetoricagas*. Mimice reſpondet. *Rhethorem agis*.
(7) *Unxiſti forſan muſum*. Probe manducaſti.
(8) *Prolecchо*. Prologo. Senſus eſt: Probe pranſus, vel probe potus, vis mihi texere neſcio quem Prologum?
(9) *Naſpo*. Italis vox notiſſima, latinis *alabrum*. Hac allegoria ſe diſponit ad bibendum.
(10) *Sorbotum* Ruſtice dictum pro *hauſtu*, *un ſorſo*.
(11) *Recunctabo*. Narrabo, *racconterò*.
(12) *Cotalas*. *Gratias*. Vox ruſticis familiaris in ſupplementum cujuſcumque vocis cito menti non occurrentis.

Ped. (1) Do angonaja! tulit ſenſum fortaſſe barillus?
Eſt poca, crede mihi, quam ſuffers poena, Tonelle:
(2) Gratta caput, capitis revocat grattatio mentem.
Ton. Quos habeo drentum, quantum bene noſco travajos!
Attamen ipſorum per adeſſum neſcio cauſas.
Cras dicam, poſtquam mangiavero quinque meneſtras;
Sive faſòlorum, vel tres vel quinque ſcudellas.
An.... ſed ego tandem memoro, Pedrale ſodalis;
O cancar, quantas habeo ſub pectore dojas!
Non baſtat quod me tormentant, ſed codeſella!
Jam quaſi ſborravì medio de ventre fiatum.
Non tibi (3) ſanglottus, tibi nec ſuſpiria dico,
Quae per iter colli vellent exire deforas,
(4) Sed quia ſunt troppi Braghae forantur ab imo,
Et ſic efficiunt ſuſpiria ſaepe (5) corezas:
Attamen hanc noſtram poſtquam vis noſcere poenam,
Dicam, quaeſo tuas diſtende parumper orecchias.
Credo ſcias, Pedrale meus, (ſi forte recordas)
Quod mea ſomna ſuper cervellum (6) lantcor habebat;
Cujus ventronem tantus cruciabat afannus,
Quod non ſic (7) ſbrajat cum perdit Vacca videllum..
(8) Ad corpus cigni finaliter illa morivit.
Ped. Ayme Tonelle, quid eſt quod dicis cancar adeſſum?
Thomaſina tibi maneavit? (9) buſcha de mi!
Non ego, dico tibi verum, Tonelle, ſciebam;
Da mihi perdonum, magnam tibi praeſto raſonem:
Nunquam penſaſſem, quod te dolor iſte piaſſet,

Cur

(1) *Do angonaja!* Vox exclamantis. *Prob dolor!*

(2) *Gratta caput*. Caput ſcalpe.

(3) *Sanglotus*. Singultus.

(4) *Sed quia ſunt troppi &c.* Sed quia nimia ſunt ſuſpiria, femoralia perforantur.

(5) *Corezas*. peditus.

(6) *Lantcor*. Vox Ruſticis noſtris familiaris, malum ingens ſignificans: Quid vero ſit hujuſmodi malum, nec ipſis notum eſt.

(7) *Sbrajat*. Mugit.

(8) *Ad corpus Cigni*. Blaſphaemiae mimice prolatae indicium.

(9) *buſcha de mi!* Maximae admirationis indicium, cui quid ſimile etiam nunc Ruſtici uſurpant.

Digitized by Google

Cur non andaſti civitati torre (1) Medechum?
Hi faciunt noſtros tam ſaepe (2) guarire Patronos.
Ton. Do cancar veniat (3) Merdecchis, atque (4) cirottis.
Nam ladri fomnam, ſimul & mihi trenta (5) doinas
Robbarunt, ſine queis melius Thomaſa guariſſet.
Ante ſuos tantos implaſtros, atque cirottos,
Ipſa (6) civabatur melius, meliuſque cagabat.
(7) De Pampardellis cum vino quinque meneſtras
Mangiabat, poſt quas parlando ſtabat alegra.
Ped. (8) Cur pinſen ergo chiamaſti, matte, Medecchum?
Ton. (9) Mo angonaja! fuit prae noſter Don Jacominus,
(10) In cujus chieregam gianduſſa naſcere poſſit.
Ped. O menchione, fidem preſtaſti Don Jacomino?
An neſcis quoniam (11) Moneſi, Fratreſque, Pretique.
Nos omnes vellent Meſchinos ſaepe morire,
Ut de candelis guadagnum fiat avancis.
Si, Tonelle, ſuas vis (12) truffas noſcere, ſcolta.
Una ſuper coxam Bertoli venerat olim
Fiſtula, qua ſurſum calzas (13) tirare cedivit.
Illico frater adeſt Polus, ſcis? ille Romitus.
(14) Qui becchi portat barbam, venditque badilos,
Cum quibus ad dominum Barberus nettat orecchias.
Ton. (15) An ..., ſcio Judaeis impegnat ſaepe capuzzum,
Atque Breviarum domenticat intra Tavernas.
Ped. Eſt, eſt, tu noſcis, ſed quid contare volebam?

Ton.

(1) *Medecum*. Medicum.
(2) *Guarire*. Sanitati reſtituunt.
(3) *Merdecchis*. Medicis, Mimice dictum.
(4) *Cirottis*. Ceratis. Unguentum cera paratum.
(5) *Doinas*. Alibi etiam a nobis dictum eſt de hoc verbo nunc inuſitato. Significat autem numos, qui cum dolore expenduntur.
(6) *Civabat*. Cibum ſumebat.
(7) *De Pampardellis*. Pulmenti nobis noti ſpecies, qui a Ruſticis cum vino ſu[illegible].
(8) [illegible] vox.
(9) *Mo angonaja*. De utraque voce modo a nobis dictum.
(10) *In cujus chieregam*. In cujus clericalis tenſurae circulo.
(11) *Moneſi*. Monaci.
(12) *Truffas*. Dolos.
(13) *Tirare cedivit*. Omiſit ſe tibialibus induere.
(14) *Qui becchi*. Barbam portat inſtar arietis.
(15) *An ſcio &c.* Judaeis cucullum foenori d[illegible]. [illegible] colloquentium digna [illegible].

Ton. Dicebas quod panza tibi dolet, atque (1) padronus:
Mangiaſti nimium, Lenta Pedrale (2) corezam.
Ped. Neſcio ſi potero lentare, tuf, altera, tuf tof.
Ton. Non, gianduſſa, ajo, ſic te mollare corezam:
Dico centuram, qua cingeris: ô cagalochium!
Guaſtatur tempus, ne forte bagnemur, eamus.
Ped. Imbriagatus eris, Tonelle, nimiſque bibiſti.
Ecce ſtat ad mediam gambam Sol altus, & inquis,
Guaſtatur tempus, ne forte bagnemur, eamus?
Sed narrare unam volo nunc, Tonelle, (3) cotalam,
Ton. (4) Panzonicam dicunt multi, multi quoque (5) follam.
(6) Dic ..., ſed cur vadunt in circum prata, paeſus?
En caſamenta volant, ſta ſaldus, barba Pedrale:
Tuque volas, ſine me quo vadis? ſta (7) cagaſanguis:
Cur tam cuncta volant? capris incago daverum.
Ped. Es coctus plus quam crudus, Tonelle ſodalis,
Ac ego non liber ſum totus; cerno ſerenum
Paulatim coelum fumanis undique tegi.
Sta, Tonelle, ſuſum, quod caſcas; ſurge gajarde,
Huic te branca palo, manibus da brachia, circum
Heu quia non unum video, ſed mille Tonellos!
Ton. Ac ego non unum cerno, ſed mille Pedralos.
O quantae pegorae paſcendo per aëra vadunt,
Turchinamque ſuo portant in tergore lanam!
Ped. Nil dubita, Tonelle, palum ne deſere, donec
Haec mala tranſcendant digeſto tempora vino.
(8) I! quantas video cornacchias, atque civettas.

Ton.

(1) *Padronus.* Ita vocant Ruſtici morbum quemdam ab hypocondriaca affectione provenientem, da quo Medicos conſule.

(2) *Corezam.* Vox ambigua, quae Corrigiam, & peditum ſignificat. In priori ſignificatione a Tonello uſurpata, in poſteriori a Pedralo intelligitur.

(3) *Cotalam.* Vox ſupra a nobis explicata.

(4) *Panzonicam.* Fabulam, commentum, nugas. *Una baja*, *una frottola*. Dicimus nunc *una Panciana*.

(5) *Follam.* fabulam.

(6) *Dic ſed* &c. Ebrietatis effectus graphice picti.

(7) *Cagaſanguis*, & aliae ſimiles voces alibi explicatae.

(8) *I! quantas*. Exclamatio vulgo familiaris.

Digitized by Google

Ton. Non ſunt cornacchiae, non ſunt, Pedrale, civettae;
Sed quem taccatum fers in galone botazzum,
Implevit teſtam vino, ſenſumque chimeris.
(1) Ecce lacum pajae video, nodabimus ambo..
Diſueſtire libet, ſum nudus, tolle camiſam,
Te quoque fac nudum, Pedrale, lacumque per hunc (2) na.
Ped. Ecce nato, ſed freſca nihil mihi paja videtur,
Atque cavant nobis oculorum lumina buſchae.
Ton. Me miſerum, Pedrale, juva, meſchinus anegor,
In gambam venit granſus, da cancar ajutum.
Ped. Quomodo ſuccurram? quin? rurſum tolle fiaſcum.
Ton. Da cito, ne induſia, morior: cito praebe botazzum:
En bibo, tuque bibas: ſcampavi grande periclum.
Sic ſmorzare focum focus alter ſaepe probatur.
Namque ſerenantur coeli, ſtat fixaque tellus:
Sum Tonellus ego, tuque es, Pedrale, Pedralus.
Quaeque ſuo primo res eſt tornata paëſo:
Thomaſina tamen mancat mihi ſola, quid ayme!
(3) Sperandum eſt, dum noſtra ſubeſt huic vita biformi
Fortunae?
Ped. Mors ſola, quid ergo? quieſce:
Nam mortalis erat quam luges foemina, Dormi.

(1) *Ecce lacum pajae*. In tres, Mantuae lacus dividitur. Alter dicitur ſuperinr, alter Inferinr, tertius lacus Paleae, ſive vernacule *Pajolo*. Lacus Paleae ab ingenti agere, quem dicimus *di Cereſe*, & ab agere, quem dicimus *del Te* hinc inde continetur. Suſpicamur vero, iden lacum Paleae dici, quia totum illud ſpatium, quod hiſce ageribus concluditur, non niſi aquis excreſcentibus aqua coopertum, illis recedentibus paluſtre ſolum relinquitur, paluſtribus paleis tantum producendis idnneum, quibus ſemper locus ille abundat; quare, foveis quibuſdam demptis, jure dicitur ſpatium illud: *lacus paleae*, ſeu *lacus palea plenus*.

Habetur praeterea Lacus Andes, *di Pietolo*, in quem Lacus Paleae ſe exenerat per Piſtrinum Tireſii *di Cereſe*, ſed nunc cum lacu Paleae nomine confunditur. Omnes iſti lacus, quum aquis exundant, quod ad nutum fieri poteſt, Civitatem noſtram ex omni parte aquis circumdant.

(2) *Per hunc na*. *No, Nos*, ſignificat *natare*.

(3) *ſperandum* &c. Mirabilis, & vera ſententia.

ECLOGA SEPTIMA.

IN IDEM ARGUMENTUM.

Pedralus, *Tonellus*, *Gelmina*, & *Bigolinus*.

Ped. O Tonelle, (1) leva ſurſum, dormivimus horas
Quatuor, aſt oculos ſomno quoque geſto gravatos.
Quam juvat in primis (2) poſtquam dormire calamus,
Seu ter, ſive quater panzae diſtendere pellem!
Ton. Sic faciunt Aſini poltrones, non tamen illos
Dico quadrigambes portantes tergore (3) ſomas,
Aſt Aſinos, quos villa facit (4) Bardella bigambes.
Sed quam, velle mihi peradeſſum dicere follam
Coepiſti, quando volitare per aëra grillos
Vidimus, & ſtantes circum girare paëſos.
Incipe, non ultra (5) e ſcala in cantiribus ibis.
Ped. Res boſiarda quidem non eſt, Tonelle, daverum,
Quam recitabo, tamen quid me donabis ob iſta?
Ton. Ne dubita, (6) codeſella, nucum tibi trenta (7) garillos
Servo, quos feci, ni credas, reſpice nigras
Ecce manus, haec dona tuae ſint apta ſadighae.
Si tamen his forſan tracto de more putini,
Quem nux contentat, ſeu pomum, ſive ceréſa;
Eſt (8) medaja mihi de fino facta piumbo,
In qua ſculpta, viden? ſtat ſancta Maria Loreti.
Hanc

(1) *leva ſurſum*. Surge.
(2) *poſtquam* &c. poſtquam a ſomno ceſſamus.
(3) *Somas*: onera, ſarcinas.
(4) *Bardella*. Villula, de qua dictum a nobis eſt.
(5) *E ſcala in cantiribus*. Dicimus *andar di ſcala in cantiere*, quod dicitur etiam *saltar di palo in fraſca*. Praeter inſtitutum ſermone vagarì.
(6) *Codeſella*. Vox in alia ſignificatione alibi a nobis explicata. Nunc ſimplex interjectio.
(7) *garillos*. Nucleos, in ea ſignificatione, in qua dicit Plautus: *Qui e nuce nucleus eſſe vult, frangat nucem*, nos dicimus vulgo *garilli*, *noccioli di noce*.
(8) *Medaja*: numiſma, *Medaglia*.

Hanc, Pedrale, tuo poteris taccare capello,
Sub qua comparet vel flos, vel penna caponis.
Ped. Sum contentus; ego pulchram narrabo cotalam.
Tempus erat, quando nos major freddus agiazzat,
Duraque ſub vento ſchiappatur terra (1) Boraſo,
Celſa convertatur nivibus Montagna bianchis,
Invidriantur agri, (2) candelae ad culmina pendent,
Paupertas nullo ſe ſtringit tecta gabano,
(3) Nec ſcaldare poteſt per buccam rancida furnum.
(4) Supra palmuzzos manuum dum ſaepe ſbadacchiat,
(5) Has magis infreddat, quia fert in corpore giazzam.
Tunc ego (ſic nobis eſt ſemper uſanza vilanis)
Pergere decreram ſolus ſolettus ad Urbem,
Patronoque meo porcellum ducere graſſum.
(6) Protinus excalcis pedibus, (nam dura per arva,
Vel per (7) gaſones potuiſſem frangere ſcarpas)
Ire comenzavi, porcum ſtimulando (8) gojolo.
Ipſius ad gambae (9) calcagnum corda tacatur,
Quae ſua ſit varias per ſtradas aequa guidatrix.
(10) Non rectos unquam ſenteros ille tenebat,
Nunc partem dextram brancabat, nuncve ſiniſtram...
(11) Sed mea me clamat Gelmina,
Gel. Pedrale quid? olà.
Ped. Sentiſti? venio: quid poſcat vado videre,
Jamque retornabo tibi nunc recitare ſacendam.
Ton. Vade cito, pergam frattantum vertere capras,

(2) *Boroſo*. Ruſticis eſt Boreas.
(3) *candelae*. Aqua circa tecta concreſcens, quae in longum protenditur.
(4) *Nec ſcaldare poteſt*. Non habet quid edat, licet ſit fame pallida. Dicendi modus Vulgo familiaris.
(5) *Supra palmuzzos*. Palmas, manus. Ita loquitur vulgus, & ita agit, ut frigus a manu repellat.
(6) *Has magis infreddat*. Parum prodeſt manus inſuflare ad frigus repellendum ventre vacuo.
(7) *Protinus* &c. Mos ruſticorum pedes lacerare, ne calceos lacerent.
(8) *Gaſones*. Ita glebas Ruſtici vocant, *le zole*.
(9) *gojolo*. Oblonga virga cuſpide infixa, qua Ruſtici boves, & armenta ducunt.
(10) *calcagnum*: calcaneum.
(11) *Non rectos*: Suum mos graphice expreſſus.
(12) *Sed mea* &c. A Gelmina *vocatur*.

Quas (1) Benvegnuti video diſperdere vignas.
Quid (2) becchone facis? veniat tibi morbus in occhiis.
(3) Ad corpus lanchi, ſi virdum branco (4) tracagnum,
Forſan in alterius campos non ſtare docebo.
(5) Quod crodare zoſum poſſint tibi cornua, vien qui.
Cui dico? torna, veniat tibi fiſtola, ſed quid,
Sed quidnam video? pegorarum ceno ſtravoltum.
Tu ſolus, Bigoline, jaces ſtravacatus in umbra,
(6) Caſtroni ſimilis teneras cum maſtigat herbas?
Quas phantaſias animo ſubvolvis adeſſum?
Nonne ſoles faciem mihi promere ſemper alegram?
Big. Deh Tonelle, precor noli mihi rumpere teſtam,
Si meus eſſe cupis carus compagnus ut ante,
Vade viam, curaque tuas ſeguitare capellas.
Ton. Dextrius, o Bigoline, parum, quae verba diavol
(7) Nunc bajas? ſic me vis primo pellere tractu?
Scire tuas dojas cupio, dabo forſan ajutum.
Big. Quem, macarone, dabis, vel quem dare credis ajutum?
Qui non ſufficeres mihi (8) diſcalzare ſtivallos,
Credis ſtulte tamen me conſolare parolis?
Ton. Si non ſufficerem tibi diſcalzare ſtivallos,
Forſan ſufficiens eſſem (9) ſtrappare budellas.
Quid, manigolde, unquam mecum bravare putabis?
Scis modo quid cercas: tamen hanc depono dabandam.
Big. Si, Tonelle tuum, velles ſeguitare caminum
Inter nos talis non orta (10) bataja fuiſſet.
Ton. Quis dedit impazzum duo ſunt tibi brachia longe.
Sed

(1) *Benvegnuti*. Familia, cujus finitimi agri erant.
(2) *Becchone*. Arieti dictum per contemptum.
(3) *Ad corpus lanchi*. Supra a nobis explicatum.
(4) *Tracagnum*. Baculum nodis aſperum.
(5) *Quod crodare* &c. Imprecatio. Tibi cornua decidant,
(6) *Caſtroni ſimilis*. Capro ſimilis.
(7) *Nunc bajas?* Quid latras?
(8) *diſcalzare ſtivalos*. Vox dici ſolita ad contemptum, non ſufficis mihi ocreas educere.
(9) *Strappare budellas*. Vox tabidae minitantis. Inteſtina eruere.
(10) *battaja*. pugna, *battaglia*.

Sed ſcio quid quaeris; quantum bene (1) ſonzia Boſchi
Ungeret una tibi ſpallas aſinique ſchenazzam.
Tanta tuo fugeret forſan de ventre (2) matana.
Big. O Tonelle, niſi guardas quod dicis, amici
Non erimus, taceas facieſque tacendo bonopram.
Ton. Tu prius in coleram ſaltas, debeſque tacere.
(3) Guarda iſtam fraſcam quae magna ſuperbia chiappa:
Namque ſuus pater eſt villa camparus in iſta,
Elatam portat criſtam, (4) becchumque levatum,
Ut gallina ſolet ſi groſſum fecerit ovum.
Big. Tu mihi non unum feciſti, at mille quotannis
Deſpectus, quos jam non ſopportare licebit.
Ton. (5) Scilicet andamus vignas tajare novellas,
Ut de nocte meas tajaſti mule piantas,
Galliniſque meum galliſque (6) polare vodaſti,
Sed doleo cagnam non tunc habuiſſe Belinam,
Quae tibi feciſſet (7) garlettos linquere dretum.
Big. Me robaſſe tuas gallinas? deh codeſella!
Non tres pollaſtros tua conjux nutrit in anno,
Et jactans plenum te dicis habere polarum?
(8) Nempe tuis habeo de gallis grande biſognum.
Sed quis neſciret, te barba cataſſe Gianolum,
Quod ſtabas quamdam naſcoſus retro pioppam,
Ut ſibi vix natum poſſes robbare caprettum?
Ille cativellus fingens dormire ſub ulmo,
Dum paſcolabant ſpinoſa per arva capellae

Te

(1) *Sonzia boſchi.* Unguentum exoticum apud Plautum, quod nos dicimus. *Songia. Sonza.* Unguentum videlicet rotis, curribuſque ſervatum. Metaphorice dicimus: Unguento a ſilvis producto ungere, pro: *baculo verberare. Unger con ſongia di boſco.*

(2) *matana.* Stultitia.

(3) *Guarda iſtam fraſcam.* Vide petulantem hominem. *Fraſca* dicimus homini levi, & impudenti, ſe ſupra vires extollenti. Metaphora per ſe patet.

(4) *becchumque.* Elata criſta, & roſtro incedit

(5) *Scilicet.* &c. Altercationem huic ſimilem habet Virgilius Ecl. 3. quam Poeta noſter imitatus eſt.

(6) *Polare.* Dicimus *Pollajo* in quo pulli cubitum pergunt.

(7) *Garlettos.* Alibi dictum a nobis eſt, eſtque pars inferior ſurae ſupra calcaneum.

(8) *Nempe tuis* &c. Ironia vulgo familiaris.

Te non penſantem ſummiſſa luce videbat,
(1) Et dum calcagnis cercabas ire legieris,
Atque capretinum velles (2) griffare propinquum,
In pede ſaltavit ſumpto baſtone debottum,
Teque bonis (3) ſtringhis fecit deponere praedam.
Ton. O quales dicit (8) bajanas iſte boſardus!
Dicere praeſumis, me baſtonaſſe Gianolum?
Big. Hoc ſcio, ſed melius tua ſcit quae ſchena provavit,
Indiciumque hujus rei monſtratur adeſſum,
(5) Namque piantonem ſcorzaſti tergore virdum.
Ton. Deh! facies benum tales non dicere coſas;
(6) Nam cum cervello rupto fors ibis a caſam.
(7) Non ego ſpojavi media de nocte picatum,
Quod tu feciſti, cui manſit ſola camiſa.
Big. Ergo ſi piccant ladros, piccaberis ipſe,
Teque (meum juxta morem) ſpojabo ladrazzum;
Et promitto tibi nec ſolam linquere bragam.
Ton. Fac ſennum matte, taceas Bigoline, nec ultra
Me ſtizzare velis, ne te cagaſanguis acojat.
Big. Iſte tibi veniat, poſſiſque cagare budellas.
Ton. Non plus ſupporto, (8) ſume hoc, aſpetta ribalde.
Quo fugis? hoc aliud cum ſpallis carpe (9) garofol.
Big. Heu heu, non talem tibi parco, ribalde, zucadam:
(10) Hoc etiam tuus eſt, an an, ſta ſalde, quid inquis?
(11) Non facio ſtimam de te, poltrone, cereſam.

Ton.

(1) *Et dum calcagnis*. In digitis ambulabas.

(2) *griffare*. Rapere, *ghermire*.

(3) *Stringhis*. Verberibus. Metaphora apud plebeculam in uſu.

(4) *Bajanas*. quod ſupra dixit panzonicas, nunc dicit *bajanas*, *baglanate*.

(5) *Namque plantonem*. Non ramo, ſed arboris planta tamdiu coeſus fuiſti, ut illa corticem amiſerit.

(6) *Nam cum cervello* &c. Nam vapulabis, donec caput tibi frangatur.

(7) *Non ego* &c. ſequitur Virgilii imitatio.

Tum credo quum me arbuſtum videre Myconis &c.

(8) *Sume hoc*. Bigolinum pugnis coedit.

(9) *Garophol*. Alapam. *Dar un garofolo* vernacule dicimus alapam impingere.

(10) *Hic etiam tuus eſt* &c. Bigolinus Tonello vicem reddit.


(11) *Non facio ſtimam* &c. Te flocci facio. Italice dicimus. *Non ti ſtimo una ciregia*.

Ton. Non facies ſtimam? talem me ferre pugnadam?
Certe non patiar, ſi poſſum ſupra ganaſſam
Hanc dare (1) tartufolam, guarda, (2) tuus hic, tuus iſte.
Big. Quid bravare putas? (3) heus caſco, parce Tonelle,
Heu heu! ne facias, oyme oyme! deſine quaeſo,
O mea teſta, meae ſpallae, mea ſchena, maſcellae!
Ton. An, an, calarunt zanzae? (4) ancora ſuperbis?
Aſt etiam tu vis repetare? quid eſſere credis?
Es nec dum ſazius? volo te tractare da ſennum.
Big. Me Tonelle ſinas horſu, dolor heu nimis aſper!
(4) Heu quia me ſtriccat! quis nam mihi praebet ajutum?
Ped. O Gelmina, audis? clamorem ſentio magnum.
Gel. Nuper ego ſenſi multis combattere verbis.
Curre cito, ſi quam retrovas ſpartire (6) baruffam.
Ped. Curro, praebe meum ſpontonem, doh codeſella!
Big. Me Tonelle ſinas:
Ton. non, non, volo perdere vitam,
Non, Bigoline vitam coepiſti .... (7) me oyme ſuperchias.
Big. Sta ladrone, ſuper veni, volo reddere pugnos.
Ton. Te bene guardabis, quid vis? meus oime galonus!
Big. Expecta donec pedibus tibi panza ſoletur.
Ton. (8) Giap giap, heu quales facis allentare corezas!
Parco tibi, Bigoline, mihi quoque parcere debes.
Heu mea panza dolet! (9) ſlof ſlof, ego creppo daverum.
Big. (10) Ajum mangiaſti, tuus en ventronus amorbat.
Hunc padire tibi faciam, ſed brutte ribalde,
Oybo! cagas merdam, faciam mangiare, biaſſa.
Sume tuam fezzam, mangia, non eſt bona? mangia.
Oybo

(1) *tartufolam*. Pugno coedere. Vernacule dicimus: *dar un tartufo*.
(2) *tuus hic* &c. Ictus bis, & ter repetit.
(3) *heus caſco* Bigolinus cadit.
(4) *Ancora ſuperbis?* Etiam num ſuperbis?
(5) *Heu quia me ſtriccat*. Genibus, vel pedibus ventrem comprimit.
(6) *Baruffam*: Pugnam.
(7) *Me Ohime* &c. Tonellus ab aliena voce diſtractus a Bigolino ſuperatur.
(8) *Giap Giap*. Pediti ſonitus. In his, & in ſequentibus, ridendus magis, quam ridiculus poeta.
(9) *Slof ſlof*. Rurſus pedita ſonant.
(10) *Ajum*. Allium ediſti.

Ton. Oybo, nimis puzzat! glo, glo, meſchinus anego,
Non Bigoline bona eſt.
Big. Prius illam quaeſo biaſſa,
Ped. Quid facitis (1) pinfen? laſſa, Bigoline, Tonellum.
Ton. Heu quia ſum mortus, mi, mi Pedrale ſodalis:
(2) Da precor altorium, cernis quod me male tractat.
Big. Non, Pedrale, tibi feci unquam diſplicimentum.
Neſcis quam pejus hic me tractavit adeſſum.
Ped. Ne facias, Bigoline, (3) leva furſum, leva, dico.
Big. Fac mihi promittat, me non offendere, quando
Laxatus fuerit, vis hoc promittere? parla.
Ped. Is bene promittet, non ſic Tonelle ſodalis?
Ton. O Pedrale, nimis fuit haec injuria grandis:
Attamen iſta tuum ponatur propter amorem.
Ped. Surgite paſtores, veſtras jam tangite dextras,
Tu, Tonelle, manens laſcivas paſce capellas.
Tu, Bigoline, caſam redeas, injuria nulla eſt.
Et jam Phoebeus radius diſtollitur orbi.

(1) *Pinfen*. Supradictum eſt eſſe vocem objurgantis.
(2) *Da precor altorium*. Auxiliare.
(3) *leva ſurſum*. Ad Tonellum urtitur. Surge.



PROOE-

PROAEMIUM

MERLINI COCAII

SUPER PHANTASIAM SUAM

Eſ tam grande quidem, mi (1) *phantaſia, volumen,*
Ut qui cuncta leget carmina, Neſtor erit.
(2) *An breve debueras, complectens omnia, condi,*
Cum ſtent Aſtra tuo, Stix, Mare, Terra, ſinu?
(3) *Sic Tyrrena poteſt capere haud Lacus aequora Mantus*
Sic leve materiam totius artis opus.
(4) *Non tibi magnanimi deerit ſolertia Baldi,*
(5) *Non tibi Cingaricae maximus artis bonor.*
Non tibi ſemicanis Falcbetti libera virtus,
Non tibi Fracaſſus corpore, mente Gigas.
Non tibi Moſcbini ſuavis natura modeſti,
Atque Leonardi forma, pudorque mei.
Non tibi Vinmazzi mens coelo affixa biformis;
Non Hircaniaci mens generoſa viri.
Non tibi ſucceſſor Leonardi forma Rubini,
Non tibi Giuberti muſica digna Jove.

H *Non*

(1) *Mi phantaſia.* Phantaſia mea, continens tam grande volumen, ut ad cuncta perlegenda Neſtoris anni requirantur. Merito propriae tribuit phantaſiae integrum hoc volumen, maximam enim praeſefert in toto hoc volumine concipiendi, et deſcribendi vim, ita ut in hac parte poſſit Homero ipſi comparari.

(2) *An breve &c.* Volumen, quod continet omnia, non poteſt eſſe breve. Coelum, Inferi, Mare, Tellus, haec omnia volumen hoc complectitur.

(3) *Sic Tyrrena.* Quemadmodum Mantuae lacus non poteſt capere aequor Tyrrenum, ſic opus breve non poteſt capere materiam artis totius.

(4) *Non tibi magnanimi &c.* Poſtquam in genere propoſuit de quibus agendum eſt, nunc ad peculiaria deſcendit, & illuſtrium Virorum, qui narrandis rebus interſunt, caracterem proponit.

(5) *Non tibi Cingaricae.* Aſtutiam Cingari tribuit, cui propterea dedit & nomen conforme. Arti huic honorem tribuit, tum quia prudenter, & honeſte ſi adhibeatur (quod tamen in ficto hoc Cingare non evenit) utilitatem maximam ſecum adfert; tum quia hominis hujuſce aſtutia, ad totius fabulae explicationem neceſſaria omnino eſt.

Non terebrata Deo Philothei menſque, decorque;
Non tibi Malfatti mens bona, ſo ſque mala.
Non tibi Philoſophi Malaſpinae ſenſus acuti,
Non gula Boccali, mellifluique ſales.
Non tibi Guido pater Baldi ſpeculator olympi,
(1) *Non tibi Seraffi pectora docta Magi.*
(2) *Non tibi nobilitas Lironis, et Hyppolis alta,*
(3) *Vitaque Merlini ſemidicata tibi.*
Non Cingarinus, Marcellinuſque propago
Baldi, non tota haec ſtirps generoſa deeſt.
(4) *In te Gajoſſi regis turpiſſima mors eſt,*
In te quas poenas trux Muſelina dedit.
(5) *In te Gulforeae legitur deſtructio ſectae,*
In te quod generant (6) *Guelfque, Gibelque malum.*
In te militiae furor, aſtus, tela, moduſque,

In

(1) *Non tibi Seraffi* Quod pariter de Seraffo ſingit Poeta noſter, ad totius rei ſeriem omnino eſt neceſſarium. De Eo agitur Macaronice XXI.

(2) *Non tibi nobilitas*. Lironus ſeu Liro, & Hyppolitus Fratres antea Piratae; deinde contra Baldum pugnantes, ipſius amici, & Socii effecti.

(3) *Vitaque Merlini*. Quoniam hujuſce operis auctor fingitur iſte Merlinus, quid de hoc Poëtae ſomniaverint, quid Poëta noſter, non eſt omittendum. Merlinum itaque, tradunt Poëtae, fuiſſe Anglum e Doemone genitum, in Magica arte praeſtantiſſimum. Foeminae amore captus, quae a Poëtis vocatur *la donna del lago*, ab ipſa non niſi ficte reamabatur. Utrique, tum ſibi, tum mulieri Sepulchrum conſtruxit, de quo vid. Areoſtum Cant. 3. St. 9., in quo mulieris dolo vivens adhuc clauſus, ab eo egredi non potuit; & de Sepulchro reſponſa interrogantibus edebat. Paulo aliter Poëta noſter. Fingit ipſe, Merlinum fuiſſe Mantuanum in Magicis incantationibus celeberrimum, qui Baldum inveniens in Spelunca Maſcini, ipſum pluribus monitis inſtruit, ipſique auctor eſt, ut ad Tartara deſcendat, ejuſque geſta promittit, ſe velle canere. Mac. XX.

Unde tuam vitam, nec non cantare prodezzas
Decrevi, ſi tanta mihi donabitur aetas
. . . .
Nomine Merlinus dicor, de ſanguine Mantus;
Eſt mihi cognomen Cocajus Macaroneſis.

(4) *In te Gajoſſi &c.* Ad alia nunc tranſit quae in hoc poëmate complectitur. Iniqui Regis, ſcilicet Judicis, punitionem, Sagae Muſelinae ſupplicium, iniquae gentis deſtructionem; aerumnas belli tunc celeberrimi inter Guelphos, & Gibellinos. Deinde Bellicam, Nauticam, Metallicam artem, Aſtronomiam, Coſmographiam, Muſicam. Tandem de Inferis ad Virgilii imitationem, ſed more Macaronico, tractat.

(5) *In te Gulforeae*. Gulforam, ejuſque agmina deſtruuntur a Baldo Mac. XXII.

(6) *Guelfque, Gibelque*: De duobus hiſce nominibus pluries habetur ſermo, & a nobis explicantur in Notis ad Mac. II.

In te (1) *Ventorum nomina, viſque Maris.*
In te cognitio diverſi (2) *arcana metalli,*
In te totius ſphaerica forma poli.
In te Coſmographi, (3) *Magicique ſcientia Mundi,*
In te quam placeat Muſica diva Jovi.
In te ſub terrae (4) *Plutonis Regia centro,*
Non brevis hoc tantum pagina ferret onus.
Vade liber, veniamque pete, ſi offendimus ullum,
Vel ſi deteƈtus forte Poëta fuit.

(1) *Ventorum nomina*. Non ſolum nomina, ſed etiam indolem, & Regionem Poëta deſcribit Mac: XI.

(2) *Arcana metalli*. In chimicis experimentis ſe ſe Auƈtor peritum oſtendit lib. XII.

(3) *Magicique*. Magica ſpeƈtacula quoque in pluribus locis deſcribit.

(4) *Plutonis Regia*. Ingenti phantaſiae niſu, lepidiſque inventionib's extremis in libris deſcribit Plutonis Regna.

ARGUMENTUM

IN PRIMAM MACARONICEN.

Magnanimi primum Baldi cantatur origo,
Cujus de Francae ſemine razza fuit.
Guido ſuus pater eſt, Regis primarus in aula,
Fronte gravis, validus corpore, mente probus.
Baldovina bruſat Guidonis propter amorem,
Unica Franceſi filia Regis erat.
Maxima pro Regis juſſu tum gioſtra paratur,
Cujus Guidoni fit data palma duci.
Poſt gioſtrae pretium fiunt convivia, danzae,
Non Baldovinam pungere ceſſat Amor.
Nocte viam fugiunt ambo, monteſque trapaſſant,
Et veniunt liquidis Urbs ubi nodat aquis.
Mantua clamatur, quam nunc Gonzaga Fedrigus
Suſtinet, huic propius Villa Cipada ſedet.
Naſcitur hic Baldus, quem Baldovina relinquit
Parturiens, nam, dum parturit, obmoritur.



MER-

Digitized by Google



MERLINI COCAII

POETAE MANTUANI.

MACARONICE PRIMA.

PHantaſia (1) mihi quaedam phantaſtica venit
Hiſtoriam Baldi groſſis cantare Camaenis.
Altiſonam cujus famam, nomenque gajardum
Terra tremit, Baratrumque metu ſe cagat adoſſum.
At (2) prius altorium veſtrum chiamare biſognat,
O Macaronaeam Muſae quae funditis artem.
Num paſſare Maris poterit mea (3) gundola (4) ſcojos,
Quam

(1) *Phantaſia mihi &c.* Epicus Poëta prius proponit. Ex omnium lectione facile colligitur. Hic proponit *Hiſtoriam Baldi*. Propoſitio nimis univerſalis. *Phantaſia* vere *phantaſtica* invaſit Poëtam noſtrum, nam frequenter phantaſiae nimis fortaſſe indulget.

(2) *At prius altorium*. Poſt propoſitionem ſequitur invocatio, quemadmodum in omnibus Epicis Carminibus obſervatur.

(3) *Gundola*. Cymba levis, Veneta in Urbe familiaris.

(4) *Scojos*. Scopulos.

(1) Quam recomandatam non veſter ajutus habebit?
(2) Jam nec Melpomene, Clio, nec magna Thalia,
Nec Phoebus gratando lyram mihi carmina dictet,
Qui tantos olim doctos fecere Poëtas.
(3) Verum cara mihi faveat ſolummodo Berta,
Goſaque, Togna ſimul, Maſelina, Pedrala, Comina.
Veridicae Muſae ſunt hae, doctaeque ſorellae;
Quarum non multis habitatio nota poëtis
Clauditur in quodam terrae cantone remoto.
(4) Grandis ibi ad ſcarpas Lunae montagna levatur,
Quam ſmiſurato ſi quis paragonat Olympo,
Collinam potius quam montem dicat Olympum.
Non hic Caucaſeae rupes, non ſaxa Marocchi,
Non quae ſulphureos ſpudat Mons Aetna bruſores.
Bergoma non petras cavat hic montagna rotundas,
Quos pirlare vides circum maſinante molino:
At nos de tenero, de duro, deque mezano
Formajo factas illic paſſavimus Alpes.
Credite quod giuro (neque ſolam dire boſiam
Poſſem per quantos abſcondit Terra teſoros)
Illinc abbaſſum fluitant cava flumina brodae,
Quae lagum ſuppae generant, pelagumve guazetti.
Supra quem buliunt ſemper Caldaria centum,
Plena (5) Caſoncellis, macaronibus, atque fojadis.
Stant ipſae Muſae ſuper altum montis acumen,
Formajum gratulis durum retridando foratis.

Al-

(1) *Quam recomandatam* Huic carmini ex Auctoris emendatione locum dedimus, hoc aliud expungentes, nam nobis quoque, ſicut & Auctori ipſi, clarior ſenſus viſus eſt.

Ni recomandatam veſter ſoccorſus habebit.

(2) *Jam nec Melpomene*. Muſas a Poëtis excogitatas non invocat, ut Poëtae ſolent, ſed muſas a ſe denuo cuſas, & productas.

(3) *Verum cara mihi &c.* Muſae, quas Merlinus invocat, ſunt Berta, Goſa, Togna, Maſelina, Pedrala, Comina, Pulmento elaborando, quod *Macarones* vocant, omnes intentae.

(4) *Grandis ibi ad ſcarpas &c.* Novum quoque, & lepidum Parnaſſum excogitavit, quem mirifice deſcribit.

Ex Auctoris emendatione plura hic expunximus, quae puerilia aliquantulum, vel nimia videbantur. Haec inveniet Lector ad Calcem ſub n. I.

(5) *Caſoncellis*. Brixiae Poëtam noſtrum commoratum, verbum praeſens oſtendit, quemadmodum nonnulla alia. Significat hoc verbum pulmenti genus *Macaronibus* affine. Nos Etruſca voce utimur *Tortelli*.

Altera ſollicitat digitis componere gnoccos,
Qui per formajum rigolantes forte tridatum,
Deventant groſſi tanquam groſſiſſima butta.
Oh quantum largas biſognat habere ganaſſas,
Si quis vult tanto ventronem paſcere gnocco!
Altera praeterea paſtam ſquarzando, lavezzum
Implet laſagnis, graſſo ſcolante butyro.
Altera dum nimio caldarus brontolat igne,
Trat retro ſtizzos preſtum ſopiando de dentrum.
Saepe foco nimio ſaltat brodus extra pignattam.
Una probat ſorbens utrum bene broda ſalatur.
Una focum ſtizzat ſtimulans cum mantice flammas.
Tandem quaeque ſuam tendit compire meneſtram.
Cernis quapropter centum fumare caminos,
Ac centum buliunt caldaria fixa cadenis.
Ergo macaronicas illic cattavimus artes,
Et me groſſiloquum Vatem ſtatuere ſorores.
(1) Meſterium facit hinc, veſtrum clamemus ajutum,
Ac mea pinguiferis panza eſt implenda laſagnis.
(2) Eſt locus in Franza Montagnae ſiccus in alto
Culmine, quem caprae celeres appena ſalirent.
Hunc Montalbanum (3) Franceſa brigata dimandat.
Non urbs, nec villa eſt, verum fortiſſima Rocca,
Quae ſaxo vivo tribus eſt obcincta murajis,
(4) Tam bombardarum ſtimans batimenta ſonantum,
Quam ſtimant Aſini muſcas, Bufalique tavanos;
Quam famoſus homo quondam ferus ille Rinaldus
(5) (Si cantant verum Turpini ſcripta) tenebat;
Et ſeptem centos proprio ſub jure ladrones

Ban-

(1) *Meſterium facit hinc*. Opus eſt inde.
(2) *Eſt locus &c.* Poſt invocationem Epicus Poëta narrat.
Urbs antiqua &c. Virg. Aen. 1.
(3) *Franceſa Brigata*. Gens Gallica.
(4) *Tam bombardarum &c.* Bellica tormenta flocci faciens.. Duo haec carmina huic uni ſubſtituimus.
Non bombardarum ſtimas batimenta lapinum.
(5) *Si cantant verum &c.* Turpinus auctor apud Magnum Areoſtum celebris. Fuit Remenſis Archiepiſcopus Caroli Magni temporibus. Libellus quidam typis editus legitur Turpino Archiepiſcopo tributus, in quo Heroum figmenta continentur.

Banditos habuit, tres Fratres, atque Sorellam.
Ipſius a razza, poſt longum tempus, & annos
Exiit armipotens vir magnus, nomine Guido,
Maturus, placidus, ſapiens, generoſus, & armis
Deditus, & regi Francorum gratior (1) altris,
Maecenaſque alter claros erat intra Barones,
Pro cujus nimia forma, nimioque vigore
Unica capta fuit Franceſi Filia Regis,
Quam Baldovinam proprio Rex ore vocarat.
Haec erat in toto formoſior orbe puellis,
Unica nata patris, patriae Regina futura,
Quam non mortali credebant ſtirpe creatam,
Sed magis angelicam jurabant eſſe figuram.
Altera Pallas erat ſenſu, Venus altera vultu,
Cui formae ſummam laudem jungebat honeſtas.
Ingenioſa, gravis, fortis, mentiſque pudica,
Religioſa magis quam ſaecli tradita pompis.
Sed tamen arcta fuit tanto Guidonis amore,
Quod nunquam potuit quicquam reperire quietis.
Aſt erat ignarus tam ſaevi Guido furoris.
Interea pulchram (2) gioſtram, largumque (3) bagordum
Rex jubet ordiri campagnam deſuper amplam.
Fama per intornum volitat, gentemque remotam
Avviſat, Scocios, Hirlandes, atque Britanos,
(4) Angleſos, Normandos, Picardoſque, (5) Baveros,
Quod ſtatuebatur pulcherrima gioſtra (6) Pariſo.
Inter Franceſas haec urbs eſt primior urbes.
Clara quidem ſtudio, ſed multum clarior armis.
Ergo quiſque cupit propriam monſtrare (7) prodezzam,
Atque ſuper coxas poſitis lanzonibus ibant,
Calcabantque vias quibus itur ad arva Pariſi.

Omni-

(1) *Altris*. Aliis.
(2) *Gioſtram*. Ludricum bellum.
(3) *Bagordum*. Gaudentium tumultus.
(4) *Angleſos*. Anglos hoc verbum addidit ad excludenda Britaniae Provinciam, quae eſt in Galliis ipſis.
(5) *Baveros*: Bavaros.
(6) *Pariſo*: Pariſiis.
(7) *Prodezzam*. Valorem;

Omnibus ex bandis gentes equitare videntur,
Portantes varias diviſas atque (1) libreas.
Mille (2) Marangones ſuper amplam ligna (3) piazzam,
(4) Tampellant, chiochant propter fabricare ſtecatum.
(5) Trabacolas ſtatuunt aptas (6) ad cernere gioſtram.
Jam ſuper excelſas Turres vexilla (7) volazzant,
Milleque banderas ſuper alta cacumina ponunt,
Inde (8) pavajones ficcato ſtipite drizzant.
Undique ſollicitant, contradas undique ſpazzant,
Undique tela parant, faciunt ferrare cavallos,
(9) Morbezzant, ſaltant, (10) cifolos ac timpana (11) chiocant;
Pulſant campanas in campanilibus altis,
Nocte, dieque fores urbis laſſantur apertae,
Per quas continuo (12) genſdarmae copia tranſit
Tandem conveniunt omnes in tempore curto,
Tota Pariſinos habitat jam Franza per agios.
Tanta fuit nunquam (dicunt) ibi viſta (13) brigata;
Obſtupuere omnes quod tanta (14) canaja creetur.
Palazzos implent, ſtallas, pingueſque tavernas.
Ad menſas guazzant, ſquaquarant, faciuntque pelizzas;
(15) Monzojamque gridant, martellant, arma parecchiant.
Expectant gioſtram, quae jam jam proxima fiet,
Baldovina ſui propter Guidonis amorem.
Principium gioſtrae, (16) ceu gens hebraea Meſſiam

I Optat,

(1) *Libreas*. Nos dicimus *livrea* quod homines diſtinguit alicujus Servituti adſcriptos. De militibus dicitur *diviſa*, *Sagum*.
(2) *Marangones*. Fabri lignarii.
(3) *piazzam*. Plateam.
(4) *Tampellant*, *chiochant*. Strepitum edunt.
(5) *Trabacolas*. Receptacula, a quibus poſſet pugna videri.
(6) *Ad cernere*: Supra dixit *propter fabricare*, Graecorum more, qui Gerundio carent.
(7) *Volazzant*. Volitant.
(8) *Pavajones*. Tentoria. *Le tende*. *I Padiglioni*.
(9) *Morbezzant*. Se hilares praeſeferunt
(10) *Cifolos*. Supra a nobis explicatum.
(11) *Chiochant*. percutiunt.
(12) *Genſdarmae*. Vox compoſita. Turba bellica.
(13) *brigata*. Turba.
(14) *Canaja*: Gentis multitudo.
(15) *Monzojamque*. Vox ex Gallico ducta, ſed corrupta. *Mon joie* *Ma joie* Quod ſignificat: *mihi gaudium*. *Laetitia mea*
(16) *Ceu gens Hebraea*. Adagium nobis familiare. *Come aſpettan gli Ebrei il Meſſia*.

Optat, ut inſpiciat quantum bene conterat haſtas.
Haec (1) donzellarum multis ſeguitata catervis,
Ac matronarum turmis, centumque Ducheſſis,
Supra (2) palancatum (3) Corteſula ſcandidit altum
Stratum (4) ſpalleriis, cellonibus, atque tapetis.
Omnis in ipſius faciem ſe viſta piantat,
Ut nitidas inter ſtellas Diana coruſcat,
Inter formoſas, ſic Baldovina puellas;
Per largam plateam vivaces torquet ocellos,
Si carum poſſet Guidonem cernere caſu.
Ecce venit groſſum montatus ſupra cavallum;
Mancus non paret fortezza Patre Rinaldo.
Quatuor ille facit nullo ſperone citatus
Deſtrerus balzos, tenuemque volutat arenam;
Poſtea de calcis duo paria laxat abire.
(5) Huic mantellus erat nigrior carbone galantus,
Parvaque teſta, breves, agileſque movebat orecchias,
Frontis & in medio faciebat ſtella decorem.
(6) Frena biaſſabat, nareſque tenebat apertas.
Pectore moſtazzum tangit, ſe reddit in unum

Grop-

(1) *Donzellarum*. Puellarum.
(2) *Palancatum*. Tabulis in eminenti paratum locum.
(3) *Corteſula*. Urbanis modis alliciens.
(4) *Spalleriis*. Tribus verbis idem ſonantibus ſignificat *aulaeis*.
(5) *Huic mantellus* &c. Color niger. Strenui equi deſcriptionem habe ex Virgilio Georg 3.

Continuo pecoris generoſi pullus in arvis
Altius ingreditur, & mollia rura reponit.
Primus & ire viam, & fluvios tentare minaces
Audet, & ignoto ſe ſe committere Ponti
Nec vanos horret ſtrepitus: illi ardua cervix.
Argutumque caput, brevis alvus, obeſaque terga,
Luxuriatque toris animoſum pectus: honeſti
Spadices, glaucique, (color deterrimus albis,
Et gilvo) tum ſi qua ſonum procul arma dedere,
Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumque premens volvit ſub naribus ignem.
Denſa juba, & dextro jactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos ſpina: cavatque
Tellurem, & ſolido graviter ſonitu quatit ungula cornu.

(6) *Fraena biaſſabat*. Mandebat frena, ut ait Virg. Aen. 7.
Fulvum mandunt ſub dentibus aurum.

(1) Groppettum, ſolusque viam galoppando miſurat.
Soffiat, & curtos agitant ſua colla capillos.
(2) Balzanus tribus eſt pedibus, cum pectore largo,
Ac inter gambas tenet arcto corpore caudam.
Spaventat, volgitque oculos hinc inde fogatos,
Semper & ad ſolam currit, remanetque sbriatam,
(3) Innaſpatque pedes naſo boſſante priores.
(4) Fornimenta nitent de rubro facta veluto,
Inter quae radiant paſſetti mille dorati.
(5) Ex auro ſtaffae, fibiae, morſusque niteſcunt.
Baldovina furit percuſſa Cupidinis arcu:
Infelix oculos, mentem quoque ficcat in illum.
Laudat honeſtatem vultus, laudatque fatezzam
Corporis, & tandem ſe ſponſam dedicat illi.
(6) Jamque propinquabat Guido, centumque ſtaferos
Ante menat, raſo veſtitos, atque veluto.
Dumque alzans viſtam Signoras voce ſalutat,
Heu Baldovinam miſer improviſus (7) adocchiat,
Atque repercuſſis oculis ab utroque, velut mus
En cadit (8) in trapolam, ſcoccante Cupidine dardum.
Hinc ſtorditus abit; propriique ad tecta palazzi
Tornat & oh qualem portat ſub pectore dojam!
(9) Smontat equum, Thalamumque intrat, lectoque recumbit;

(1) *Groppettum*. Se colligit, & membra in nodum reſtringit.

(2) *Balzanus*. Nos dicimus: *ha il piede balzano*, de equo cruris extremo albicante.

(3) *Inaſpatque*. Crura deambulans incurvat, unde *graviter ſonitu quatit ungula*.

(4) *Fornimenta nitent*. Lora, & habenae.

(5) *Ex auro Staffae*. Stapiae.

(6) *Jamque propinquabat*. Pauca hic Auctoris ductu, & emendatione praeeunte ſubſtituimus. Rejecta tamen ad Calcem invenies.

(7) *Adocchiat*. Caſu adſpicit.

(8) *In trapolam*. In Muſculam. Muribus paratas inſidias. Quod Virgilius expreſſit.

Altius ingreditur, & mollia crura reponit.

(9) *Smontat equum*. Deſcendit equo. Etiam Ludovicus Areoſtus Agramantem ſuam lecto incumbentem, & querentem inducit. Cantu 32.

E ſenza diſarmarſi ſopra il letto
Col viſo volta in giù tutta ſi ſteſe,
Ove per non gridar ſi che ſoſpetto
Di ſe faceſſe ec.

Et ante, ipſa quoque in Cupidinem queſta erat.

Deh ferma amor coſtui, che così ſciolto
Dinanzi al lento mio correr s' affretta,
O tornami nel grado in che mi hai tolto,
Quando nè a te, nè ad altri era ſoggetta.

Ac utraque manu ſibi ſteſſo pectora tundit.
Voceque ſubmiſſa querulabat talia ſecum.
Caece puer, quem non infando conteris arcu?
Ah infelix Guido, puer hic te nudulus arcet.
Tu qui venturam ſperaſti vincere gioſtram,
(Proh pudor) a puero confuſus vinceris orbo?
Ah cohibe flammas, cohibe miſera alma furorem,
Non tua progenies regali aequatur honori.
Heu, quaenam facies rutilo me lumine cepit?
Heu quales in me miſerum jactavit ocellos?
Non haec culpa mea eſt, at pulchrae culpa puellae;
Debebat quoniam frontem removere ſerenam.
Hactenus obtuſas noſtro de corde ſagittas,
Extinctaſque faces Venus, atque Cupido retraxit.
Nunc tamen advertens quia nil ſua tela (1) forabant,
De pharetra mortis dardum lethale (2) cavavit,
Cujus (3) in hydrino ter acumen ſanguine tinxit;
Quod mox (4) ſtuffatum Phlegetontis in amne profani,
Ad cor deſcendit, portamque (5) catavit apertam.
(6) Si pro contraſto plantaſſet Jupiter illas,
Quas unam poſuit ſuper altram turba Gigantum.
Montagnas, certe, video, ſudaſſet inane.
Talia dum ſecum (7) vanezzat, Guido miſellus,
Incipit armorum ſonitus, clangorque tubarum:
Nam poſtquam gentes bandam pranſâre per omnem
Imponuntur equis ſellae, ſurſumque Barones
Armati ſaltant, quia grandis gioſtra comenzat.
Trombettae friſolant (8) tararan, animantque guereros.

In

(1) *forabant*. Tela parum acuta non penetrabant.

(2) *Cavavit*. Extraxit.

(3) *In hydrino*. In ſanguine hydrae.

(4) *Stuffatum*. Immerſum.

(5) *Catavit*. Invenit.

(6) *Si pro contraſto*. Alludit ad fabulam Gigantum cum Jove pugnare contendentium. Senſus non parum confuſus. Senſus eſt. Si in conflictu cum Gigantibus Jupiter unam ex hiſce ſagitas ejaculaſſet, turba Gigantum fruſtra laboraſſet.

(7) *Vanezza*. Stulta loquitur.

(8) *Tararan*. Vox exprimens clangorem tubae.

(1) In ſtroppam nequeunt raſpantes ſtare cavalli.
Sbalanzant, hiniunt, laſſantque sborrare corezas.
Pro tamburorum ſtrepitu, ſlatuque tubarum,
Vix homines poſſunt ſibi reſpondere loquentes.
Ecce ruunt poſitis in reſtam denique lancis.
(2) Arzones primo centum vacuantur aſſaltu.
Millibus haſtarum feriuntur ſidera pezzis,
Altiſonae voces animantum pectora firmant
Rex delectatur ſpectaclum tale videndo,
Inter honorificos qui centum mille vaſſallos
Supra triumphalem currum turgendo ſedebat.
Eſt ſibi de petris pretioſis tota coperta
Veſtis, & in teſta claro diademate fulget.
Guido jacet ſolus nimio ſuperatus amore,
Senſerat & pridem confuſa per aera gridos
Stat velut inſanus, tenet hunc dubioſa voluntas.
(3) Nunc vult ire: vocans ſe ſteſſum ſaepe codardum:
Nunc non ire, grattando caput, capitiſque travajos.
Dumque ſub & ſupra cordis penſiria buttat,
En Sinibaldus adeſt: quo non ſibi charior alter,
In lectumque trovat Compagnum ſtare malatum.
Quid facis, inquit, ola? cur fles? o coſa novella!
Guido, quid in ſolitam prodis mihi fronte gramezzam?
Me tibi Rex mandat, bramoſus noſcere cauſam,
Cur ſic induſias, cur non gioſtrare videris?
Cuncti te chiamant; te invitant, teque precantur,
Ad gioſtramque vocant, quae nil, te abſente delectat.
Ergo velis nobis lacrimarum dicere cauſas:
Noſcis apud Regem quantum diſponere poſſum.

Si

(1) *In Stroppam nequeunt* &c. Quod ſupra cum Virgilio dixit:
Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus.

(2) *Arzones*. Bellantes ex equis decidunt, ea quae hic deſcribit, ab Italicis Poëtis deſumpta ſunt, apud quos paſſim deſcribuntur, hujuſmodi pugnae ut videri poteſt apud Bojardum, Bernardum Taſſum, & Areoſtum.

(3) *Nunc vult ire*: Guidonis dubitantis ſenſus, & Sinibaldi objurgantis ſic Auctor commutavit. An ſint praeferendi Lector judicet.

Si quid apud Regem cupis ergo, quis alter amicus
Efficiet pro te meliorem (1) nempe facendam?
Quamvis, deberes illi parlare tu ipſe,
Qui te (ſic noſti) ſuper omnes ſemper amavit.
Guido ſuſpirans Sinibaldum guardat, & inquit.
O infelix ego, ſi Rex, quod nunc ſentio ſciret!
Immo ſit ignarus ſolus Rex, turba ſit omnis
Conſcia tormenti, quod amoris vulnere porto.
Sic dicens illi (2) sborravit cuncta Fideli.
Sed, Sinibaldus eum tantam (3) ſtreppare ſtudebat
Extra freneſiam, nihil at prodeſſe valebat,
Scribebatque ſuper glaciem ſub ſole calente,
(4) Vel piſtabat aquam mortaro ſtultus in uno.
Guido velut demens, ô Baldovina, gridabat,
Neſcis quam crucior pro te, quam valde ſagittor.
Deh Sinibaldus ait, ne te, ne Guido trucida:
Stultus an es factus? quonam tua fama recedit?
Eſt ubi tanta tui ſapientia, ſenſus, honeſtas?
Eſt ubi temperies animi, Prudentia, Virtus?
Hactenus egregium tibi nomen ſurgit in aſtra,
Viſque decus tantum cum ſolo perdere nutu?
Ipſe gubernares totum ſagaciter orbem,
Et pateris quod te vilis Donzella gubernet?
O quam multa tuae patriae vergogna fietur!
Deſine, Guido precor, propriaeque revertere menti.
Dum nova plaga tumet ferro eſt (5) tajanda raſoris.
Ante oculos habeas horrenda (6) bruſamina Trojae,
Graecorum (7) ſchieris tam sfrantumata remanſit,
Cernere quod medium potuiſſet nemo quadrellum

An-

(1) *nempe facendam*: Quis melius pro te rem conficiet?

(2) *sborravit*: Aperuit.

(3) *Streppare*. E tanta ſtultitia evellere.

(4) *Vel piſtabat* &c. Ut aliquid quod fieri non poteſt, vel quid inutile exprimamus, dicimus aquam in mortario contundere, *peſtar l' acqua in un mortajo*.

(5) *tajanda raſoris*: novaculis incidenda.

(6) *Bruſamina*: Incendia.

(7) *Schieris*: Graecorum agminibus.

(1) Anne Cavallazzus fuit hujus cauſa ruinae,
In cujus Buſo Graeci ventrone latebant?
Abſit; at unius (dicam) frons bella (2) Bagaſſae,
(3) Incarognatus de qua (4) pegorarius ille,
(5) Et dictus ſapiens tam bellam fecit alhora
(6) Materiam, quod acerba ſui fuit ira paeſi.
Poſtquam Guidoni, Sinibaldus talia dixit,
Alter amicus adeſt feſtinus, nomine Francus,
Quem quoque Rex mittit, videat cur ille moratur:
Alter adeſt etiam, poſt quem venit alter, & alter,
Sic quoque ſuccedunt alii, qui Rege jubente
Ad gioſtram precibus Guidonem ducere sforzant.
Corteſus tantum Sinibaldus noſcit Amorem,
Qui bene ſic fecit, quod Guido preſtiter arma
Veſtit, & ardentem (7) sbalzavit ſupra cavallum.
Eſt ſibi sbarrato foraveſtis picta Leone,
Atque ſenem curvum geſtabat ſupra (8) Cimerum,
Qui baculo carmen monſtrabat tale notatum:
Tempore nil currit velocius, annus & hora
Quid diſtant? Infans cum naſcitur ecce ſeneſcit.
Tunc rapit immenſam viridi de robore lanzam:
Deſdegnatus Equi pungit (9) ſperone fiancos,
Seque repreſentans ubi Lancae mille teruntur,
(10) Qua Baldovina eſt primam slanzavit occhiadam

Qui

(1) *Anne Cavallazzus?* quem Virgilius vocaverat *inſtar montis*, hic ingentem equum Auctor vocat.

(2) *Bagaſſae*. Helenae meretricis.

(3) *Incarognatus*: Stulto amore correptus. Per metaphoram in quocumque deterioris ſignificationis ſenſu a nobis uſurpatur. In eadem ſignificatione ab Etruſcis pariter habetur. Bern. Orl. 2. 3. 63.

Il buon Conte di nuovo s' incarogna

ingenti amore ſuccenditur.

(4) *Pegorarius*. Paris ovium Cuſtos, quia inter Paſtores uſque ad adoleſcentiam educatus.

(5) *Et dictus ſapiens*. A Jove celebri Deorum diſſidio Judex propoſitus.

(6) *Materiam*. Stultitiam. Sapiens dictus, ſtultum ſe oſtendit.

(7) *Sbalzavit*. Celeriter equum conſcendit.

(8) *Cimerum* Galeam.

(9) *Sperone*. Equum calcaribus urget.

(10) *Qua Baldovina &c.* Paucis mutatis hunc locum ſic ab Auctore emendatum ſubſtituimus, editionis Hollandicae verbis ad calcem rejectis.

Qui magis abſorbens tacitas in corde (1) faſellas
Stringit Equum, sbarramque furens ſaltando ſubintrat.
Inde briam laxans, firmanſque ad pectora lanzam,
Evolat: & curſu facit omne tremare terenum:
Ad primum fecit (2) plantas oſtendere coelo.
Poſt quem buttavit curuo de arzone ſecundum.
Tertius it zoſum, Sabiamque culamine chioccat.
Quartus non aliis ſavior, deſcendit abaſſum.
Invidioſus erat quintus, (3) cimigavit & ipſe.
Sextus equeſter erat, quem miſit Guido pedeſtrem:
(4) Septimus in duro poſuit ſabione culatas.
Reperit octavus ſe ſe ſmontaſſe cavallum.
Nonus baſtinam gambis vodavit apertis.
Sol ſtupuit quoniam decimi calcanea vidit:
Et ſic ſic omnes numeratim Guido ſcavalcat.
De Baldovina, dum gioſtrat, ſaepe recordat;
Hanc omni colpo ſubmiſſa voce dimandat.
Rex habet o quantum dubioſa mente ſtuporem:
Quiſnam Guido eſſet neſcit, licet ipſe Leonem
Sbarratum ferat; ad Sinibaldum parlat, & inquit:
Dic mihi, ſcis qui ſit Cavalerius ille gajardus?
Reſpondet, prima eſt Franceſae gloria gentis;
Qui veſtrae ſervit tam fida mente Coronae.
Rex ait, eſt Guido? quantum bene ſervat honorem
Francigenum, vetereſque patres (5) de forcibus aequat.
Nil dubium palmam gioſtrae Paladinus habebit.
Baldovina ſuis damnis converſa locuta eſt:
Ni fallor, Guido eſt, qui tam gajarditer obſtat,
Jamque (6) trabucavit cunctos de arzone guereros.
O quam terribilis, quam fortis, nemo repugnat

For-

(1) *Faſellas*. Faculas.
(2) *Plantas oſtendere coelo*: Pedibus verſis in terram ruere.
(3) *Cimigavit*. In caput verſus eſt. *Fece un Capitombolo*.
(4) *Septimus* &c. Tergore arenam compimit.
(5) *de forcibus*. Viribus aequat.
(6) *trabucavit*. praecipitem dedit.

Forcibus ipſius, cadit unuſquiſque ſtravoltus.
Talia parlabat dum Baldovina puellis,
Ecce repentinus Trombarum clangor orecchias
Percutit, hoc faciunt quia Gioſtrae terminat horam.
Reſtitit in medium ſoletus Guido ſtecati:
Victor erat, gioſtraeque videt finiſſe Bagordum;
Nec tamen eſt victor, nimio ſed victus amore.
Rex huic contra venit (1) magno ſquadrone feratus,
Quem Guido cernens (2) Corſero ſaltat ab alto,
Viſeramque alzans, faciem ſudore colantem
Detegit, & Regis baſat de more ginocchium.
Rex illum faciens iterum montare cavallum,
Ipſemet è digito pulchrum detraxit anellum,
In cujus fulvo carbunculus enitet auro,
Guidonique dedit gioſtram qui vicerat omnem.
Ipſe manum tendens humili ſuſcepit honore,
Nec piger accipiens Regis dedit oſcula dextrae.
Tunc excelſa petunt magno comitante Triumpho
Atria, trombetis ſemper (3) tararantibus ante.
Oceanum patrem Sol deſcendendo petebat,
Ponitur in puncto Regalis coena (4) debottum.
(5) Grande pignatarum murmur ſonat intra coquinam,
Et faciunt (6) ſguatari quicquid cocus annuit illis.
(7) Alter figatos coctos tirat extra padellam,
Alter odorifero zeladiam gingere ſpargit,
Alter Anedrottos pingui brottamine guazzat,
Alter de ſpedo mira trahit arte (8) faſanos,
Hic (9) polaſtrorum caldarum ſpiccat ab igne,

(1) *Magno ſquadrone feratus*. Magna comitante caterva.
(2) *Corſero*. Equo. *Dal Corſiere.*
(3) *tararantibus*. Tubis ſtrepentibus.
(4) *debottum*. Statim.
(5) *Grande pignatarum*. Culinae ſtrepitus in vaſibus commiſcendis obſonio parando neceſſariis.
(6) *Sguatari*. Coquo inſervientes.
(7) *Alter figatos*. Operum diſtributio in prandio parando.
(8) *Faſanos*. Phaſianos.
(9) *Polaſtrorum*. Plena pullis removet caldaria ab igne.

Quos alter guſtat, digitos leccando, ſub ala.
Ipſe molam ſaxi circa menare frequentat,
Laeva miniſterio, dextra & intenta labori,
Mandulenſque ſapor lapidis collatur ab ictu.
Ille trahit furno graſſa de carne guazettum,
Quem (1) pevero ſpargit Venetum ſtriccando ſachettum.
Interea menſas crudis, coctiſque ſalatis
En caricant centum famuli, centumque Ragazzi.
Corpora medeſimo geſtant veſtita colore,
Scilicet ex panno cuncti dobbantur azzurro,
Perque coloratas albeſcunt lilia veſtes,
(2) Talibus his armis quoniam Rex Franciſer uſat.
(3) Circum ſtringantur ſcuderi more Todeſco:
Inchinos faciunt reverenti fronte galantos.
(4) Semper habendo caput nudum, curvoſque zenochios.
Sed quia Francorum fuerat tunc Regis uſanza,
Quod ſolus comedit, tamen ob Guidonis amorem
Non uſum facit, at menſae loca prima petivit,
Inque caput tabulae fulvo radiabat in auro.
Ad dextram Regina manum veneranda ſedebat,
Contra quam Guido ſic Rege jubente recumbit.
Baldovina ſuum quae condere neſcit amorem,
Injuſſa extemplo Guidoni vadit apreſſum,
Et ſic ligna foco junxit meſchina puella.
Maxima tum ſequitur longo ordine turba Baronum.
Quiſque (5) menare cupit nimia pro fame ganaſſas,
Namque, (6) labor gioſtrae fecit padire budellas.
Cuncta ſuper menſas portant hinc inde Ragazzi,

An-

(1) *Pevero ſpargit*. Venetiis ſacculi quidam veneunt, qui pulvere pleni, frequenti compreſſione pulverem minutae pluviae inſtar effundunt.

(2) *Talibus his armis*. Galliae Reges aureis liliis pro ſtemate utuntur.

(3) *Circum ſtringantur*. Circum ordine diſponuntur.

(4) *Semper habendo*. Aperto capite, & flexis genibus.

(5) *menare*. Celeriter manducantes genas movent.

(6) *labor* &c. Pugnae labor apetitum excitavit.

Digitized by Google

Ante Siniſcalchi vadùnt, diverſa cōmandant,
Et ſcorozzati canibus dant calcibus urtos.
Trenta (1) tajatores non ceſſant rumpere carnes,
Diſmembrare ocas, pernices, atque capones.
Ex intraverſo pupiones mille tajantur,
Sed diſquartantur per longum mille faſani,
Furcinulas ficcant in (2) cervellatibus, atque
Smenuzzant illos gladio taliante frequenter;
Saepe bonos robbant tamen hi, tajando bocones,
Atque Caponorum pro ſe culamina ſervant.
Poſt mangiamentum Aleſſi, ſuccedit Aroſtus,
Cervatti, Lepores, & quicquid Caccia mittit.
Copia (3) lonzarum, Porcorum graſſa, capretti,
(4) Quajotti, vel quos (5) trapolarunt Retia turdos.
His mandularum niveos junxere ſapores,
Nec dapibus viridi mancavit Salſa colore,
Nec ſuccus citri, nec acerbi muſta Naranci.
Haec ego dum memoro fluitat ſaliva per ora.
Praeterea ex (6) amito Tortae venere bianco,
Tortae de pomis, de faro, deque (7) biſellis,
Mox tortellorum varia de ſorte piatti,
Candidus occultat quos zuccarus, atque ſaporat.
Poſt epulas graſſas confectio plurima fertur.
(8) Morſelada, Anices, pignoles, marzaque panis,
Et piſtacchia nihil (ſcis cauſam) congrua Gallis.

K 2 Cun-

(1) *Tajatores*. Qui menſae praeſunt ad epulas dividendas.

(2) *Cervellatibus*. Mediolanenſibus nomen notum. Ex pinguiori adipe aromatibus condito, ad ſapidiora reddenda, & fragrantiora pulmenta, ſalſamentum componunt, quod dicitur *Cervellato*.

(3) *lonzarum*. Pars Animalis circa pulmones, ad aſſandum apta.

(4) *Quajotti*. Coturniculae: *Quaglie*.

(5) *trapolarunt retia*. Retia feſellerunt.

(6) *Amito*. Gluten ex tritico albi coloris, ſatis notum, Etruſce. *Salda*, *Amito*. *Amylum*.

(7) *biſellis*. Leguminis ſpecies latine *piſum*, etruſce *piſello*.

(8) *Morſelada* &c. quod menſae ſecundae vocabant veteres. *Morſelada* Salgama ex ſacaro, & ſtrobilis, nobis *pinochiata*. *Anices*, Anyſi. *Pignoles*. Strobili, *pinochii*. *marzaque panis*. paſtillus amigdalinus omnibus notus. *Piſtachia* frutex notus, Gallis non congruus, quia valde calidus.

Digitized by Google

Cuncta Siniſcalchis menſas funduntur in amplas.
Apponunt phialas, cuncti cui gloria vini,
Malvaſia datur, patrum non abſque ſapero:
Qui dixere ignem ſic ſic ſmorzarier igne.
Non ibi mancarunt, quos ſtriccat Somma racemi:
Somma decus Napolis, ſed magnae crapula Romae.
Orphana montagna haec, quae vinum nomine Gregum
Parturit, ut faciat per treſſum andare brigatam.
Quatuor accedunt cantores Rege jubente,
(1) Qui velut uſantur Franceſi, gutture pleno
Cantavere duos (2) ſub gorghizando motettos.
Inde ſonatores (3) piſarorum quinque valenti,
Trombonesque duo pariter friſolare comenzant.
Quos omnes cernis rubeas gonfiare ganaſſas,
Diſcurrunt digitis huc illuc pectore ſaldo,
Qui nunquam docti (4) ſtoppando foramina fallant.
Subſeguitant, Arpae, Citharae, dulceſque Leutti,
Arpicorda, Lirae, Violae, buxae quoque flauti;
Hoc Baldovinae pro fomite pectus (5) abruſat,
Scitque minus Guido cordis reperire quietem.
Non contentus Amor quod viſu junxerat ambos,
Sed facit illorum danzando tangere palmas;
Namque comenzarunt Franceſo more (6) Baletti,
Cum Baldovina Guido (7) danzavit unhoram.
Non ibi mancarunt manuum (8) ſtricatio, nutus,
Frigiditas cordis, ſuſpiria dupla, calores.
Victor amor centum pharetras exhauſit in illos.
Denique ſupra venit groſſis Nox plena tenebris.
Poſtquam ceſſarunt Balli Danzaeque fugaces,

Itur

(1) *Qui velut &c.* Ut apud Gallos in more poſitum eſt.
(2) *Sub gorghizando.* Vocem criſpando, gorgheggiando.
(3) *Piſarorum.* Tibia ſatis nota, de qua alibi.
(4) *Stoppando.* Digitis alternantes, nunquam decipiuntur.
(5) *abruſat:* Ardet pectus Baldovinae hoc fomite addito.
(6) *Baletti:* Choreae.
(7) *Danzavit:* Choreas duxit.
(8) *Stricatio:* Inter ſaltandum manuum compreſſio.

Itur dormitum (1) propter damatina levare,
Namque ſequente die rurſum gioſtrare paratur.
Heu quia troppus amor ſavios ſtulteſcere cogit,
Artibus ipſius quis nam certando repugnat?
Ille valentus homo (2) Caeſar ſibi ſubdidit orbem,
Aſt meretrix illum poltrona ſubegit amori.
Suppoſito (3) Alcides humero qui caelica regna
Suſtinuit, variaſque habuit certamine palmas,
Foemineas veſtes abjecta pelle Leonis
Induit, & mazzam poſuit, fuſumque piavit.
(4) Jupiter in Taurum, Cignum, ſe mutat, & Aurum,
Quique Deus fuerat, patiebat Beſtia (5) firi.
(6) Pompejum truncare ſuum Cornelia vidit
In proprio amplexu, Ptolomaei crimine falſi.
(7) Annibal en tantum qui fecit in urbe ſpaventum,
Luxuriae cedens ſoldatos coedere ceſſit.
(8) Livia te Octavi petulo ſcannavit ocello.
(9) Marcus Fauſtinam ſcanfardan Antonius arſit.
(10) Theſeus Hyppolitum bandivit crimine Phaedrae.
(11) Pyramus & Tisbe turparunt ſanguine moras.
(12) David adulterii cauſa tradivit Uriam.

Quat-

(1) *Propter damatina*: ob ſurgendum diluculo.

(2) *Caeſar*: Cleopatram primus amavit, cui Aegyptum dono dedit, & ex qua Caeſarionem filium habuit.

(3) *Alcides.* De Hercule ſatis notum.

(4) *Jupiter*. Jovis, inſaniae ob amorem celebres ſunt.

(5) *firi*: fieri.

(6) *Pompejum* &c Proditus fuit Pompejus crimine Ptolomaei XII Regis Aegypti, ſed non crimine amoris; niſi forte dicatur ipſum fuiſſe Corneliae amore captum. Pompejus vero habuit Corneliam ſibi fidelem.

(7) *Annibal*. Capuae deliciae Annibalem perdiderunt.

(8) *Livia* &c. Auguſtus Liviae amore captus Calpurniam repudiavit, eamque Tiberii Neronis uxorem rapuit.

(9) *Marcus Fauſtinam*. Marcus Aurelius Antoninus Philoſophus dictus Fauſtinae Imperatrici nupſerat, a qua quum Imperium in dotem recepiſſet, effraenatas ejus libidines patienter ferens, ſuadenti, ut uxorem repudiaret, reſpondit: *Repudiabo ergo etiam acceptam dotem?*

(10) *Theſeus Hyppolitum* Phaedra Hipolyti avia, quum illum perdite adamaret, nec hic illi aſſentiretur, ipſum inceſtus accuſavit; quapropter a Theſeo Patre ſuo expulſus, dum fugeret ab equis praeceps datus, diſſeptus remanſit.

(11) *Pyramus, & Tisbe*. Fabula ſatis nota apud Ovidium Metaph lib. IV.

(12) *David adulterii.* Reliquae amoris inſaniae, quas ex Sacris libris hic enumerat omnibus notae ſunt, nec de illis quidquam explicandum. Advertendum dumtaxat, non

Quatuor atque decem annos ſervavit Jacob.
Fortem Sanſonem vilis faemnella toſavit.
Judith Holopherno caput obtruncavit honeſtà.
En quoque Guido ſuum, Regiſque (1) refudat honorem,
Auſcultans teneræ qui blandimenta puellae.
Hanc in connubium Sinibaldo teſte (2) piavit.
Inde fugam capiunt Caſtelli ponte calato,
Poſt haec dormitum Sinibaldus preſto ritornat.
Aſt ubi ſol naſcens totum ſtenebraverat orbem,
Non Baldovinam cercantes undique trovant,
Quam menat Guido Franceſos extra paēſos.
Confeſtim Gioſtrae Danzae (3) ſotoſora getantur,
Naſcitur in cunctis, moeſto pro Rege tumultus,
Qui nimio voluit ſemet (4) ſcannare dolore.
Dicere non opus eſt quantum ſe rodit, & alto
Pectore ſuſpirat caram amiſiſſe (5) fiolam.
Guidonem vocat ingratum, multumque codardum.
Quo fugiant neſcit, mandat per cuncta (6) ſpiones,
Littora, ſed redeunt nullam portando novellam.
Ergo infelices ſors conducebat amantes,
Tranſcendunt Alpes (7) nulla ſtrachedine laſſi,
Nullus namque labor dilectos laſſat amantes.
Italicos tandem veniunt habitare paēſos,
Sed male veſtiti ne quiſquam noſceret illos.
(8) Ibat in auratis nunc Baldovina carettis,
Inter Matronas centum, centumque puellas;
In quocunque die varios mutabat amictus.
At meſchina modo teneros per ſaxa (9) pedinos

Fran-

non valde prudenter vera falſis, ſacra profanis commiſceri.

(1) *refudat*. Contemnit.

(2) *piavit*. Sibi uxorem accepit.

(3) *Sotoſora*. Feſta, & choreae ſubvertuntur.

(4) *Scannare*. Se ipſum occidere. Pectus mucrone transfodere.

(5) *fiolam*. Filiam.

(6) *Spiones*. Exploratores.

(7) *nulla ſtrachedine*. Nunquam defatigati.

(8) *Ibat in auratis*. Contrappoſitio valde pathetica, magno digna Poëta.

(9) *Pedinos*. Delicatos pedes, & non aſſuetos.

Frangit, & in campis declinans ſaepe repoſat.
Guido ſuper ſpallas oh quam ſoventer ad altas
Montagnas illam portabat propter amorem.
In Lombardiae venerunt denique bandas,
Et corteſam urbem, quae Mantua fertur, arrivant.
(1) Mantua Mantois quondam fabricata Diablis.
Sed tum languebat ſub iniquo preſſa tyranno,
(2) Nomine Gajoffo: quo non ſaſſinior alter.
Qua fuit ingreſſus porta eſt: (3) quae porta Leonae
Dicitur, hancve novam tunc tunc & allora locabat
(4) Sordellus, princeps Godii, Voltaeque tyrannus:
Quique Caprianae territoria cuncta regebat.
Ipſe duellorum palmas, pretioſque ſtecati
Mille guadagnarat per Gallos, perque Todeſchos,
Perque Hiſpanorum terras, perque omnia tandem

Re-

(1) *Mantua Mantois* &c. Haec ex auctore libenter ſupplevimus: haec enim non viſa ſunt omittenda. Haec ſcripſit Poëta, Poëtarum figmentis innixus de Mantuae fundatione, & Nominis Ethymologia. *Mantuam* Urbem noſtram vocari a Mantone Tireſiae Thebani filia, Ocni Matre tradunt Virgilii Interpretes omnes ad Aeneid. lib. 10. V. 198, & Mantuae hiſtorici, nimis creduli, qui hiſtoriam a fabula non diſtinxerunt. Mantonem, Ocnum, Tireſiam, nunquam in Italiam fuiſſe, ex Apoll Biblioth. l. 3, pag. 62, & 64; ex Diodoro l. 4. c. 6, ex Strabone l. 9 p. 813, & ex Pauſania in Boeoticis p. 430 evidenter eruitur, ubi nec jota unum de illorum adventu in Italiam.

Sic igitur Mantua appellatur a *Manto*, quo nomine vocabatur a Tuſcis Pluto, cui Tuſci Urbem dicatam voluerunt. Ita ſentit Daniel Claſſenius Theol. Gent. l. 2. c. 5. §. 3 (extat Theſaur. Antiquit. Graec. T 7.) Audiatur vir doctiſſimus. *Etruſci igitur Mantum nuncupabant Plutonem teſte Servio lib. 10. Aeneid. Mantuam autem ideo nominatam, quod Etruſca lingua Mantum Ditem Patrem apellant, cui etiam cum caeteris Urbibus, & banc conſecrarant*.

Poëta vero priori opinioni inſiſtens, quum a Virgilio Manto vocetur Fatidica loc. cit. de Ocno loquens.

Fatidicae Mantus, & Tuſci Filius Amnis

Eamdem Sagam fuiſſe ſupponit, & Urbem a Diabolis ejus juſſu conditam aſſerit.

(2) *Nomine Gajoffo*. Gajoffum hunc, modo Regem vocat, modo Judicem. Fuiſſe Mantuae Judicem ſuſpicamur; Antiquis enim temporibus Populo res adminiſtrante, Urbs regebatur.

(3) *Quae Porta Leonae*. Ubi nunc ingens arcus inſpicitur prope Aedem D. Jacobi, quondam Urbis porta habebatur, quae a Leone ſupra ipſam exculpto nomen habebat.

(4) *Sordellus*. Celeberrimus Heros Mantuanus, qui natus ad finem ſaeculi duodecimi, ſaeculo decimo tertio in pluribus ſingularibus certaminibus ſe fortiter geſſit, & ex tribus, & viginti praeliis victor evaſit. In Galiis pluries praeliatus eſt, a Ludovico qui Philippo ſucceſſit apud ſe vocatus. Annis plenus deceſſit in Patria Anno MCCLXXIV natus Anno MCXCIV.

Regna tirannorum de Rheno ad ſceptra Mogoli;
Sed modo ſub grandi multorum faſce dierum,
Scit dare conſejos tantum ſpadone relicto.
Vix erat intratus povera cum conjuge Guido,
Sordellum cernit membruto corpore ſtantem
Ante fores proprii ſurgentis ad aſtra palazzi,
Quo nunc albergat veteris fameja Gregnani.
Protinus agnovit ſocium quondanque batajis
Compagnum contra Turcos, gentemque Mororum.
Se non dimenum ſubito diſlongat ab illo:
Fronteque chinata, quo Sancti Porta Georgj
Menat, afretando ſgombrat: deque urbe recedit.
Non procul unius ſpatium fecere miari:
Ingentem retrovant villam, fortaſſe Catajo
Grandilitate parem: nummis, traficiſque Milano,
Quae, quia citra Padum ſituatur, dicta Cipada eſt.
Villanus quidam miſeros excepit amantes,
Colligit innumeras illis faciendo carezzas.
(1) Guido ſtupet tunc corteſum inveniſſe vilanum,
Nam ſunt ſcorteſi cunctis, at maxime Gallis.
Baldovina gravis foetu non tempore longo,
Dum parit infantem nimio compreſſa dolore,
Infelix he heu moritur, vitamque relinquit.
Quam conjux Guido tam longo tempore flevit,
Quod pro tot lacrimis orbatus lumine manſit.
Ergo vocat natum proprio de nomine BALDUM,
Ut Baldovinae nunquam ſit nomen ademptum.
Hic puer (horrendum fatu) naſcendo tenebat
Clavatos pugnos, oculoſque rotabat apertos,
(2) At sbigottibat ſcura cum fronte comadres,
Plangere quem nuſquam viderunt more putini.
Tunc audita fuit ſic vox è culmine lapſa.

Na-

(1) *Guido ſtupet*. Jure ſtupet Urbanum Ruſticum ſe reperiſſe. Nimis enim verum eſt, quod *Ruſtica Progenies neſcit habere modum*.
(2) *At sbigottibat*: deterrebat.

(1) Naſcere parve puer, cui coelum, terra, fretumque,
Ac elementa dabunt tot caſus, totque malannos.
Ne dubita, quoniam gajarditer omnia vinces.
In preſone diu ſtabis (2) ſub rege Gajoffo,
Sub quo non unquam ſperabis cernere lucem.
Non tibi mancabunt aſtutae Cingaris artes,
Pro quibus exibis tenebroſo e carceris antro.
Sed non iſtud erit fortunae munus iniquae;
Namque valenti animo dum tecum Cingare ſolo
Urbem aſſaltabis ſtipantibus aethera lancis,
Cuncta fracaſſabis, victorque ſcapabis ab urbe.
Non terrae ſat erit tantas ſuperaſſe fadigas;
Verum quam citius Pelagum tentare parabis.
Cinctus ab undoſis Montagnis nulla videbis
Aethera, ſed pluvias patiere, Tonitrua, ventos,
Fulmina, Corſaros, ac tandem mille diablos.
Aſt ubi ſtraccatus ſalſis exibis ab undis,
Saeva tibi rapiet carum Muſelina Lonardum.
Invenies patrem confectum tempore, quem tu,
Et vivum puncto, mortumque videbis eodem.
Poſt Coelum, Terram, Pelagumque, ſubibis Avernum.
Ac ita parve puer venturus, naſcere felix.
Hunc infantillum villano tradidit ergo
Guido, jamque fugit ſolus, ſterileſque petivit
Deſertos, vitam ſanctam patienter agebat.
Sed mihi (3) boccalus veniat, mea muſa ſiteſcit:
Denique jam primi claudatur janua libri:

(1) *Naſcere parve puer*: Vaticinium, quod Poëta noſter ex Virgilii Ecloga IV imitatur. Verum hoc Vaticinium ad peculiares res nimis videtur deſcendere, adeoque Poëta noſter nimis Phantaſiae indulget.

(2) *Sub rege Gajoffo*. Sub iniquo Judice. Reliqua quae in hoc Vaticinio continentur ſequentibus libris materiam praebent.

(3) *Boccalus*. Culigna. *Boccale*.

ARGUMENTUM

IN SECUNDAM MACARONICEN.

B Aldus, ubi moritur genitrix, genitorque recedit,
Creſcit, quem mulier lacte vilana nutrit.
Hunc natura docet villae contemnere mores,
Aſt in corteſa praticat Urbe puer.
Corpore gajardus, ſenſu gravis, ore diſertus
Efficitur, Baldum nil niſi fama canit.
Pluribus in ludis vincit puerilibus omnes,
Unde per invidiam rixa comenza fuit.
Saxa volant, Baldus ſe tutat ab omnibus unus;
Quo feriente, puer ſeminecatur ibi.
Lanzalotus ei famulus vult perdere Baldum,
Sed puer huic Baldus trajicit enſe bigol.
Fortis Sordellus robur puerile ſtupeſcit,
Hunc legit, & doctum Martis in arte facit.
Denique vir factus, Coelum, terramque ſpaventat,
Statque ſub imperio tota Cipada ſuo.
Tres ſecum magnos is ſemper habebat amicos:
Falchetus, Cingar, deinde Fracaſſus erat.



ER-

Digitized by Google



MERLINI COCAII.

POETAE MANTUANI.

MACARONICE SECUNDA.

BAldus paulatim teneros ſurgebat in annos,
Villanumque ſibi patrem putat eſſe (1) daſennum,
Atque ſuum verum natum, putat eſſe (2) fradellum;
Quos pariter veluti natos de ventre medemo
Mater (3) alevabat, Villaeque docebat uſanzam.
(4) Altero erat major Baldus, quem nomine dicunt
Zambellum; pugnis hunc Baldus ſaepe domabat.
(5) Padregnus Baldi Bertus Pannada vocatur.

L. 2. Is:

(1) *Daſenum* Vere. Vox Venetis familiaris.
(2) *Fradellum*. Fratrem.
(3) *Alevabat*. Educabat.
(4) *Altero* &c. Baldus erat major natu alero, cui Zambello nomen erat
(5) *Padregnus*. Vitricus, *Patrigno*.

Is merdolentas poſt Vaccas pergere Baldum
Saepe comandabat, ſeu porcos, ſive cavallas;
Sed tales non vult Baldi natura facendas.
Non it poſt Vaccas, at ſaepe caminat ad Urbem,
(1) Ac ad Panadae diſpectum praticat illam.
In Villam ſemper tornabat veſpere facto,
Portabatque caput fractum, gambaſque macatas:
Namque cativellus, puerorum ſicut uſanza eſt,
Saepe (2) batajolas faciebat, ſaxa tirando.
Nec penſes illum quod certans ultimus eſſet;
At ferus ante alios puerili voce gridabat,
Et centum lapides volta reparabat in una.
Sed Panada videns, quod non ſeguitare volebat
(3) Coſtumos Villae, cartam compraverat illi,
Sive quadernellum, ſuprà quem diſceret, a, b.
Ergo ſcolam Baldus laetanter pergere coepit,
Inque tribus magnum profectum fecerat annis.
Jam quoſcumque libros velociter ipſe legebat.
Sed mox Orlandi naſare volumina coepit,
Non vacat ultra deponentia diſcere verba,
Non ſpecies, numeros, non caſus, atque figuras.
Non Doctrinalis verſamina tradere menti.
Fecit (4) de norma (5) ſcartozzos mille Donati,
Inque (6) Perotinum Librum ſalcicia coxit.
Orlandi ſolum, nec non fera bella Rinaldi
Aggradant, animum faciebat talibus altum.
Legerat (7) Anchrojam, Tribiſondam, geſta Daneſi,

An-

(1) *Ac de Panadae &c* Contra voluntatem *Panadae*, quem Patrem ſuum eſſe putabat.

(2) *Batajolas*. Pueriles pugnas, quae Saxis ſaepe fiunt. *Piccole battaglie*.

(3) *Coſtumos*. Ruſticos mores.

(4) *De norma*. *Donato al Senno* eſt libercu-lus quidam, a quo pueri prima Grammaticae Rudimenta ediſcunt. Quare hic dicit *De norma Donati*, nempe de Regula Donati.

(5) *Scartozzos*. E carta involucra. Apud Martialem dicuntur *Cuculli*. Etruſce *Cartoccio*.

(6) *Perotinum*. Donato libellus ſimilis.

(7) *Anchrojam* Romanenſium fabularum volumina, quae Italice dicimus *Romanzi*.

Digitized by Google

Antonaeque Bovum, mox tota Realea Francae.
Innamoramentum Carlonis, & Aſperamontem,
Spagnam, Altobellum, Morgantis facta gigantis.
(1) Millibus in ſquarcis laceravit nempe Leandram,
Nam liber apocriſus doctorum mente probatur.
Vidit ut Angelicam ſapiens Orlandus amavit;
At mox ut nudo pergebat corpore mattus,
Cui tulit Aſtolphus cerebrum de climate Lunae.
Vidit Mambrini mortem, fera geſta Rinaldi,
Meſchini provam, Falchonettique batajas,
Ardentis guerras Triſtani, Lanzaque lotti.
(2) Alter & apocriſus liber eſt, Cavalerius Urſae.
Inde bravarias Mambriani viderat omnes,
De quo tradiderat relegendo Volumina menti.
Sed quater Orlandi puerilia tempora legit,
Oh quantum haec eadem ſibi phantaſia placebat:
Maxime ſcarpavit Carlonis quando piatum.
Talibus in rebus multum ſtimulatur ad arma,
Sed tantum quod ſit picolinus corpore, taedet.
Attamen armiculam ſemper (3) galone tenebat,
Qua (4) moleſinos faciebat ſaepe bravoſos,
Major in exiguo regnabat corpore virtus.
Nunquam terribilis quam ſit (5) ſcoriada provavit,
Namque pedagogis hic teſtam ſaepe (6) bolabat.
(7) Eſt quaſi communis totas uſanza per urbes,
Ut contrari agitent ſaxorum bella Citelli:

Unde

(1) *Millibus in ſquarcis*. Laceravit Leandram, quia Bellico ingenio parum conformis fabula eſt, illamque vocat Apocrypham.

(2) *Alter & apocryphus*. Eadem de cauſa Apocryphum vocat librum inſcriptum: *Il Cavaliere dell'Orſa*.

(3) *Galone tenebat*: ſemper lateri affixum pugionem habebat.

(4) *moleſinos*: humiles reddebat Traſones jactatores. Vox plebi in uſu.

(5) *Scoriada*: ferula, ſcutica. *Scuriada*.

(6) *bolabat*. Diſciplinam detrectans, in paedagogos iratus, ipſos in capite plectebat.

(7) *Eſt quaſi communis &c.* Plura hic ex Auctore ipſo ſupplenda viſa ſunt, quae in Hollandicis Exemplaribus deerant omnino.

Digitized by Google

Unde ſimultates majorum ſaepe comenzant.
Non unquam vidi tantas ex arbore giandas
Sbattere villanum, ſeu virga, ſive tracagno,
Dum velit ingordum Porcorum paſcere brancum;
Quantas ſub coelo video ſtrideſcere petras,
Cum pueri certant denſi, giornique luſorem
Obſcurant, non tam lapidum, quam turbine vocum;
Et magis atque magis Stephanus tempeſtat ab alto.
Hic ſe ſe, ut dixi, retrovat ſpeſſiſſime Baldus:
Anteque compagnos ſe ſemper cazzat avantum;
Et facit è fromba tundos reſonare giarones.
Ipſe quidem cauſa eſt alzato pulvere ſolus
Coelum obſcurandi, dumque hoſtes, dumque nemigos,
Fulmine ſgomentat, rumpit, day dayque frequentat,
Imbolditque ſuos, & corda in pectora tornat.
Sed, velut accaſcat Capitano ſaepe valento,
Rumpitur in teſta, ſed ſe minus ille retirat:
Imo piat viſto majores ſanguine forzas.
Quove magis teritur piper hoc, magis halat odorem:
Quove magis premitur palma haec, magis alta levatur.
Vult potius denſo petrarum monte copriri,
Quam turpi dare terga fugae, dicique codardus.
Ergo caſam quandoque pluens de ſanguine tornat:
Atque cariſtiam gallinis ponit ob ova,
Quorum pars medicat teſtam, pars altera ventrem.
Haec ſaldat plagas, panzae domat illa talentum.
Accidit una dies qua Mantua tota (1) bagordat,
Prima dies menſis Maii, quo quiſque piantat
Per ſtradas ramos frondoſos, nomine (2) Mazzos.

Tur-

(1) *bagordat*. Feſtum populare celebrat.

(2) *Mazzos*. Me puero Mantuae adhuc vigebat veſtigium aliquod veteris conſuetudinis Populare Feſtum Kal. Maii celebrandi. Singulae familiae ſolemne Feſtum Romae agebant Diis Laribus, cujus Faſtorum lib. V. meminit Ovidius. Quae Mantuae ante non multos annos fiebant, deſcribit Poëta, jam tum a ſuis temporibus in uſu habita. *Maj* vocabantur arbores, quae ante domus figebantur, ad quorum culmen munuſcula alligabantur puellis tradenda, quas hic Poëta *Mazzos* appellat. Arboris truncus, non ſolum cortice erat denudatus,

(1) Turba triumphalem ſequitur plebaea Quadrigam,
Quam juga bina boum doratis cornibus, atque
Millibus e fraſchis menant hinc inde per Urbem.
Stat ſuper alta ſtrues de Boſco caeſa virenti,
Glans, Ilex, Abies, Laurus, Pyrus, Ulmus, Oliva,
Mille tenent (2) nevolas de paſta fila tacatas,
Quae ludunt inter frondes, auraque moventur.
Sed qua ſumma Pyrae cervix erecta, Cupido
Caecus, & abſque braga ſtat fixus, & explicat arcum.
Turba puellarum trezzas ornata coronis,
Ova gerit calathis Urbem cantando per omnem.
Baldus ineſt aliis medius, dum cantat & ipſe,
(3) En arrivat ubi ſtant divi Fana Lonardi,
Cujus apud templum puerilis ſquadra vacabat
Diverſis ludis, Danzis, variiſque bagordis.
Viderat hos Baldus, cupiens animoſiter omnes
Aſſaltare unus, ſoluſque fugare Catervam.
Hic centum pueri ludebant ſupra piazzam:
Pars (4) ad borellas ſicco ferramine giocant,
Pars cum ſcanellis mittunt a d ſidera Ballam,
Pars (5) Trocos faciunt Cord ella volvere circum;

Sed

tus, ſed probe laevis, ſuper quem ex infimae plebis juvenibus ſcandere certatim contendentribus, ille victor habebatur, qui ad culmen perveniens praemium arripiebat. De hujus Solemnitatis vetuſtate, & ſigni catione agit Eruditiſs. P. Carmelus *Stor. di varj coſtumi* T. II C. VII.

(1) *Turba triumphalem.* Alia Feſti celebritas hic deſcribitur.

(2) *nevolas.* Verbum hoc ſolis Mantuanis proprium, extra Urbem noſtram non intelligitur. Tenue ſolium ex triticea farina, & aqua in ferro compreſſa, ſupra ignem; quo in fruſta conciſo Epiſtolis claudendis loco hiſpanicae cerae utimur, & ſigillis imprimendis, Mantuae appellatur *nevola*.

(3) *En arrivat.* Ante vetuſtum S. Leonardi Templum campus reperitur, hujuſmodi ludis aptus, qui amplior fortaſſis erat, antequam in conſpectu dicti Templi, Eccleſia, & Conventus Monialium Capuccinarum decimo ſeptimo faeculo exeunte aedificaretur.

(4) *Pars ad Borellas* De hoc ludo ſupra a nobis dictum eſt in notis ad Eclogam primam, quas vide.

(5) *Pars trocos.* A latinis turbo. Ludi hoc genus ita mirifice a Virgilio deſcribitur Aeneid 7.

Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curvatis fertur ſpatiis, ſtupet inſcia turba,
Impubeſque manus mirata volubile buxum,
Dant animos plagae.

Sed poſitis metis pars (1) galzoppando triſaltant.
Baldus mantellum ſubito de corpore tollit,
Inque giubarello promptus ſaltare comenzat.
Principio ſimulat, quod non adjungere poſſit
Alterius ſignum, nec ſuſtinet in pede ſaltum;
Mox aliquantillum (2) ſtringhis galone molatis,
Depoſuit (3) bretam, cui frontem bindula cingit.
Ecce legiadrus adeſt, tardos movet arte galoppos
Tam levis, ut nullam figat ſabione pedatam.
Inde pedem primum firmans, aliumque recurvans,
Tollitur agniculo ſimilis, repetitque ſecundum
(4) Fortius, at brevius ſaltum, terzumque, paratis
Cum pedibus ſguizzat, plantas aequaliter unit,
Quatuor & cubitos ſignacula prima (5) ſoperchiat.
Ulterius nemo vult ſecum (6) carpere gattam.
Sunt ibi diverſi, mirantes atque ſtupentes,
Quod tantam parvus deſtrezzam puttus haberet.
Mox invitatur (7) ſi ad ballam ludere vellet:
Baldus ait volo, ſed quemquam praeſtate ſcanellum:
Nec mora ſcamnus adeſt, fit pars, fit pactio, fitque
Larga piazza, hominum contraſtamenta videntur;
Ingannare tamen Baldum ſtatuere (8) bonettum.
Nam quidam reliquis (9) giottonior, inquit ad illum:
Quum facio invitum, facias quoque Balde revitum.
Baldus erat pauper, tinxitque pudore (10) maſcellam,
Nec ſua (11) trentinam marzam (12) ſcarſella tenebat.

Sed

(1) *Galzoppando*. Altero pede elato, unico pede ambulare, vel potius ſaltitare a Mantuanis dicitur: *andar in galzoppo*.
(2) *Stringhis*. Funiculis.
(3) *bretam*. Pileolum
(4) *Fortius* &c. Hujuſce ludi graphica deſcriptio, cujus ſumma eſt: uno pede ſaltitantes ad quemdam terminum pervenire. Deinde arrepto ſaltu eumdem tranſgredi.
(5) *Soperchiat*. Superat.
(6) *Carpere gattam*. Contendere.
(7) *Si ad ballam*. De pilae ludo a nobis dictum eſt in notis ad Ecl. 1.
(8) *bonettum*. Bonae indolis.
(9) *giottonior*: magis avidus. Etiam etruſce dicitur *ghiottone*, helluo.
(10) *Maſcellam*. Genam.
(11) *Trentinam*. Numum triginta obolis aequivalentem. *Trentinam marzam*. *Non aveva un marcio trentino*. Modus dicendi nobis familiaris.
(12) *Scarſella*. Crumena.

Digitized by Google

Sed tamen accepit foedus, quia vendere cappam
Judaeo ſtatuit, ſive impegnare camiſam.
Ergo comenzavit primarus battere ballam.
Extendit laevae digitum, dextraque ſcanellum
Stringit, & incurvus paulo, giocare, gridabat;
Poſtea ſuccurrens, ſocio porgente piabat
In frontem ſcanni ballam, pariterque premebat.
Illa magiſterio mandata ſub aëre pirlat,
Baſſa tenet medium, nec in altis tollitur aſtris,
Nec campinili (velut ajunt) mittitur inſtar.
Si contraſtantes (quamvis non ſaepe) retornant,
Illico Baldus eam venientem firmus afrontat,
Menſuratque oculo dum girat in aëre balla;
Quam quoque miranda cum deſtritudine giocat.
Ergo revidebat victor ſaepiſſime nummos,
Anteque quam Phoebus radios diſtolleret orbi
Laetus aquiſtavit ducatos quatuor, & ſex.
Impatiens quidam juvenis de ſanguine claro,
Qui ludens partem majorem (1) perderat auri,
Sfodravit (propter Baldum ſcannare) (2) fuſettum.
Sed ſubiens illum per dextram Baldus aferrat,
Stilletum ſcarpans, binos dedit atque (3) buſettos.
Hinc jacit ad terram, quem calcibus undique piſtat.
Protinus hic centum pueri clauduntur in uno
Agmine, ſed Baldus propter ſchivare, volutat
Mantellum brazzo, nam ſaxa volare comenzant.
(4) In quamdam ſeſſe vadit retirando vietam.
(5) Mox cantone pedes, animumque piantat in uno.
Illum non poſſunt discantonare valentem,
Imber ſaxorum qui vibrabatur adoſſum,

M Ex-

(1) *perderat*. perdiderat.
(2) *fuſettum*. Pugionem.
(3) *buſettos*. Bonis pugnis illum petivit.

(4) *In quamdam*: In anguſtum callem ſe ſe recipit.
(5) *Mox cantone*. Se ſe angulo quodam tuetur.

Extraque fundibulas crepitantia ſaxa ruebant.
Sed Baldus nunc huc, nunc illuc ſaltat in altum,
Et lapides agili venientes corpore vitat,
Et centum petras volta reparabat in una.
Tres horas duravit eo certamine victor ;
Quod comunis erat ſtupor ſpectantibus illum.
Sed qui perdiderat dinaros, currit avantum,
(1) Ac incagnatus Baldo vult rumpere teſtam.
Sta retro, Baldus ait, ſta retro, ſi tibi frontem
Rupero, dico tibi, fuerit (2) dapoſſa todannum.
Ille nec aſcoltat, nec currere (3) ſotta raſinat.
Impatiens ergo Baldus, non amplius illum
Admonet, immo rapit (4) medium ſua dextra quadrellum,
Cui boccam ſtomachi (5) ſfronzanti murmure colſit.
Ille ſtramortitus caſcans in limine portae,
Cervellum fregit ſibi ſteſſo, creditur eſſe
Mortuus, unde omnes pueri fugiere (6) deſattum.
Baldus (7) garlettos cernentibus illico monſtrat,
Et per (8) ſtradiculas centum fugiendo (9) ſcapinat,
Et nihil indretum guardans it contra Cipadam.
Hic aderat pueri ſtropiati forte (10) famejus,
Quem Lanzalottum reliqui dixere bravoſi,
Quem Lanzagnoccum melius dixiſſe putarem.
Hic erat ex illis (animoſos laudo guereros)
Qui ſemper ſpadas portant galone ficatas,
Et cum tempus adeſt quod oportet (11) deſguainare,
Ac menare manus, calcagnis fortiter obſtant.
Geſtant (12) bretonos longo tremolante pinazzo,

Mil-

(1) *Ac incagnatus* : Inſtar canis irati.
(2) *dapoſſa todannum* : Erit tibi poſtea damnum.
(3) *Sotta raſinat*: nec deſinit hoſti accedere.
(4) *medium quadrellum*. Dimidium lateris.
(5) *ſfronzanti*. Obſtrepenti.
(6) *deſattum*. Omnino.
(7) *garletos*. De inferiori pupulae parte, ſupra dictum a nobis eſt.
(8) *Stradiculas*. Anguſtas vias.
(9) *Scapinat*. Fugit.
(10) *Famejus*. Famulus infimae notae.
(11) *deſguainare*. Evaginare.
(12) *Bretonos*. Magnos pileolos.

(1) Millibus & ſtringhis illorum piga frapatur,
(2) Quem ſemper portant ſuper ochium more bravantis.
Dextra ſuper manicum ſpadae guantata repoſſat,
Laeva tenet cappam, velut eſt uſanza Spagnola.
Introeunt iſti bravi quandoque tavernam,
Dum trincant, coeloque levant rebibendo caraffas,
Omnia sfrantumant, ſpezzant, verbiſque menazzant,
Hoſtibus atque ſuis jurant (3) tajare colengum.
Si tamen incontrant illos, pro pignore ſignant
Cantonem, finguntque nihil vidiſſe pojanae.
Lanzalottus erat pejor, mihi credite, cunctis;
Cujus ſi vultis ridere, audite figuram.
Huic erat oblongum nimis, atque diſutile corpus.
Tales (4) alphanas, (5) ſganzerlas ſive vocamus.
Teſta ſuper ſtrictas gobbas quoque piccola ſpallas
Figitur, & (6) pivae ſimilatur eundo Todeſchae,
(7) Aut excuſaſſet ſupra foſſata pedagnum,
(8) Aut perticonem propter diſtendere filum.
(9) Hic ergo Baldum brando ſeguitabat aperto,
Piglia, clamabat, ladrettum, piglia forcam.
Prenditur a multis Baldus, ſed ſguizzat, & inſtar
Anguillae muzzat, leporique ſimillimus uni,
Quem maſtinazzus curſu pigritante recalzat.
Cernebas aſinum proprie ſeguitare caprettum,
Atque bovem vecchium ſperantem prendere cervum;

(1) *Millibus & ſtringhis*. Fruſtulis, & funiculis Pileolum ornatum geſtant.

(2) *Quem ſemper portant* &c. Glorioſi illi homines, qui propriis viribus plus aequo fidunt, pileum ex altera parte inclinatum portant, quod minitantis hominis inditium habetur. Hujuſmodi hominum habitum, & geſtum mirifice deſcribit.

(3) *Tajare colengum*. Caput obtruncare.

(4) *Alphanas*. Nomen equi apud Areoſtum, & Bernum. Utimur autem hac voce ad ſignificandum hominem cruribus oblongis incompte ambulantem.

(5) *Sganzerlas*. In eadem ſignificatione vox plebi noſtrae familiaris.

(6) *Pivae*. Tibiae utriculari.

(7) *Aut excuſaſſet*. Homo oblongus ponticuli inſtar ſupra foveum extendi poteſt: *pedagno*, *ponticello*.

(9) *Aut perticonem*. Perticam oblongam, cui mataxae infiguntur. Nos dicimus *un perticone da diſtendere il filo*.

(10) *Hic ergo Baldum*. Inſequentis hominis, & celeriter fugientis deſcriptio.

Sed mox egreſſus de portis Urbis ad unum
Tractum baleſtrae, ſtocchettum Baldus aferrat,
Et Lanzagnoccum expectat conſtantiter illic.
Nil metuit, quamvis homo ſit, vultuque bravoſus.
Ille venit, Baldoque caput truncare parecchiat.
Ergo (1) codegonus puero borrivit adoſſum.
Ut Maſtinazzus ſolet aſſaltare cagnolum.
(2) Baldus ad hiſtoriam Rotolandi mente recurrit:
Implicat in cappa laevam, dextraque fuſettum
Corripit, & laſſans (3) trivilatam concite punctam
Per medium bigolum ferrum transfixit in alvo.
Ille ruinavit pedibus sbattendo terenum,
Ut ſcannata ſolet beccaro sbattere Vacca.
Sed vix ſtocchettum Baldus de ventre cavarat,
Ecce ſuperveniens Godius Sordellus arivat:
Qui de Motellae campis veniebat in Urbem:
Ipſe cavalcabat celerantibus ante ſtaferis:
Jam vecchius, vecchiezza tamen non debilis ancum:
Non ſoſiat cornu: non dentem perderat unum:
Maccagnos non ante ſpudat, non retro corezas.
Ergo videns Baldum ſic ſic animoſiter illum
(4) Sforacchiaſſe virum, ſtupuit, famulique ſtupeſcunt.
Ah mulazze, inquit, quo curris (5) ſta giotarelle,
Non ego te vidi? Praeſto (6) zaffate ladretum.
(Nec tamen inquit eas propter piliare parolas,
At ſolum tentando, metum ſi Baldus habebat.)
Reſiſtit impavido vultu, quid quaeris, ajebat?
Laedere me patiar? ſi quis te occidere vellet,
Dic Baro, ne feres? teſtam dabis ultro tajandam?

Hunc

(1) *Codegonus.* Bardus homo.
(2) *Baldus ad hiſtoriam.* Rotolandi hiſtoriam mente recurrens, animum ſibi ſentit augeri.
(3) *trivilatam.* inſtar terebrae elaboratam *fatta a trivella.*
(4) *Sforacchiaſſe.* Terebraſſe.
(5) *Sta giotarelle.* Diminutivum illius, quod ſupra dixit *glottone.*
(6) *Zaffate ladretum.* Comprehendite latrunculum.

Hunc ſurfantonem (cuï nullam credite nojam
Feci) non puduit tres me ſeguitare miaros,
Ut mihi de ſpallis nudo caput enſe levaret.
Cur natura manus homini dat? corque, pedeſque?
En ego ſcapabam pedibus: nam pes datur iſta
Pro cauſa; ſed ubi me nil juvaſſe videbam:
Cor ſaldum feci: ſaldo quia corde periclum
Omne ſuperchiamus: cordis manus inde miniſtra:
Quid faciat pro tunc? an tanto urgente biſogno,
Perdiderit tempus ſeu griffis ſcalpere rognam,
Seu ſub ſole griſos inveſtigare pedocchios?
Vos date judicium, velut uſus veſter, honeſtum:
Qui non ſcordatis tavolae ſtatuta rotundae:
Si tortus meus eſt: torti mihi debita poena eſt:
Si drittus, dritti cauſam Paladinus ajutet.
Obſtupuit teneri Baronus dicta putini,
Atque valenthomum ſubimaginat eſſe futurum.
Secretum facit ergo ſtatim ſepelire cadaver,
In groppamque jubet puerum ſaltare cavalli,
Ut videat quaenam dextrezia regnet in illo,
Quemve ferat (quando nil (1) ſcontentetur) ad Urbem.
Principio timuit Baldus fortaſſe (2) gabari,
At cernendo fidem (3) digiti, nomenque Gibelli,
Continuo ſaltum ſpiccat de littore tundum,

Grop-

(1) *Nil ſcontentetur*. Niſi renuat.
(2) *gabari*. Decipi.
(3) *fidem digiti*. Quoniam ſaepe apud Poëtam noſtrum de celebri diviſione, mentio recurrit, cujus reliquiae ſaeculo decimo quinto adhuc ſupererant, quae Italiam univerſam per plura ſaecula vexaverat, in qua diviſi animi, & Gentes, alii Guaelphis alii Gibellinis adhoerebant; quid ea fuerit, & qua ratione excitata, a tenebris eruendum. Nemo clarius, & brevius nominis rationem explicat Maimburgo in libro inſcripto *decadence de l'Empire*, ubi ſic habet: „ Il y avoit ſur les confins de l'Alemagne, & de l'Italie vers la Source du Rhin deux Maiſons treſ Illuſtres, & treſ ancienes; l'une des Henris de Guibeling; & l'autre des Guelphes d'Adorf, qui par une emulation de gloire, & une jalouſie d'ambition, etoint preſque toujours en querelle; & cauſoint ſouvent par leur diviſions un grand deſordre dans l'Empire. Les Empereurs Conrad *le Salique*, & les trois Henris ſes ſucceſſeurs etoint de la premiere, & la ſeconde a produit le Ducs de Baviere fort connus ſous le nom de Guelphe". Inde factum eſt, ſeditiones ortas circa annum 1130 aliis.

Gropperamque ſuper, gambis ſe plantat apertis;
Quo ſaltu Baro magis ardet amore Putini,
Quem tacite ſecum parlando, reducit ad urbem.
Ergo puer Baldus (1) ſcrimandi quicquid in arte
Diſcitur, imparat, nullam (2) ſparando fadigam.
Armigerum puerum ſic ſic Sordellus amabat,
Quod ſcrimare fuit deinceps tantumodo ſecum
Viſus, ovans quanta ſe dextritudine cunctis
Sortibus armorum (quamvis ſit puttus) adaptet.
Nulla fadiga fuit (3) Broccheri diſcere normam,
Quem modo cum ſpadae manico tichitare videbas,
Quem modo, cum lama ſolum ſcrimando, culabat.
Mox targam, & ſpadam, mox haſtam, moxque gianettam,
Mox roncam, qua ſpalla fuit truncata cuidam.
Poſt haec, grata fuit manuum ſpadazza duarum,
Quam manegiando, levem ſcorzam parebat habere.
Talibus ardebat rebus tantumodo Baldus.
Incepit ſed mox aetatem intrare virilem;
Et compagnias ſecum menare bravoſas,
(4) Quas tajacantones dicunt, vel mangiaferrum.
Nil niſi Mantoa Baldus nomatur in Urbe,
Qui tremolare facit magnis pro forcibus omnes.
Nil curat mundum, nil coelum, nilque diablum,
Nil illum ſpadae, nil quaelibet arma ſpaventant.
Non erat in toto Mundo gajardior alter,
Nomen ad ipſius ſe quiſque (5) cagabat adoſſum.
Tam bene membroſus nunquam vir induit arma.

Cu-

aliis faventibus Pontifici Innocentio II, aliis Anti-Papae Anacleto, poſt ſaeculum duodecimum illorum partem qui Pontifici favebant, vocatam fuiſſe Guelphorum, Gibellinos eos, qui pro Imperatoribus arma ſumebant. Quum vero Mantua in Imperatorum fide ſemper conſtiterit, honeſti hominis nomen illi dabatur, qui Gibellinorum nomen, & inſignia deferebat.

(1) *Scrimandi*. Quidquid in digladiandi arte ediſcitur.

(2) *Sparando*. Nulli parcendo labori.

(3) *Broccheri*. Parmae. *Rotulee*; qua ludebatur Omnia gladiatoria exercitia hic enumerat, quibus addiſcendis Baldus vacabat.

(4) *Quas Tajacantones*. *Tagliacantoni*, aut *mangiaferri* dicuntur minaces illi homines, de quibus ſupra dictum eſt.

(5) *Cagabat adoſſum*. Timebat.

(1) Cujus corpus erat per longum bracchia quinque
Largus in excelſis tumido cum pectore ſpallis,
Sed brevis anguſtos ſtringebat Zona fiancos.
Nervoſus gambis, pede parvus, cruribus acer.
Rectus in andatu levibus cum paſſibus ibat,
Pulchra vagae adjungit faciei barba decorem.
Vivaces oculos nitida ſub fronte regirat,
Quos non villanus ſed nobilis edidit ortus.
(2) Spadazzam laterì cunctis metuendus ataccat,
Quae prope Sordellum ſuper omnia grata ſedebat,
Et meruit donum fieri, non pauca merenti:
Haec fuit aethnaeis Vulcani facta ſub antris,
Quam Broth & Steropes multo ſudore polirunt.
Leggiadria ſuos fervebat tanta per artus,
Ut quaecunque poteſt fieri ſaltatio per nos
Humanos, agili motu fiebat ab illo.
Humanos quid ego dicam? ſub pondere ferrì
Scilicet armorum aequabat ſaltando Leones.
Interea moritur villanus, quem ſibi patrem
Baldus credebat, moritur quoque credita mater:
Zambellus jam factus homo, ſed valde (3) bachiocus
Reſtarat ſolus, robbam qui jure teneret;
Eſt quia villani proprio de ſemine natus.
Neſcius at Baldus, robbae vult eſſe patronus.
Cui ſunt terreni forſan quadraginta biolchae,
Quas, ſic Zambello res ignorante, godebat.
Inde gubernabat villam quam diximus eſſe
Nomine Cipadam, praeclaro nomine dignam,
Quae pro famoſis paladinis tollitur aſtris.
Attamen hic gentes vitiis ſunt omnibus aptae.
Sicut quiſque locus propriis de rebus abundat,

Sic

(1) *Cujus corpus* &c. Baldi externum habitum deſcribit egregie.

(2) *Spadazzam lateri*. Ingentem gladium lateri ſemper ferebat, de quo ea fingit Poëta, quae Poëtae ſolent, & quae finxit Virgilius de armis Aenaeae a Vulcano elaboratis, & de Baliſarda apud Areoſtum.

(3) *bachiocus*. Bardus, ſtolidus, ut ex dicendis apparebit.

Sic Cipada ſuis propriis de rebus abundat;
Dat multam lanam pegoris (1) Verona toſatis,
Montibus ex altis evangat Brixia ferrum.
Bergamaſca viros generat montagna (2) goſatos,
Juſta bruſat multas tellus Piamontea (3) ſtryas.
(4) Genua dum generat, teſtas Commater aguzzat,
Milanus tich toch reſonat cantone ſub omni,
(5) Dum ferrant ſtinghas, faciuntque foramina (6) gucchis.
De verzis ſaturat, poriſque (7) Pavia Milanum.
(8) Implet formajo peſalova Placentia mundum.
(9) Parma facit groſſas ſcocias, groſſoſque melones,
(10) Trottant Rezano cuncti ſperone cavalli,
(11) Mantua bretaros ſangoſo Bulbare paſcit,
(12) Mantuanizaſcunt qui norunt dicere carmen.
Vadat, faſolos qui vult mangiare, Cremonam.
(13) Mille trovat fogias in veſtis pulcra Ferrara,
Mille Ferrareſi faciunt ad Datia fraudes,
(14) Mille vides Venetum per ſtricta canalia cymbas

Vi-

(1) *Verona.* Diverſarum Urbium indolem deſcribit, ut tandem perditos Cipadae mores perſtringat: atque hae ſunt Cipadae laudes, quibus adductus, putat Zenius, Poëtae noſtri eam eſſe Patriam. Fabulae, ſi aliud deſit argumentum. Verona ovium ferax. Brixia ferrum mittit. Sed de ſingulis dicendum ob claritatem.

(2) *Goſatos*. In Vallibus Bergomenſibus homines, & mulieres, reperiuntur quos rhuma in guture vehementer elatum deformes reddit, & nos Mantuani dicimus, *che naſcono con il goſo*.

(3) *Stryas*. Sagas. *Stregha*.

(4) *Genua*. De Januenſibus fabula omnibus nota.

(5) *Dum ferrant*. Mediolani funiculis quibus mulieres veſtes adſtringunt, ſpicula & cuſpides parant, quas nos dicimus *ſpeleto da ſtringa*.

(6) *gucchis*. Acubus. Vox vere Mantuana

(7) *Pavia*. Ticinus Mediolanum olera mittit.

(8) *Implet formajo*. Caſeum optimum Placentia producit. *Peſalova* adjunctum mihi ignotum

(9) *Parma facit* &c. Parma ingentes Cucumes, & pepones producit, quod non eſſe verum ſuſpicor, in Paluſtribus enim Regionibus majores naſcuntur. Parma caſeo, & ſuibus gaudet.

(10) *Trottant* Dum Regium Lepidi accedimus, aſelos equitatui inſervientes ſaepe reperimus, quibus calcaria adhibent.

(11) *Mantua Bretaros*. Senſus eſt: Mantua paſcit eos, qui Pileolis elaborandis vacant piſce, qui dicitur *Bulbero*, noſtris lacubus familiari.

(12) *Mantuanizaſcunt*. Mantuanos ſe oſtendunt.

(13) *Mille trovat* &c. Ferraria diverſos, & novos veſtiendi modos producit.

(14) *Mille vides*. Urbs in aquis aedificata, naviculis curruum loco utitur, iiſque abundat.

(1) Villanos generat tellus Padovana diablos.
(2) Sgnaolat innumeris Vicentia plena gatellis,
Nam Vicentini, gatti sbalzando videntur.
(3) In barchis Chiozae gens ſorchae congrua multa eſt.
Antiquas Ravenna domos habet, atque murajas.
Undique parva ſalat per mundum Cervia porcos.
Sulphure non pocum facis o Caeſena guadagnum,
Perque tuas Bacchus ſolet albergare colinas.
Pulcra Faventinam finguntur vaſa per urbem,
Supraque Majolicam Pictorum fama videtur;
(4) Qui mancant ſenſu, vadant habitare Bolognam,
Quamvis ipſa boves graſſos, faciatque (5) bragatos.
Quot littus ſabias, tot habet Florentia nugas,
Quot coelum ſtellas, tot habet Florentia rimas.
Roma bonos ſemper quaerit mangiare boconos.
Si ſic eſt, omnes Urbes ſunt, credite, Roma.
Napolitana viris Urbs eſt repleta (6) maranis,
Napolitana viros corteſos terra miniſtrat.
Produxit ſemper formoſas Sena puellas.
Florentinorum, Piſa, Lucaque parturit hoſtes.
Non Modonenſis erit, cui non phantaſtica mens eſt,
Nec ſunt ingenii meliores, quam Modoneſi.
Qui ponunt ſcarpis mandat Novara (7) tacones;

N Sed

(1) *Villanos* &c. Ruſticos educit Patavium effraenatae audaciae. Si de equorum loca. toribus ſermo ſit, inficias nemo ibit.

(2) *Sgnaolat &c.* Felis vocem loquendo imitari, nos dicimus *Sgnaolare*, Etruſce *Gnaulare*, *Miagolare*.

(3) *In barchis Chiozae*. De Clodia Urbe alibi a nobis dicetur. Urbs mediocris ad marginem Adriatici Maris ſita, ingenti Portu inſtructa, aqueis rivulis interlita, Navicularum, & Navium numero diſtincta, cujus incolae ut plurimum, vel Nauticam, vel Piſcatoriam exercent. Probis, & improbis hominibus componitur, ut reliquae Urbes omnes; propterea poëticae inventioni, quod hic de ea dicetur, & quod ſupra de Vicentinis dictum eſt, tribuendum videtur.

(4) *Qui mancat ſenſu*. Vituperium Felſina indignum, quae doctis viris abundat, niſi ſenſus ſit: Qui ſenſu, & intellectu caret, Bononiam pergat, ut optimis artibus excolatur, & ſenſatus evadat.

(5) *Bragatos*. Valde pingues. Vox Mantuanis ſolum propria, & quidem infimae plebis.

(6) *Maranis*. Vox Neapoli familiaris, & ſignificat *Iniquis*.

(7) *Tacones*. Soleas aſſuunt calces.

Digitized by Google

(1) Sed tantum generat ſemper Cipada giotones,
Sed tantum generat ſemper Cipada ribaldos,
Sed tantum generat ſemper Cipada (2) caveſtros.
Quicunque in piazza (3) ſcopatur, ſive (4) bolatur,
Hunc omnes gridant, genuit Cipada (5) gajoſſum.
Quiſquis in excelſa (6) Berlina ſuſcipit ova,
Hunc dicunt omnes, Villam genuiſſe Cipadam.
Quiſque (7) tenajatur, ſquartatur, ſive picatur,
Hunc omnes (8) faciunt ladrum de prole Cipadae;
Illic namque viri dotantur in arte robandi,
Nilq; Deum trepidant, blaſphemant, cuncta (9) rapinant,
Omnia faſſinant, ſperzurant, ſemper (10) abarrant.
(11) Nunquam poltrones, quid ſit confeſſio norunt.
Cum verzis multos mangiarunt Parrochianos,
Deque ſuis (12) Pretis faciebant ſaepe mezenos.
Semper in obſcuris ſtant Boſchis, atque cavernis,
Aſſaltant homines, faciunt ſmontare cavallos,
Vadunt in frottam veluti (13) ſtornellica turba,
Indoſſumque ferunt de foggis millibus arma.
Alter (14) panceram veſtit de rugine tinctam.
Alter corazzam (15) fert nunquam Sole vedutam.

Alter

(1) *Sed tantum* &c. Cipadae laudes, quae omni vitiorum genere abundat.

(2) *Caveſtros*. Capiſtro dignos Mantuani dicunt: *Caveſtri*.

(3) *Scopatur*. Qui ſcuticis publice vapulant, nos dicimus, *che ſi ſcovano*. Etruſce *ſi fruſtano*.

(4) *bolatur*. Infamiae nota uritur.

(5) *Gajoſſum* Perditum hominem.

(6) *Berlina*. In publico infamiae loco.

(7) *Tenajatur*. Qui ignito forcipe laceratur.

(8) *Hunc omnes faciunt &c.* Hunc omnes dicunt eſſe ex latronibus, qui Cipadae frequentes ſunt.

(9) *Rapinant*: Furantur.

(10) *Abarrant*. Decipiunt.

(11) *Nunqaam poltrones*. Nunquam ad expianda peccata accedunt. Cum oleribus tanquam ſues Praesbiteros manducant, & ex ipſis larda faciunt. Helluones eſſe ſignificat, & nihil aliud. Sed neſcio quid impium ſonat.

(12) *Deque ſuis Pretis &c.* Senſus eſt: Praesbiteros tanquam Sues lardo parando, occidunt. *Mezenos*. Vox a Noſtratibus uſurpata ad ſignificandam lardi portionem, quae ex dimidio Suę praeciditur.

(13) *Stornellica*. Turdorum turba.

(14) *Panceram*. Loricam.

(15) *Fert nunquam Sole vedutam*. Quae nunquam Solem vidit. Intellige pervetuſtam.

(1) Alter per terram vadit ſpargendo piaſtras.
Alter dum currit, vadunt in faſcibus arma.
Alter habet collo targazzam more vetuſto.
Alter & abſque fodro ruginoſum bajulat Enſem.
Dum vadunt pariter, ſquadramque ſerantur in unam,
Mille vides (2) roncas, malaguzzas, mille (3) gianettas,
Spontones, lanzas, Alabardas, & (4) Giavarinas,
Dantque focum ſchioppis tuf taf sbōrrante balotta.
Semper habent longas barbazzas pulvere plenas;
Semper habent oculos ſcura ſub fronte fogatos.
Protinus ad (5) ciſilum cognoſcunt eſſe propinquum
Mercadantem aliquem, cui robbas tollere debent.
Extitit ipſorum Baldus Capitanius ergo,
Per quem ſe quiſquam mortis poſuiſſet (6) ariſgum.
Sed tres praecipuos compagnos Baldus habebat,
Quorum progeniem breviter toccare biſognat.
Primus erat quidam Fracaſſus prole Gigantis,
(7) Cujus ſtirps olim Morganto venit ab illo,
Qui Bachiocconem campanae ferre ſolebat,
Cum quo mille hominum colpo sfracaſſaſſet in uno.
Ipſe Fracaſſus erat, ſicut Morgantus, homonus,
Terribiliſque gigas, Baldoque in cunčta fidelis.
Cujus longa fuit (certe non dico boſiam)
Per (8) bellum punčtum, cubitos ſtatura quaranta.
Groſſilitate (9) ſtaro major ſua teſta videtur,
(10) Intraret boccam medius manzolus apertam.

 Auri-

(1) *Alter per terram*. Propter armorum vetuſtatem.

(2) *Gianettas*. Baculos.

(3) *Roncas, Malaguzzas*. Ruſticorum armorum ſpecies. *Roncas*. Enſes recurvos. *Malaguzzas*. Enſes obtuſos.

(4) *Giavarinas*. Aliud pili genus.

(5) *Ciſilum*. Sibilum.

(6) *Ariſgum*. Periculo. *A riſchio*.

(7) *Cujus ſtirps olim &c* De Morgante Anglica narrat hiſtoria. Fuit Ruſtici filius, celebris Piratarum Dux. Plures Urbes, & Oppida ſtrenue acquiſivit. Gigantem vero fuiſſe, nunquam legi.

(8) *Bellum punčtum*. Adamuſſim.

(9) *Staro*. Modio.

(10) *Intraret*. Dimidium vituli in os Fracaſſi ingrederetur.

Auriculae ſacerent ſcarparum paria quinque,
Atque ſuper frontem tu poſſes ludere (1) dadis.
(2) Non eſt melonus naſazzo groſſior illo.
Spallazzas habet ingentes, magnamque ſchenazzam,
Gambazzas longas, brazzos, groſſumque culamen.
(3) Grandilitate putes, ſed non virtute Platonem.
Hunc qui ferre queat, non eſt reperire Cavallum.
Quando ſcandit eos, (4) ſmagazzat more fritadae.
Nunquam Fracaſſo viſa eſt plus magna columna,
Nunquam Fracaſſo viſum eſt plus grande pilaſtrum.
Si groſſum brancat manibus per cornua Taurum,
Hunc circa teſtam revolvit terque quaterque.
Jugiter immenſam portat ſua teſta (5) celatam,
Quae tantum retinet vinum quam (6) brenta teneret.
(7) Targam quam gerit eſt major fundamine tinae.
Fert Baſtonazzum duro de robore factum,
Cui centum laminas (8) azzali ponere fecit,
Cum quo sfrantumat Turres, Palatia, Roccas.
Totum cum coenat mangiat ſua bocca vedellum.
Vix implent uterum panes ottanta (9) vodatum.
Una ſuum excuſat de vino (10) zerla bichierum,
Sint quicunque velint, Pilaſtros atque columnas
In ſpallam portat nullam ſparagnando ſadigam.
Cum manibus (11) ſtreppat quercus, altaſque pioppas;

Ac

(1) *Ludere dadis*. Taliis, vel teſſeris ludere. *Giocare al dadi*.

(2) *Non eſt melonus*. Naſum habet pepone grandiorem.

(3) *Grandilitate*. Hic ſupponit Platonem gigantem corpore fuiſſe. Fuiſſe aliquanto altioris ſtaturae, hoc quidem apud Auctores aliquos reperitur; fuiſſe vero immenſae molis, hoc Poëticae phantaſiae videtur tribuendum.

(4) *Smagazzat*. Comprimit tanquam placentam ex ovis, quam nos dicimus *frittata*.

(5) *Celatam*. Loricam.

(6) *Brenta teneret*. Vini menſura, cadum vini.

(7) *Targam, quam gerit*. Clypeum.

(8) *Azzali*. Ex chalybe. *D' acciajo*.

(9) *Vodatum*. Octoginta panes vix implent ventrem vacuum.

(10) *Zerla Bichierum*. *Zerla* nobis eſt ciſta ingens, quam humeris afferunt appenſam Piſtores. Hic autem ſumitur pro integra vini menſura.

(11) *Streppat quercus*. Quercus, & populos evellit.

(1) Ac ſi fortificam vellet ſtreppare civollam.
Tanto cum ſtrepitu vadit, tantoque furore,
Tota ſub ipſius pedibus quod terra movetur;
Diſpoſitus caro pro Baldo tradere vitam.
Alter erat Baldi compagnus, nomine Cingar,
Accortus, ladro, ſemper truffare paratus.
(2) Scarnus enim facie, reliquo ſed corpore nervis
Plenus, compreſſus, picolinus, (3) brunus, & atrox.
Semper habens nudam teſtam, rizzutus, & aſper.
Iſte ſuam traxit Marguti à ſanguine (4) Razzam,
Qui ad calcagnos ſperones ut gallus habebat,
Et nimio riſu (5) Simia cagante morivit.
Quem poſtquam Morgans tumulo ſepelivit in uno,
Sic Epigramma ſuo fecit lacrimando bachiocco.
Margutus pelagi, Terraeque pericula qui tot
Vicerat, hic una Simia cagante morivit.
Is igitur Cingar Marguti ſemine venit,
Qui patris mores imitatur in arte robaudi.
Perfectus latro, promptus, mala guida viarum,
Namque Viandantes in Boſcos ſaepe vehebat,
Ipſius arte, bonum (6) penſantes eſſe Caminum.
Portabat ſemper latro poſt terga ſachellam,
(7) Sgaraboldellis plenam, ſurdiſque tanais,
Cum quibus obſcura pingues de nocte (8) Botegas
Ingreditur, caricatque ſuos de merce ſodales.
Ut gattus, ſaltat, guizzat, (9) ſgrafignat, & omnes
(10) Altaros ſpojat; Geſias quum cernit apertas,
O quoties quoties capſettam (11) ſgardinat illam,

In

(1) *Ac ſi fortificam*. Non ſecus ac ſi evelleret caepem gravis ſaporis.
(2) *Scarnus*. Gracilis facie.
(3) *Brunus*. Niger.
(4) *Razzam*. Genus.
(5) *Simia*. Animal notum. *Bertuccia*.
(6) *Penſantes*. Cogitantes.
(7) *Sgaraboldellis*. Inſtrumenta ad furandum ſatis nota.
(8) *Botegas*. Officinas.
(9) *Sgrafignat*. Unguibus rapit.
(10) *Altaros &c.* Spoliat Altaria, & Eccleſias.
(11) *Sgardinat*. E cardine capſae operculum evellit.

In qua offerre ſolent homines devote (1) quatrinos.
Non ſcelus in mundo quod non commiſerit iſte.
Tres voltas jam jam forcas montaverat altas,
(2) Sed lazzo vinctus, Manigoldo ſtante (3) dedretum,
(4) Multimodis illos ſcampabat ſaepe Bricones,
Intrepiduſque ſuam primam rediebat ad artem.
Si quandoque (licet raro) pergebat ad Urbem,
Protinus a cuncta manifeſtus gente, per omnes
Exclamabatur contradas: ecce (5) Gajoffus,
Ecce Diavol adeſt, meritat qui mille fiatas
Suſpendi furchae, vel (6) debita ſolvere chiappis.
Quiſque ravanellum dabat illi, ſive botonem.
Alter eum dicit ſpoliaſſe Altaria Templi,
Alter Praesbitero (7) chierigam rupiſſe tracagno,
Atque capellano calicem rapuiſſe doratum.
Alter & accuſat, verzas non laſſat in hortis,
Alter ait, multa robavit fraude cavallam,
Ac de Gallinis polaria multa vodavit.
Ille ſed immotam frontem tenet atque bravoſam,
Quemquam non metuit, poſt omnes immo petezat.
Plus quam compagnos alios hunc Baldus amabat.
Sed quidnam de te Falchette ſtupende canemus?
Tu quoque pro Baldo bramaſti prendere mortem.
Forſitan, ò lector, quae dico, dura videntur,
Namque (8) Pulicano Falchettus venit ab illo,
Quem ſcripſere virum medium, mediumque catellum.
Qua propter ſic ſic noſter Falchettus habebat,

An-

(1) *Quatrinos*. Obuli dimidia.
(2) *Sed lazzo vinctus*. Laqueo vinctus.
(3) *Dedretum*. Retro.
(4) *Multimodis*. E manibus Carnificis effugiebat.
(5) *Gajoffus*. Iniquus homo.
(6) *Debita &c*. More eorum, qui aeri alieno ſolvendo impotes, publico vituperio exponuatur.
(7) *Chierigam*. Caput baculo fregiſſe.
(8) *Pulicano*. Pulicanum fingit, ſicut etiam ſupra Margutum, ut Heroum ſuorum Originis vetuſtatem commendet. Neque de Pulicano, neque de Marguto aliquid apud Veteres mihi unquam legendum occurrit.

Digitized by Google

Anterioră viri, ſed poſteriorà canina.
Non fuit in toto curſor velocior orbe;
Brancabat celeres manibus currendo caprettos,
Aut lepores, damas, cervos, Dainoſque fugaces.
Et quia mezzus erat noſter, mezzuſque caninus,
Hunc multi Reges, Marcheſi, Papa, Signores,
(1) Cortibus in propriis fieri voluere Priorem;
At magis incagans Papae, Regumve favori,
Cum Baldo ſemper dormit, mangiatque bibitque;
Cujus fortezzam ſcribendo videbimus omnem,
Cujus amicitiam cum Cingare nullus avanzat:
Non tamen illius fraudes imitatur & artes.
Hi tres cum Baldo noctesque, dieſque morantur.
Cujuſdam Baldus villanae, nomine Bertae
Captus amore fuit, quod erat nimis illa galanta.
Hanc tulit uxorem, geminos habuitque fiolos,
Quos Marcellinum, Cingarinumque vocavit.
Sic ſic formoſos vultu, ſic mente politos,
(2) Quos niſi coeleſti dicebant ſemine factos,
De quibus in fundo libri cantare decebit.
Altera nupta fuit Zambello, nomine Laena,
Quae ſoror uxoris Baldi fuit, at minor ortu.
Hic Zambellus erat (3) Borella tundior omni,
(4) Pluſquam piſtonus jadae mortaris aguzzus.
Hunc dormire nihil Baldus de nocte volebat;
Quem toto ſtentare die cogebat in agris.
Quicquid aquiſtat enim (5) ſtento, quicquidve guadagnat,
(6) Baldus id expendit pinguoſas intra Tavernas.

Ille

(1) *Cortibus*. A Magnatibus ad Aulas accerſitus, omnium favorem contempſit, ut cum Baldo permaneret.

(2) *Quos niſi*. Quos non niſi.

(3) *Borella tundior*: Magis rotundus, quam globus ligneus.

(4) *Pluſquam piſtonus*. Ironice dictum. Magis acutus, quam maleus ligneus ad contundendum paratus, qui eſt omnino obtuſus.

(5) *Stento*. labore.

(6) *Baldus id expendit*. Heroem praecipuum, vitiis inſignem ſibi effingere, vere prorſus *macaronicum* eſt; at verae Poëſeos fini oppoſitum.

Ille fadigando vix quid mangiaret, habebat,
Iſte repoſando, burſamque, numoſque tenebat.
Zambellus voluit de Baldo ſaepe dolere,
Sed metuit ſolitum ſpallis tentare Tracagnum,
Quem ſemper redeundo caſam ſua ſchena provabat.
Splendidus in menſa vult Baldus ſemper habere
Quajas, Pernices, Faſanos, atque Caprettos;
Sex vix Zambellus fortas magnare (1) ſcalognas
(2) In cantone poteſt, ne Baldus forte videret.
Ergo die quodam ſolus ſolettus in agro
Valde laborabat ſtentans zappare faſolos.
Jamque Viſentinis ſpuntabat Phoebus ab Alpis,
Zambellum jam jam mangiandi voja (3) grezabat,
Qui per ventronem vacuas roſegare budellas,
(4) Ireque per ciſtam grances, & gambara ſentit.
Sed quia neſſunus pendet (5) Carnerus in ulmo,
Quo ſaltem tozzi, ſint muffi, aut cruſta caſetti.
Sed quia vineſſae nullus barilottus aquatae,
Qua queat almancum boccam bagnare ſugatam;
Trat zappam longè ceu deſperatus, & alto
Pectore ſuſpirum sborrat per utrunque canalem.
Inde caput grattans dextra, culumque ſiniſtra,
Non ſatiare potens dentes, vult paſcere griffas.
(6) O Mazzuche nimis, mens o nimis abſque ſaporo,
(7) O macaron macaron, quae te mattezza piavit?
Quid tantum expectas pauper (8) merlotte (9) becatam?
Scilicet eſt hominum de te grandiſſima cura.

Aſt

(1) *Scalognas*. Caepes ſpecies deterior.
(2) *In Cantone*. In angulo.
(3) *Grezabat*. Urgebat.
(4) *Ireque per ciſtam &c.* Phraſis Mantuanis, imo Longobardis comunis, & ſignificat: *fame vehementer laborare*.
(5) *Carnerus*. Sacculus. Alibi a nobis explicatum Ecl. 3. n. 8.

(6) *O Mazzucche*. Stolide.
(7) *O Macaron Macaron*. A Virgilio depromptum.
O Corydon Corydon, quae te dementia coepit?
(8) *Merlotte*. pullum merulae dicimus *merlotto*. Sumitur autem pro *Stolido*.
(9) *Becata*? Expectas ne cibum tibi in orem ferri?

Aſt ais, heu! quoniam pauper diſpellor ubique,
Et quia noſter habet (1) ſquarzones mille gabanus,
Et quia nulla coprit nudam mihi ſcuffia (2) teſtam,
Et quia veſte tego ſquarzatus apena culatas,
Et quia non unquam portat mea gamba (3) ſchifones,
Et quia calcagni ſcarponibus abſque rigeſcunt,
Et quoniam (4) marzam nec habet mea taſca doinam,
Cum quo panis ego poſſim comprare (5) tochellum,
Cum quo qui radat, Barberum ſolvere fas ſit.
Et quia pro nimio pellis mea frigore (6) ſchioppat,
Et quia me comedunt privum ſavone (7) pedocchi.
Undique ſum factus deriſio, nauſea, (8) ſcornus.
Non mancant homines me conſiliare ſcientes,
At mancant homines, heu! me ajutare volentes.
Omnes ſunt medici, ſua ſed medicina negatur.
Omnes compagni (9), ſed non compagna ſcudella eſt.
Sum felix (10), quiſquam pro me vult ponere vitam.
Sum pauper, nemo pro me vult ponere robbam.
At jam coeleſti moriens Sol caſcat ab arce,
Noxque ſuas totum tenebras ſparpagnat in orbem.
Somnolenta libro finem fac Muſa ſecundo.

(1) *Squarzones*. E lacera veſte decidentia fragmina.
(2) *Et quia &c.* Nullo operimento caput tegitur.
(3) *Schifones*. Tibialium rude genus.
(4) *Marzam*. Ne minimum quidem obolum crumena gerit.
(5) *Tochellum*. Fragmen panis.
(6) *Schioppat*. Diſrumpitur.
(7) *Pedocchi*. Pediculi, impotem ſubuculam dealbare, comedunt.
(8) *Scornus*. Vituperium.
(9) *Omnes Compagni*. Omnes amici, ſed non in cibo. Adagium Vernaculum.
(10) *Sum felix &c.* Sententia veritati conformis, & multorum experientia comprobata, quam expreſſerat etiam Ovidius:
Donec eris felix, multos numerabis amicos;
Tempora ſi fuerint nubila, nullus erit.

ARGUMENTUM

IN TERTIAM MACARONICEN.

Zambellum, Baldi qui creditur eſſe fradellus,
Zappantem reperit barba Tognazzus agrum.
Hic ſit conſejum Praetori mittere Baldum,
Quem dudum poſita cercat habere taja.
Mandatur velox, Meſtralus ab urbe, ſtafetta,
Cujus ob inſidias reſtitit ipſe preſon.



MER-

Digitized by Google



MERLINI COCAII

POETAE MANTUANI.

MACARONICE TERTIA.

Extra montanas ſurgebat Apollo cavernas,
Cujus erat facies (1) Tavolazzo grandior illo,
Quem (2) baleſtreri totum (3) bolzonibus implent.
Quando Zambellus ſtabat ſolettus in agro,
Valde cremoneſos ſtentans zappare faſolos;
Quem quoque mangiandi grandiſſima voja (4) grezabat,
Nam per ventronem ſentit (5) roſegare budellas,
Perque cavagnolum (6) diverſus gambarus ibat.

(1) *Tavvlazzo*. Ingenti tabula.
(2) *Baleſtreri*. Jaculatores.
(3) *Bolzonibus*. Sagittis.
(4) *Grezabat*. Adigebat.
(5) *Roſegare*. Sentit ſe fame corrodi
(6) *Perque Cavagnolum*. Vernaculus dicendi modus. Fame cruciatur. *Cavagnolo* nobis *Ciſtu'a*. *Gambaro*. Cancer.

Sed quia pane vodus (1) pendet carnerus ab ulmo,
Statque jacens terrae (2) Barilottus abſque cocajo,
Ceperat ingenti teſtam (3) gratare dolore.
Non ſatiare potens ventrem (4), vult paſcere griffas.
Ergo triſtatur, ſuſpirat, (5) trat cagaſanges,
Tratque angonajas, gianduſſas, atque moriam,
Smagrito vacuae cantant in ventre (6) buſecchae,
Atque ſuus (7) bigolus ſchenae taccatur appreſſum.
Impatiens tandem miſer hac cum voce gridavit:
O crudis (8) lancum! grandis quae eſt iſta facenda?
Semper ego taſam? patiarque morire chilò?
Quae fuerit codeſella meam ſi parlo raſonem?
Si cui sborrarem, qui me diſtojat afattum
De tòt faſtidiis, de tot caga ſanguibus? aide!
Sicne fame ſchioppare facit me Baldus (9) adunca?
Cui pinſen veniat, cancar, centumque malanni.
Talia dum parlat vecchium procul ecce vidivit
Barbam Tognazzum quem turba villana (10) dimandat.
Conſul erat (11), nec non villa camparus in illa,
Eſtque cipadiculas pro caſtigare giottones.
Conſejos quiſque cupiebat habere ſaputos,
Protinus andabat ſavio parlare Tognazzo.
Praticus iſte quidem ſcoprebat mille (12) magagnas,
Qui ſimul hoſtis erat capitalis denique Baldo.
Magna ſuper teſtam groſſam ſtat (13) bretta taeri,
Sub cujus (14) piga ſcripturarum copia pendet.

Con-

(1) *Sed quia &c.* Sacculus pendebat pane vacuus.

(2) *Barilottus.* Laguncula.

(3) *Gratare.* Caput ſcalpere, cogitabundi indicium.

(4) *Non ſatiare &c.* Non potens edere vult paſcere ungues, caput ſcalpendo.

(5) *Trat cagaſanges.* Imprecatur mala quae ſequuntur.

(9) *Buſecchae.* Vacua inteſtina cantant.

(7) *Bigolus.* Venter tergori adhaeret, ut pote vacuus.

(8) *O crudis Lancum.* Alius ruſtice loquendi modus. Oh dolor!

(9) *Adunca.* Ergo.

(10) *Dimandat.* Vocat.

(11) *Conſul erat.* Homo a Communitate conſtitutus ad publica officia, & camporum cuſtos.

(12) *Magagnas.* Occulta crimina.

(13) *Bretta taeri.* Pileolus ſuperiori in parte patulus, inſtar tabulae.

(14) *Piga.* Sub complicato Pileolo.

Conſulis eſt uſus tales portare bolettas.
Extra beretoneni longae monſtrantur orecchiae,
Quas faciendo Aſini formam naturi piavit,
Quas nec baſtaret plenas vacuare badilus.
Semper habet naſum longo (1) morcone colantem,
De quo ſpirat odor tanquam cagatoria morbans.
Cui cadit e ſpallis quaedam (2) zornejula criſpa,
Quam gentes fogiam portabant tempore vecchio.
Haec apena tegit circum culamina bragas;
Stat camiſola brevis dependens anteque, poſtque,
Scoprit & interdum vento boſſante (3) quaderen,
Namque ſuis uſat calzis geſtare (4) braſolas,
Quas cum ſtringhettis baſtat ſtringare duobus.
Pendet cum medio lateri (5) ſquarcinula fodro,
Qua cavat, oh quoties! Ranis, Biſſis quoque pellem.
Incedit rectus palmas haerendo galonis.
Excuſet quamvis onerosam Gobba (6) valiſam,
Atque pavonizans menat velut ocha quadernum.
Saepe facit manibus (7) guantos ſua braga decentes;
Tempore frigoreo, magnum dat namque calorem.
Hunc igitur cernens vultu Zambellus alegro.
Illico Zapponem linquens gridat, o la Tognazze,
Expecta te precor, volo vobis (8) dire parolam,
Cui ſe convertens Tognazzus dixit: (9) an, anum,
O Zambelle meus, quid vis? jam deſine zappam,
Hora ſit ut ſolvas, feciſti collationem?
Ay, Zambellus ait ſuſpirans, (10) ay cagalocchius,

Non

(1) *Morcone*. Pituita.
(2) *Zornejula*. Veſticula brevis.
(3) *Quaderen*. Poſt paucos verſus vocat quadernum, poſteriores partes, nates videlicet.
(4) *Braſolas*. Subuculae fimbria e femoralibus erumpens.
(5) *Squarcinula*. Coltellus.
(6) *Valiſam*. Sarcinam.
(7) *Saepe facit &c* Ruſticorum conſuetudo ad calefaciendas manus, eas in femoralibus conditas tenere.
(8) *Dire parolas*. Dicere verbum.
(9) *An, anum* Vox reſpondentis.
(10) *Ay Cagalocchius*. Ruſtica exclamatio, de qua alibi.

Digitized by Google

Non habeo panem, vacuas en cerne (1) ſachellas;
Non habeo vinum, vacuam quoque carne (2) botecchiam.
Oyde! utinam ſic ſic ederent ventralia Baldi.
Deh angonaja, malum mihi quantum fecit adeſſum!
Eſt mihi (3) Vaccario magnum parlare talentum,
Fors bene faſſino plus non ſtentabor ab iſto.
Tognazzus (4) sbrajat, quidnam facit ille ribaldus,
Qui centum forcas unam meritaret ad horam?
Dic, Zambelle meus, dic, dic, jam plangere noli:
Semper maturis tua dic ſecreta vechionis.
Neſcis quod noſtri ſimul (5) agroppantur amores?
Neſcis quod ſemper fixum te porto (6) corada?
Cui Zambellus ait, dicam tibi cuncta, Tognazze:
Sed precor in prima nos hac (7) ſtravachemus in umbra.
Per diſventuram ſi peſſimus ille veniret,
Et nos (8) ſguaitaret quod tecum parlo (9) chi lunga,
Nullo reſpectu te cum baſtone macaret.
Me me non dico, quia ſum miſer uſus in illis
Tartufolis, fecique bonas in tergore coſtas.
Tognazzus tali verbo reſpondit in ira:
Quid, Zambelle, inquis? Me cum baſtone macabit?
Se bene, quid nobis faciat (10), guardabit avantum.
Quem quamvis, quod ſit gajardus, fama (11) rebumbet,
Attamen (12) incagans illum non aeſtimo fonzum.
Sed, Zambelle, tuam mihi dic jam quaeſo raſonem,
Hunc ſine (13) Criſterio faciam ſcagarare budellas.
Non tibi dico favam, ſcio quid ſub pectore ſervo.

Zam-

(1) *Sachellas* Supra dixit *Carnero*: Sacculus
(2) *Botecchiam*. Supra *Bottazolo*.
(3) *Vaccario*. Ruſtice pro Vicario.
(4) *Sbrajat*. Clamat.
(5) *Agroppantur*. Uniuntur.
(6) *Corada*. Corde.
(7) *Stravachemus*. Projiciamur.
(8) *Sguaitaret*. Occultus obſervaret.
(9) *Chi lunga*. Hic a longe.
(10) *Se bene &c.* Sibi proſpiciet, & caute obſervabit, quid faciat nobis.
(11) *Rebumbet*. Resonet.
(12) *Incagans*. Non fungi aeſtimo.
(13) *Criſterio*. Vernacula locutio. Illi timorem incutiam.

Zambellus ſgrafando caput ſic incipit: oyde!
Non habeo tempus tantas narrare cotalas.
Hoc tantum ſapias, o barba Tognazze, quod ipſe
Me facit, & ſomnam, poveroſque (1) famere putellos.
Semper ego ſtento, facio ſtentando (2) negottam.
Quando caſam redeo ſtraccus, multumque ſiaccus,
Vergottam (3) coenae penſans accatare paratum,
Groppifero (4) baſtone prius bona ſera ſalutat.
Nil niſi panzatas, (5) pugnos, calzoſque guadagno;
Namque ribaldonus me (6) chioccat, meque rechioccat,
Et cum ſtanghetto currit mala Berta, gridatque:
Cur, gajoffe, caſam ſic ſic (7) abonhora retornas?
Undique me piſtant, ſtrazzant, hinc inde (8) marazzant;
Iſta vivanda mea eſt, talis mihi coena paratur.
Inde ſuper foenum ſicut Maſtinus (9) alozo.
Ille ſuper lectum cum Berta conjuge dormit.
Fer precor altorium, ſchiavus tibi ſemper habebor,
Et formajolam factam de lacte bianco
Hoc pro ſervitio tibi mox donabo daverum.
Tunc Tognazzus, habes nunquid, Zambelle, pauram?
Hunc precor impazzum mihi nunc tantumodo laſſa.
Crede ladronazzo plus non ſtentaveris illo.
Talia parlatus (10) raptim ſe drizzat ad urbem,
Zambelluſque ſuam primam tornavit ad artem.
Qualis cum bocca porcus (11) Singlarus aperta,
Quem (12) cazzator habet ſpeto pungente feritum,
It per campagnas, coelum rugitibus implet,

San-

(1) *Famere.* Fame confici.
(2) *Negottam.* Nibil.
(3) *Vergottam.* Aliquid coenae putans invenire paratum.
(4) *Groppifero* Veſper me ſalutat baculo, nodis aſpero.
(5) *Nil niſi &c.* Laborans verbera lucror.
(6) *Chioccat &c.* Semel, & iterum verberat.
(7) *Abonhora.* Mature.
(8) *Marazzant.* Perterrefaciunt.
(9) *Alozo.* Dego, habito.
(10) *Talia parlatus.* Talia loquutus.
(11) *Singlarus.* Aper. *Cingbiale.*
(12) *Cazzator.* Quem Venator veru acuto feriit.

Sanguineamque (1) bavam torto cum dente biaſſat.
Talis Tognazzus furibunde caminat ad urbem,
Ante Poteſtatem (2) ſuper alta palatia vadit.
Hic argumentis validis, verbiſque gajardis
Accuſat Baldum conductis teſtibus illic,
Quod pro tot vitiis eſſet de jure picandus.
Inde probat villani non verum eſſe fiolum:
Zambellus robbae deberet habere tenutam;
Namque virum memorat quondam veniſſe Cipadam
Sanguine Franceſum, qui mox uxore perempta
Diſceſſit retro Baldom linquendo putinum,
Quem tanquam proprium natum Villanus habebat,
Attamen ille caſam ſine jure tenetque, regitque,
Et quod pejus erat, Zambellus pane (3) careſcit.
Tunc homines Praetor ſavios, grjoſſus adunat,
Conſejumque facit cum fraude capeſcere Baldum,
Namque diu cercarat, eum ſi prendere poſſet,
Eſtque ſuam ſupra teſtam grandiſſima taja.
Non illi curat ſbirrorum mittere turbam,
Namque timet quod Baldus eos occideret omnes.
Quid faciunt? unum Meſtralum Praetor acattat,
Qui retrovet Baldum, (4) lettram cui bajulet unam,
Cujus erat ſimili placido ſermone (5) tenorus:
„ Salve noſtrae Urbis ſpes o certiſſima Balde,
„ In quem (6) ſe fidat Paladinum Mantua ſolum.
„ Rex Napolitanus ſtaffettam miſit adeſſum,
„ Adviſatque omnem faciens de certo Senatum;
„ Qualiter armati venient in tempore curto
„ Centum ſquadrones, urbs atque piabitur iſta.
„ Forſitan ad ſaccum nos ibimus (7) ante trigiornos.

„ Con-

(1) *Bavam*. Salivam ſpumoſam.
(2) *Ante Poteſtatem*. Ante Praetorem.
(3) *Careſcit*. Caret.
(4) *Lettram*. Epiſtolam.
(5) *Tenorus*. Tenor.
(6) *In quem*. Cui viro ſtrenuo Mantua unice fidit.
(7) *Ante trigiornos*. Ante tres dies.

„ Conſilium feci; gentes armare biſognat,
„ Urbſque ſuum te nunc capitanum tota dimandat.
„ Ergo cito venias, conduttum praebeo ſalvum,
„ Dummodo non guides quemquam de gente Cipadae,
„ Namque ſecreta volo talis ſit facta facenda.
Poſtquam ſic Praetor ſcripſit, fecitque ſigillum,
Meſtralus ſcandit ſtaffettae more cavallum,
Cornettumque (1) velut veniat de longe, tacarat,
Contraque Cipadam crebro ſperone cavalcat.
Sed tamen interius pentito corde (2) ſtopinat,
Cum bene cognorit, vel forte probaverit olim,
Quantum ſit fortis Baldus, quantumque ſuperbus.
Ruperat ipſe caput Meſtralis ſaepe, (3) Sbiriſque.
Hunc procul ergo videt qui boſco exiverat atro,
Poſt quem Falchettus ſequitur, Cingarque, Fracaſſus,
Hique diſarmati geſtant ſolummodo ſpadas,
Securis quoniam ſolazzo mentibus ibant.
Hos dum longe videt fictrix ſtaffetta (4) ſcagaitat;
Sed tamen oſtentans ſcriptum (5) procedit avantum.
Quo procul inſpecto Baldus, ſociique ſteterunt,
Seque parat Cingar propter robare Cavallum.
Multos Meſtralus (6) tremolantos dum faciebat,
Hos celer adjungit, qui deſcendendo cavallum
Zenocchium curvat, mox lettram porrigit illis.
Baldus eam carpit, ſocios facit inde remotos,
Et relegit totam, cunctis (7) oldentibus illam.
Corripit in prima facie maravilia Baldum,
Dimidiamque ſtetit ſupra ſe turgidus horam.
Cingar (8) ſcaltritus, vulpone cativior omni,

P Pro-

(1) *Cornettumque*. Corniculum, parvam buccinam, qua Curſores utuntur.
(2) *Stopinat*. Timet vehementer.
(3) *Sbirriſque*. Satellitibns.
(4) *Scagaitat*. Supra dixit *Stopinat*.
(5) *Procedit avantum*. Progreditur.
(6) *Tremolanter*. Tremitus.
(7) *Oldentibus*. Audientibus.
(8) *Scaltritus*. Aſtutus.

Digitized by Google

Protinus inventam penſavit fraude magagnam;
Meſtrali faciem guardat, dubiamque remirat.
Poſt aliquantillum, quid ais, tractatur in Urbe?
Quid facitur? Meſtralus ait: movet arma ſenatus,
Namque Todeſcorum geminus jam campus arivat.
Caſtellumque Godi (1) modo sbombardare (2) comenzant.
Porcida de Trenti Ripa venit iſta Canaja,
Celſaque montagnae varcarunt culmina Baldi;
Nodavere (3) lacum, tandem venere Salojum;
Pars ibi deſmontat naves, pars incubat undis;
Terra coperta viris, lacus, Urbes, monſque, paluſque,
Hinc pedites ſex mille bruſant quaecunque trovantur,
Inde Lacum Gardae nullo prohibente covertant.
Implerunt barcas, implerunt mille phaſellos.
Contraſtumque ſibi non fecit Rocca (4) Malherbae,
Quae ſpingardellis (5) Benacum ſpazzat ubique,
Unde Todeſcorum potuiſſet frangere naves.
Sed caput (6) in ſaccum tenuit mangiando biavam.
Sirmio (7) conticuit, ſit quamvis inſula fortis,
Littora Benaci quae viſu tota miſurat,
Sed ſtetit indarnum, (8) panzamque gratabat alhoram,
Nilque Deſenzanus, nihil & Voltella tiravit.
Nil mater Mincii fecit (9) Piſcheria noſtri.
Artelaria ſtetit, licet ruginenta, Monighae.

Nil

(1) *Caſtellumque Godi*. Godium Oppidum decem millibus ab Urbe paſſibus diſtans.

(2) *Sbombardare*. Balliſtis incendiariis petere.

(3) *Nodavere*. Lacui innatantes Salodium pervenere.

(4) *Malherba*. Oppidum munitum Benaco proſpiciens.

(5) *Quae ſpingardellis*. Bellicis tormentis ferri, dominatur, ac hoſtibus liberum ſervat.

(6) *Sed caput &c.* Nos dicimus *Tiene il capo nel ſacco*. Pro ſecure quieſcit.

(7) *Sirmio*. Notiſſima Catulli Villa, Peninſula in Benacum ſe porrigens, unde totus uno intuitu detegitur.

(8) *Panzamque &c. Grattarſi la pancia*, nos dicimus, pro otio indulgere.

(9) *Piſcheria*. *Peſchiera* Oppidum munitum ad Mincii ſuperius oſtium. Reliqua, quorum meminit, ſunt Oppida in agro Brixienſi, Mantuam verſus.

Nil bellicoſa cum gente ſuperba Paenghi.
Moenia praeclari nihil obſtavere Lonati.
At (1) Sulpharinus ſuper altum bricola montem,
Contraſtare volens aliis ſapientior, he heu!
Poenituit, quoniam fuit illa bruſata Todeſchis.
Saxa comenzavit villanica turba deorſum
Mittere, ne ſurſum gens (2) Lanzchinecca ſaliret;
Per filum ſpadae tamen omnes denique vadunt,
Et veluti ſulphur raptim bona Rocca bruſatur,
Quo Sulpharinum merito ſic nomine clamant,
Qui miſer ignivomas porrexit ad aethera flammas.
Quacchia (3) ſtetit nullam faciens (4) Capriana (5) moveſtam.
Volta (6) tulit dulcis (7) Vernazzae trenta Barillos,
Quos imbozzatos menavit contra Todeſcos,
Et ſic Volticolae ſchifare pericula norunt.
Urbs tamen alta (8) Godi non vult concedere paſſum,
Unde ſuos muros jam sbombardando foracchiant.
Reſpondet Cingar, mentiris, (9) brutte caveſter.
Non ego ſat video veſtras fraudeſque, doloſque?
Mox loquitur Baldo, ne vadas, namque gabaris:
Judico ſit Ragnus qui tendit retia Muſcis.
Fracaſſus medians ſermonem Cingaris, inquit:
O Cingar, ragni moſcones rete trapaſſant;
At nos qui famam compravimus eſſe valentes,
Armati pariter nunc nunc properemus ad urbem,
Si nobis ragni laqueos texere doloſi,
More (10) tavanorum nos trapaſſabimus illos.

(1) *Sulpharinus*. Sic dicta Arx cum Oppido in vertice Montis.

(2) *Lanzchinecca*. Germana, per contumeliam.

(3) *Quacchia*. Tranquilla.

(4) *Capriana*. Oppidum celebre in agro Mantuano.

(5) *Moveſtam*. Motum.

(6) *Volta*. Aliud Mantuanum Oppidum praeclarum.

(7) *Vernazzae*. Veteris vini triginta cados, quod amphoris conditum Germanis munus obtulit.

(8) *Urbs tamen alta*. Vix Oppidum.

(9) *Brutte caveſter*. Capiſtro digniſſime.

(10) *More tavanorum*. Tabani araneae telas facile transfodiunt.

Tunc Falchettus ait, quid tam parlare biſognat?
Vultis ego videam, ſi vera eſt iſta boſia?
Et citius dicto cepit (1) ſpazzare caminum,
Ac in motu oculi nil territus introit Urbem.
Juſſerat armari plures de gente phalangas
Praetor, at ignorant quaenam ſit cauſa (2) Bagordi,
Quod ſolum facit, ut Baldum trapolaret in Urbem,
Cui zurat, ſi fata dabunt, (3) slongare colengum.
Talia contemplans Falchettus credidit ergo,
Cunctaque regreſſus Baldo, ſociiſque (4) recontat.
Stant igitur dubii, ſi res ita poſtulat, an non?
Sed Baldus nunquam quid ſit formido ſciebat,
Namque ſuis nimium forzis confidit, et armis.
Infuriatus ait: rogo vos andate ſodales,
Ire volo penitus ſolus ſolettus ad Urbem.
Accedant Bravi qui (5) frappis ſidera turbant.
Urbs mihi tota ruat ſoli; non aeſtimo ficum,
Nec pauro dum dextra iſtum perſtrinxerit Enſem.
Cingar, Falchettus, ſed plus Fracaſſus adorant;
Proſternuntur humo, ne ſolus pergat in Urbem,
At magis ille furens non vult, magis increpat illos;
Ite viam dico (6), de me nec habete pauram.
Ergo receſſerunt ploratibus ora bagnantes,
Namque ſuum Baldum nil contriſtare volebant.
Solam Baldus enim ſpadam geſtabat inermis,
Poſt poſitis reliquis armis ſe drizzat ad Urbem..
Interea (7) ſquadram Sbirrorum barba Tognazzus
Ante (8) parechiarat certo cantone latentem,
Quae ſtat cum Ronchis, ſpontonibus, ac Alabardis,

Pro-

(1) *Spazzare caminum*. Viam minuere.
(2) *Bagordi*. Tumultus.
(3) *Slongare colengum*. Nos dicimus *Slongare il collo*. Aliquem capiſtro dare.
(4) *Recontat*. Narrat.
(5) *Frappis*. Nugis.
(6) *Ite viam*. Abſcedite.
(7) *Squadram*. Agmen.
(8) *Parechiarat*. Paraverat.

Propter venturum Baldum (1) zaffare dadrettum,
Sbirrorum quoniam mos eſt invadere ſchenam.
Horum Tognazzus caput extat, inſtruit omnes,
Quid faciant animo diſponens cuncta (2) bravanti.
Unde modum ſtatuens dicebat: ſtate (3) proviſti,
Hic ſtabis tu, hic tu, ſed ſtabis tu illic, & illuc
Saepeque jactabat, nihil eja pavete ſodales,
Dum modo vobiſcum ſtabo, (4) laſſate pauram,
Ille ero, qui faciat cum Baldo primus aſaltum.
Ecce venit Baldus tandem (5), ſalamque perintrat
Palazzi, ſcribunt qua ſemper mille Nodari.
Rumor ibi, ſtrepituſque ingens auditur ubique,
Hic per diverſos tractantur jura, facendae,
Hic Procurator Villanum ſcortegat (6) illum,
Alter, ut acquiſtet gallinas, tutat eundem.
Is facit accuſam, citat ille, prehenditur iſte,
Meſtrali currunt, Villanis pignora tollunt,
Qui trant (7) gianduſſas illis, vi namque citantur,
Sforzantur miſeri paucas sborſare (8) trainas.
Sin autem sborſant, preſone repente ferantur.
Judicat hunc Judex, datur et ſententia pro ſe,
Ille (9) piadezans penitus vult vincere litem,
Ac oſtinatus ſemet, robamque ruinat.
Hic nihil attendunt (10) burſalem praeter ad eſcam,
Atque manus geſtant ad aquiſtum more Grifonis.
Non chartam ceſſant ibi (11) ſpegazzare Nodari,

Man-

(1) *Zaffare dadrettum*. A tergore comprehendere.
(2) *Bravanti*. Minitanti.
(3) *Proviſti*. Parati.
(4) *Laſſate pauram*. Timorem deponite.
(5) *Salamque*. Aulam.
(6) *Scortegat*. Excoriat.
(7) *Gianduſſas*. Ruſticas blaſphemias.
(8) *Trainas*. Dictum eſt ſupra ſignificari *trajaros*, monetam omnibus notam.
(9) *Piadezans*. Inſulſis oppoſitionibus litem producens, quod non ita raro contingit.
(10) *Burſalem eſcam*. Scilicet ad pecuniam.
(11) *Spegazzare*. Vox vernacula, chartam inutilibus ſcriptis implere.

Digitized by Google

Mandatos renovant, ac inſtrumenta reformant,
Illos compellit, ſic namque libido guadagni,
Per fas, atque nefas poveri lacerantur Homelli.
Jam prius armatam Baldus miraverat urbem,
Vel ſe deceptum propter captare paratam,
Vel per ſe factum capitanum forte regendam.
Interius dubitat, ſed nil tamen ille (1) ſmaritur.
Heu! quia ſunt nimium tradimenta nociva guereris,
Qui ſternunt homines uno certamine centum,
Sed cum fraude illos unus traditorus (2) acojat.
Ut Leo, qui pecudum genus omne ſuperbus agraffat,
Interdum Zatti morſu dormendo necatur.
Eſt ita Baldus, erat (3) nec dum bene giontus ad ipſam
Portam Palazzi, mala quod deſgratia venit.
Stabat homo latitans vaſti poſt terga pilaſtri,
Obſervans Baldum, (4) retinenſque timore fiatum,
Nam comandatum ſic illi Praetor habebat.
Vix igitur portam Baldus tranſiverat omnem,
Ecce pianinum poſt ſchenam traditor ibat,
Et Baldi ſpadam cito corripit extra guaïnam.
Non tali fretta (5) Soricum Cattellus adungiat;
Nec Vulpis ſomnum fingens (6) agraffat oſellos,
Ipſe velut fecit, nil (7) deſconzando ſeipſum,
Illi ſed melius non ſic egiſſe fuiſſet.
Poſt illum quoniam Baldus ſe currere miſit,
Cui tanta furia dedit in culamine calcem,
Quod fracto miſerum collo tulit extra feneſtram;
Sic pariter sbirrum, pariter quoque perdidit enſem.
Alter (8) sbirchettus largum ſfrodando (9) fachinum,

Vin-

(1) *Smaritur*. Nihil tamen ille timet.
(2) *Acojat*. Capit. Etruſce *Coglie*.
(3) *Nec dum bene giontus*. Qui nondum pervenerat ad portam.
(4) *Retinenſque &c.* Ob timorem reſpirationem comprimens.
(5) *Soricum*. Murem.
(6) *Agraffat*. Per dolum rapit.
(7) *Nil deſconzando*. Nihil commotus, ſed ingentem animum praeſeferens.
(8) *Sbirchettus*. Diminutivum *Sbirri*. Parvus Satelles.
(9) *Fachinum*. Magnum Enſem.

Vindicare putans illum, (1) sbravezare comenzat,
Ad collum Baldi mandrittum laſſat abire.
Baldus at indretum ſaltans, celer inde ſubintrans,
Huic tali pugno dextram colpivit orecchiam,
Quod cecidere duo dentes ab utraque ganaſſa,
Et sbalorditus rupit ſibi marmore teſtam.
Propter id en ſubito bravoſa canaia levatur,
Vociferant omnes, day, day, quia denique venit
Ad viſchium cornacchia vetus, ſta brutte ribalde,
Sta quia preſon eris Praetoris denique noſtri.
Sic exclamantes illic calcantur adoſſum
Cum ſtanghis, truſis, baſtonibus, atque tracagnis.
Infelix Baldus nullum diſcernit aiutum,
Cingaris auxilium deſiderat, atque Fracaſſi,
Non habet in manibus ſolettam quippe bacchettam,
Et baſtonatas jam plures (2) tentat ab illis.
Attamen ad melius qua praevalet arte repugnat,
Terribileſque menat ſaltando per aera (3) goffos,
Sanguineamque bavam tumefacto ſpudat ab ore.
Jamque Nodarorum bancos (4) ſubverſerat omnes,
Fregerat & multis, calamaria (5) trando, cerebrum.
Tognazzus ſtrepitum jam pridem ſenſerat atrum:
Ecce fores camerae sbirris comitantibus intrat.
Protinus hic ſpadae sfodrantur mille nitentes,
Quae (6) ſiſiant circa Baldum, faciuntque (7) ſeraium,
Ille ſed extrorſum balzo ſe liberat uno.
Squarcinolam (8) nudans Tognazzus primus arivat;
Aſſaltat Baldum ſic fortiter ore gridando:
Sta ſaldus, ſta ſaldus, eris meus ecce ribalde.

Pre-

(1) *Sbravezare*. Minitari.
(2) *Tentat*. Experitur. Sentit ictus.
(3) *Goffos*. Pugnis pro armis utitur, quibus hoſtes repellit.
(4) *Subverſerat*. Subverterat.
(5) *Trando*. Projiciendo.
(6) *Siſiant*. Sibilum edunt.
(7) *Serajum*. Circulo includunt. *Serraglio*.
(8) *Squarcinolam*. Tognazzi gladium ſuperius hoc eodem nomine vocavit.

Preſon, & in Zeppo faciam tibi linquere teſtam.
Baldus id aſcoltat, vomit aſcoltando venenum,
Ac indignato rodit ſub pectore ſaxum.
Interea cuidam (1) Canevaro currit adoſſum,
Quem sbalorditum pugno vibrante ſtravaccat,
Deque ſuis manibus clavam ſcarpavit erectam,
Qua ſicuratum ſe cernens illico ſaltat;
Inque caput laeva cepit calcare capellum,
Trambaiumque (2) manu ferratum ſtringere dextra.
Illis de intornum cepit ſcazzare Tavanos,
Et baſtonatas Orbi menabat ad illos.
Paulatim ſe ſe quodam cantone retirat.
Ut facit a multis ſi quando granſiger Urſus
Invaſus canibus ſe ſe cantonat aguzzis
Stans ungis rectus, morſuque (3) ſpelizzat acuto,
Quem poſſunt raris diſcantonare ſiatis;
Tognazzus gridat: quidnam manigolde bravabis?
En habet hormajum te furchae lazzus acoltum.
Non tibi Fracaſſus, Falchettus, non tibi Cingar,
Altoriabuntur, (4) poenaſque pagabis adeſſum.
Sic ait, & menat toto cum robore (5) dagam,
Quod non ſcarpaſſet (6) pulicis de corpore vitam.
Hanc baſtone parat Baldus, tum replicat ille
Terque quaterque furens man drittos, manque roverſos;
Sed Baldus ſcrimam qui doctus in arte docebat,
Tum Tognazzus eum ſic anguſtare frequentat;
Laſſavit magnum ſolido baſtone roverſum,
Centumque in pezzis ſquarcinula trita volavit,
Propter quod vertit (7) ſcapolas Tognazzus; at ille
Spol-

(1) *Canevaro*. Vini Geruli ſerrato baculo innixi incedunt.
(2) *Trambaiumque*. Baculum.
(3) *Spelizzat*. Expilat, male adigit.
(4) *Altoriabuntur*. Auxiliabuntur.
(5) *Dagam*. Enſem.
(6) *Quod non ſcarpaſſet*. Tam infirmo ictu, ut culici necando non ſufficeret.
(7) *Scapolas*. Terga vertit.

Spolverizzare (1) facit gobbam piſtante tracagno,
Smergolat (2) ille gridans, heu heu! ſuccurrite preſtum,
Oy, mea teſta, meae ſpallae, mea ſchena, juvate.
Sed magis in colera Baldus ſine lege (3) ramazzat,
Et nihil attendit, niſi tambuſſare Tognazzum.
Ille fugit, longamque parat dum ſcendere ſcalam,
En miſer ad primum caſcat ſtramazzando ſcalinum,
Ac uſque in fundum rigolavit more Borellae,
Inque ſuo fregit majorem pectore coſtam.
Ne Baldus fugeret ſequitur (4) sbirraja repente,
Qui ſe convertens agitat ſtizzoſe tracagnum,
Rumpit ibi ſpallas, cervellos, brachia, gambas,
Haſtarumque facit truncos volitare per altum,
Tegmen Palazzi tich tach baſtone ſonante.
Per medium turbae ſaltat, menatque fracaſſum.
Grandior at ſupra jungens ſquadronus arivat
Fecit & intornum Baldo (5) ſtoppamine circhium.
Heu! quaenam (6) ſtracco jam regnat corpore doja,
Nullaque ſcampandi ſpes eſt, niſi forte volaret.
Attamen hac ſimili potius vult morte necari,
Quam ſupra teneras animam sboccare piumas.
Eſt proprium ladri (7) merito dare colla ſoghetto,
Eſtque Malandrini (8) quartos in quatuor eſſe;

Q Eſt

(1) *Spolverizzare*. E gibba baculo pulverem excutere.

(2) *Smergolat*. Sic exprimimus foemineos ejulatus.

(3) *Remazzat*. Ictus iterat. Sic Entellus Dareten inſectatur apud Virgilium Aeneid. 5.

Praecipitemque Daren ardens agit aequore toto
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra,
Nec mora, nec requies; quam multa grandine nimbi
Culminibus crepitant, ſic denſis ictibus heros
Creber utraque manu pulſat, verſatque Dareta.

(4) *Sbirraja*. Satellitum turba.

(5) *Stoppamine Circhium*. Circulum clauſum undequaque.

(6) *Stracco &c.* Quis dolor feſſum corpus occupat?

(7) *Eſt proprium ladri*. Qualis quiſque vivit, talis regulariter moritur. Diverſorum hominum diverſa fata ſatis lepide enumerat, ut concludat, illi, qui in armis vivit, inter arma mortem quoque contingere. Et primo qui furtis vacat, in laqueum impingit.

(8) *Eſtque Malandrini*. Viarum Graſſatoris corpora in fruſta coeduntur, & ad terrorem membra exponuntur, avibus eſca.

Digitized by Google

Eſt Barcaroli (1) tandem fore piſcibus eſca.
Eſt Mercadanti (2) ſtradae latrone necari,
Eſtque Tirannorum (3) laeti ſorbere venenum;
Eſtque moleſtantis (4) Geſiam miſerabile fatum;
Eſt inopis ſupra foenum tirare fiatum.
Eſt furfantorum ſcannari dente pedocchi,
Eſt Monachi ſolites moriendo dicere Pſalmos,
Eſt Monachae (5), quando moritur, maledire parentes.
Aſt eſt ſoldati numeroſa per arma necari.
Baldus erat lancis, dardis, ſtraliſque foratus,
Undique ſanguineum ſpargunt ſua vulnera fontem.
Sed quoties vibrat ſtangam, (6) diſquiſtilat unum,
Mortos atque ſuper mortos animoſe roverſat.
Sex horas zuffa Baldus certarat in iſta,
Cui magis ardito mentis conſtancia creſcit.
Confugiunt omnes pariter baſtone repulſi,
Atque canes centum poſt terga videntur habere.
Sed per ſventuram ſuper altae culmina teſtae
Percuſſit bravum tanto conamine zaffum,
Quod (7) ſmiccavit eum tenerinae more recottae,
Fecit et innumeras ſchidas retridando tracagnum.
Praeſtiter huic omnis populus ſe buttat adoſſum,
Praetor adeſt, pluresque viri de gente Senatus,
Inanimant zaffes jam vivum prendere Baldum.
Ille ſed in faciem pro ſtizza totus avampat,
Quem jam ſeminecem, nulloque juvamine fiſum

Qui-

(1) *Eſt Barcaroli*. Nautae in Mari moriuntur, piſcibus eſca.

(2) *Eſt Mercadanti*. Diviti Mercatori facile contingit a Graſſatoribus necari.

(3) *Eſque Tirannorum*. Tyrannis facile contingit veneno occumbere. Teſtis hiſtoria, quae Saeculis remotioribus poſt extinctam Romanam Remp. de quinque & viginti Romanis Imperatoribus narrat violenta morte ſublatis, et de octo, et decem in Tiberim violenter immerſis.

(4) *Eſque moleſtantis &c.* Qui hiſtoriam legit facile perſuaſum habet, Eccleſiae injuſtis Invaſoribus miſerabile fatum ſuper impendere.

(5) *Eſt Monachae*. Non omnium, ſed illarum, quarum Parentes a Tridentino Anathemati ſubiiciuntur.

(6) *Diſquiſtilat* Quemadmodum in clibano ſtillantur.

(7) *Smiccavit*. Contudit.

Quidam (1) ſuppoſito lazzo poſt terga piavit.
Illico plus centum portantur allora catenae,
Cum quibus a teſta calcagnos, uſque ligatur.
Ah infelix Baldus, nimium confiſus in ipſis
Forcibus! oh quanto melius ſi Cingaris aurem
Preſtaſſes monitis, fidi verbiſque Fracaſſi!
Nunc miſer in terra ſtas inter mille catenas,
More pecorſellae (2), quando ſibi lana toſatur.
Mantua (3), crede mihi, tunc (4) groſſolana fuiſti,
Munera neſciſti, tibi quae coeleſte (5) rotamen
Fluxerat, ut poſſes urbs altera Roma vocari.
Te ſteſſam laedis, te ſteſſam Mantua damnas,
Tuque tibi ſteſſae grandis jactura fuiſti.
Tu ne decus Mundi Baldum fers carcere trudi?
At veniet tempus, veniet tibi dico (6) daverum,
Quo (7) generoſa Domus, ſublimis, dedita Juri,
Dedita Palladiae virtuti, dedita Marti,
Notaque Caeſareis longe Gonzaga Theatris;
Juſtitiae cultrix, populis gratiſſima, Lauro
Cincta caput, victrix ornans pia Fana trophaeis.
Neſcio quam groſſam de (8) te ſcazzare canajam.
Conveniet, facietque tuas exire maſones.
Altras imponet leges, altroſve ſtatutos,
Inque tuo gremio (9) renovabitur altera proles.
Proles Gonziachis ultro ſubjecta Signoris,

(1) *Quidam &c.* Ex inſidiis laqueum pedibus injiciendo.

(2) *More pecorſellae*. Tanquam ovicula.

(3) *Mantua &c.* Si Baldum Mantua in carcerem conjecit, digniſſimum hominem, & carcere, & trireme, & laqueo ſatis Poëta noſter deſcripſit. Verum tamen eſt, eos ut plurimum invidia comprimi, qui aliis praeeſſe, & ſuper alios extolli mererentur.

(4) *Groſſolana*. Rudis.

(5) *Rotamen*. Coeleſtis Sphaerae motus.

(6) *Daverum*: Vere praedico tibi.

(7) *Quo generoſa domus*. Gonzagiacae Gentis laudes ſuſcipit celebrandas.

(8) *Neſcio quam groſſam*. Alludit ad mortem Paſſarini Bonacolſae annó 1328 a Gonzagarum fautoribus occiſi, ſub cujus Tyrannide plures Cives Patriam relinquere cogebantur.

(9) *Inque tuo gremio &c.* Tyranno extincto, univerſi Populi conſenſu Aloyſio Gonzagae Guidonis Filio ſe Civitas ſponte regendam dedit.

Digitized by Google

Proles gentilis, ſapiens, unita ſub uno
Principe (1) Fedrico, qui Lanza gajarda vocatur,
Qui ſenſu, forzaque facit tremolare Terenum,
Millibus in guerris qui mille merebit honores.
Ingenio laevam ſibi ſortem deſtruet omnem,
Viribus armorum geſtabit in arte triumphos.
Lilia, Sphaera, Leo, Jovis ales nigra favebunt.
Nulla fides unquam poterit ſuccreſcere major,
Quam, (2) Federice, parens ea quam tibi clara dicabit,
Teque, fidemque ſimul pariens Iſabella, merebit
Inter (3) mortales Mater divina vocari.
Cujus virtutem Pallas infundet avitam,
Cujus fulgorem candor ſpirabit Eous,
Cujus honeſtatem ſervabit Cinthia virgo.
Nulla (4) eſt in membris, vel tanta in corpore virtus,
Quanta erit in divo Fedrico Martis ad artem.
Hic doctus ſolidam ſuper omnia rumpere lanzam,
Doctus & ad ſtoccum, mazzamque menare tricoſſam,
Doctus equos manegiare leves, groſſoſque cavallos,
Doctus ad impreſam rapidarum Bombardarum.
Stalla (5) cavallorum ſua ſtallas vicerit omnes,
Inter quos aliquis veniet tam grandis, et altus,
Quod ſi quis cozzonus eum montare domandum

Con-

(1) *Principe Fedrico &c.* Loquitur de Friderico Gonzaga primo Mantuae Duce, qui circa idem tempus natus eſt, in quo natus eſt Poëta noſter. Qui anno 1521. Eccleſiae Dux a Leone X. conſtitutus, Parmam cepit, deinde Mediolanum; & Galliarum Regi exiguis copiis apud Ticinum reſtitit, & plures victorias obtinuit.

(2) *Quam Federice &c.* Mater Friderici Gonzagae fuit Iſabella Eſtenſis Herculis Ferrariae Ducis filia, iis vere virtutibus ornata, quas hic Poëta deſcribit.

(3) *Inter mortales.* Poëtice dictum, quemadmodum Poëtice dictum, Iſabellam una cum Friderico fidem peperiſſe.

(4) *Nulla eſt in membris.* Virtutibus bellicis certe eminuit, propter quas a Carolo V. Mantuam tranſeunte, nomen, & inſignia Ducis primus obtinuit.

(5) *Stalla Cavallorum.* Equos Gonzagiacos jure laudat, quos inter plures nati ſunt tantae pulchritudinis, ut ſolido argento eorum pondus voluerit aequari, & ſolvi pro pretio. Huiuſce pretii equum dono habuit a Franciſco Gonzaga Friderici Parente Ludovicus XII. Galliae Rex, qui alium ſimilem Magno Turcarum Domino dono miſit.

Convenietur (habens nullum tamen ipſe ſcanellum)
Accipiet ſcalam nequiens adjungere ſtaffam.
Hunc tamen Orlando ſimilis Federicus equonem,
Finibus ex armis banda veſtitus ab omni,
De terra ſaltu velut aura levabitur uno,
Seque ſuper Sellam, ſtaffam reprobando, ligabit.
Barbareſcarum prolem taceamus Equarum:
Padua, Roma ſciet, Florentia, Mantua, Parma,
Diverſaeque Urbes bravij quae praemia donant,
Razza cavallorum quantum ſit bella tuorum.
Mantua praeclaros pariet tunc noſtra Barones,
Altros Auguſtos armis, ſenſuque Catones.
Non ſibi livor erit, quod Roma coruſcet in armis,
Quodve (1) Colomneſo tumeat fulcita vigore,
Quod (2) feriat coelum vaſtae rugitibus Urſae.
Mantua non iſtis emittet forte minores.
Donabit celebres Urbs Bergamaſca Suardos,
Tu quoque ſemper eris Domino Malateſta fidelis:
Vivite Puſterlae, Capriani vivite, Strozzi,
Vivite Paveſi, Caſtiones, vivite Gorni,
Vivite Mergones, Aliprandi, vivite Preti,
Vivite Rozzones, Rivabeni, vivite Graſſi,
Vivite Bonnatti, Beneduſi, vivite Rammi.
Vivite Fontanulae, Codelupi, vivite Groſſi,
Vivite Cortonae, Lacioſi, vivite Cappi,
Vivite Boldrini, Conegrani, vivite Striggi,
Vivite Amorotti, Nuvolones, vivite Gatti,
Vivite Coppini, Corati, vivite Gazi,
Vivite Tercetti, Luzzarae, vivite Ghiſi,
Vivite Maluſi, Columbae, vivite Bozi,
Vivat et Hippolytus, nigra ſtirps, vetus inde Folenga,

De-

(1) *Quod Colomneſo*. Columnenſium domus Romae inſignis.

(2) *Quod feriat &c.* Domus Urſinorum. Duabus hiſce Familiis, Mantua non invidet; habet enim aeque praeclaras, eaſque hic enumerat.

Denique Daneſi vivant, clarique Ruberti.
Vivat (1) quaeque Domus, quam neſcio tradere menti;
Magna ſuo veniat Merlino parva Cipada,

At-

(1) ***Vivat quaeque domus.*** Plures certe omiſit, quarum illurum temporum hiſtoria meminit. De Mantuanis Familiis loquens Scipio Agnellus, haec habet Ann. di Man. l. 9. c. 3 *Le Famiglie illuſtri di Mantova ſono queſte. Prima i Poltroni, che ſcacciarono i Caloroſi, dopo gli Arlotti, i Caſaloldi, i Groſſolani, gli Agnelli, e più di tutti potentiſſimi i Bonacolſi.* Adducit teſtimonium Francifci Campani, et Urbani in libro, qui agit de rebus Italiae notabilibus. Deinde iiſdem teſtibus, et ſub eodem Saeculo, nempe decimo tertio, meminit Advocatos, Valentos, Capilupos, Paſſerinos, Boſchettos, Arrivabenos, Putellos, Tridapalos, Toſabezzios, Ezelinos, Salvaticos, Guazzos, Antimacos, Andriaſios, Cagninos, Caraceios, Nogarolos. Deinde teſte Janello addit Rivas, Cremas, Cremaſcos, Caprianos, Saviolios, Folengos, Stanzialtos, Gaffaros, Gazos, Acerbos, Nuvolonos, Nigros, Conegranos, Boccamajores. Eodem lib. c. 4. inter ſtrenuos Pugnatores eum Sordello contra Tirannum Ezelinum pro Patriae libertate, enumerat nonnullos ex hiſce, alios ſuperaddens, et teſtem adducit Merlinum noſtrum hiſce carminibus:


Non abſunt contra Baldum bis quinque Famijae,
Quae cum Sordello Martem exercere ſolebant,
Agnelli, Abbates, Capriani, gensque Folenga,
Gorni, & Aliprandi, Toſabezzi, deinde Copini,
Atque Conegrani, & Capi, genus iſlud ab ovo
Nobile, Mantuanam prodezzis ſuſtulit Urbem.

Quae carmina, quum in nullo Exemplarium apud me exiſtentium, leguntur, illud liquet, quod dictum a nobis fuit in Praeſatione; totidem ferme fuiſſe Merlini Corruptores, quot Editores. Et Saeculo decimo quinto ineunte praeclariſſimae plures Familiae ex aliis Urbibus Mantuam confluxerunt ſub Joanne Franciſco Gonzaga celeberrimo Heroe; quas inter Soardi Bergomo proceſſerunt; Nerli, et Strozzi Florentia; Anguiſcioli Placentia; Maffei Verona; Pedochi Mirandula; Guerrieri Firmo, Arrigoni, Cattanei, Cereſarae, Fantini, Puſterlae, Mediolano; Tirelli, & Luzzarae Parma; Guarini Roma; Paveſi Papia; Palazzi Crema; Galvagni Bergomo; Grignani Salodio; Beccaguti Brixia; Vogliae Piſa; Recordati, et Ghiſi Parma; Valenti Raguſio; Pedemonti Verona; Mondini ex Germania; Lanzoni Patavio; Coppini Reggio; Albriſi Florentia, Fodri Crema; Striggi ex Hiſtria; Cantelmi ex Brutio; Uberti, et Boſchetti Mutina; Capi Capua; Maſtini Urbino; Cattabeni ex Bavaria; Gorni Coſentia Gabionedi Cremona; Scarampi ex Pedemonte; Facini Brixia; Mainoldi Cremona; Guidi e Balneo ex Aemilia, et plures alii aliunde, qui nobiles, et potentes habebantur alibi. Aliis temporibus additos refert hiſtoria Arcos, Alberighos, Aldegatros, Amorottos, Amigonos, Averaros, Aragonas, Avanzinos, Achillios, Bernios, Burſattos, Bardellonios, Borſieros, Bonvicinos, Bonardos, Boccamajores, Caſtaliones, Calzonos, Delfinos, Doniſmondos, Fieros, Fachinos, Fachettos, Gazinos, Guerrinos, Hippolitos, Lanzinos, Panizzas, Raſſas, Scaldamazzas, Vallics, Zibramontes, et plures alias, quas videre eſt ad calcem cujuſdam libelli inſcripti: *L' Edificazione di Mantova, e l' Origine dell' antichiſſima Famiglia de' Principi Gonzaghi, e d' altre nobiliſſime Famiglie di detta Città*, Auctore Raphaello Tuſco ed. Mantuae an. 1587., quarum eodem currente Saeculo, quo vixit Folengus, mentionem in hiſtoriis invenies, easque inter Mantuanas Familias recenſeri. Quod placuit referre, ut Urbem noſtram ſemper nobilitate floruiſſe appareat, et animadvertat Lector, ex tot preclariſſimis Familiis, quot interierint, ita ut aliis ſuccedentibus, Sextam vix partem nunc ſupereſſe inveniat.

Digitized by Google

Atque Cocajorum ſurgat Caſa baſſa meorum.
Baſſa quidem cuppis; ſed rebus maxima geſtis.
Apparent noſtrae ſignalia vecchia Famejae,
Scilicet in chartis, in muris, inque ſepulchris.
Targa Folengazzi centum sbuſata feritis
Pendet adhuc muro, nec non de banca baleſter,
Quem (1) Nicolaus ei Picininus munere miſit,
Cum Curtatonis ſub moenibus ipſe gajardus
Solus aterravit Gattam per forza Melatam:
Me quoque, nec dubito, portabit fama per orbem:
Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo,
Dante ſuo florens Urbs Tuſca, Cipada Cocajo.
Dicor ego ſuperans alios levitate Poëtas,
Ut Maro medeſimos ſuperat gravitate Poëtas.
Sed de propoſito paulatim Goſa trabuccat.
Dumque facit panem retrovat feciſſe fugazzam:
Ergo repoſandum terzo baſtante, Valete.

(1) *Quem Nicolaus &c.* De Nicolao Picinino, & de Gatta Melata, fuſe narrant hiſtoriae, contra ſe invicem pugnaſſe, et aliquando hunc illi ceſſiſſe ex hiſtoria habemus. Fuiſſe autem a Folengo quodam Picinini partes adjutas, et praelium illud apud Curtatonem, hoc eſt prope Mantuam contigiſſe, hic ex Auctore noſtro edocemur.



ARGUMENTUM

IN QUARTAM MACARONICEN.

BAldum Sbirrajae poſt diri verba Gajoſſi,
Carcere ferratum crura, manuſque ſerant.
Cingaris admonitu Falchettus, idemque Fracaſſus
Turcos, Moſchino concomitante, petunt.
Urbi Zambellus trahitur guidante Tognazzo,
Urbanas nunquam viderat ille caſas.
Ante Poteſtatem parlat, ſententia fertur
Per quam ſit robbae Dominus ipſe ſuae.
Berta Uxor Baldi vult baſtonare ſorellam;
Rixaque Germanas naſcitur intra duas.
Cingar ut ingannet Tognazzum, battere fingit
Bertam, ſed prohibet barba Tognazzus eum.
Illos immo vocat fatuos qui cum muliere
Contendunt, multis eſt quia cauſa malis.



MER-

Digitized by Google



MERLINI COCAII

POETAE MANTUANI.

MACARONICE QUARTA.

URbs (1) ſottoſora diu fuerat converſa per illum
Rumorem, populuſque ruens ignara Canaja,
Neſcit enim cauſam, raptimque caminat in armis.
Ante Poteſtatem Baldum traxere ligatum
Zaffi (2) bravantes illum brancaſſe gajardum.
Eſt mos Zafforum non aſſaltare (3) piam quem,
Ni videant illum quod ſit rudis, unus inermis.
Namque guainato ſi quis ſe affrontat, ut enſe

R Con-

(1) *Sottoſora*. Subverſa diu fuit.
(2) *Bravantes*. Exultantes.
(3) *Piam quem*. Quempiam. Vilium Satellitum conſuetudo.

Digitized by Google

Continuo ſcapolando (1) viam, carneria (2) portant,
Ut faciunt triſtes viſo (3) Falcone pojanae.
Grandes poltroni ſunt nempe, probavimus illos.
Si quis pauper homo vadit de nocte per urbem,
Ac ferat exiguum (velut eſt uſanza) luſorem;
Quid faciunt illi ladri, porcinaque turba?
Emittunt unum, qui vadat (4) ſpignere lumen,
Deque manu poveri tollat per forza lucernam.
Quo facto zentaja ruit, gens plena pedocchiis,
Circumdant hominem picchis, ſpadiſque (5) ſinarmem,
Millibus inde ligant (6) ſoghis, forcamque minazzant;
Verum ſi gravidam nummis vult tradere Burſam,
In pacem vadat, promittens dicere nulla.
Aſt e converſo facit (7) haec deſtructio panis,
Quando nocturnis horis animoſa juventus
It ſecreta ſuas ad maitinare moroſas.
Quum procul aſcoltat chitarini tangere cordas,
Et fricton fricton vocis modulamine ſentit.
Aut corſalettos lunae ſub lampade noctem
Illuſtrare videt, levibus fugit illico plantis,
Saepe retro guardans, an poſt ſe forte venirent.
Ergo videns Praetor ſbirrajam ducere Baldum,
Sic parlando gridat: (8) male ſis giottone venutus,
Cum quantis cordis Navis (9) Zenoeſa tiratur,
Baſtarent appena tuum cohibere furorem.
Credo quidem centos habeas in corde diablos.
Me facis in ſoghis (10) marchettos ſpendere multos.

Te

(1) *Scapolando*. Fugiendo.
(2) *Viam carneria portant*. Culeos auferunt. *Portano via i Sacchi*. Modus dicendi apud plebeculam uſitatus.
(3) *Falcone Pojanae*. Viſo falcone accipiter fugit.
(4) *Spignere*. Extinguere.
(5) *Sinarmem*. Inermem. Sine armis.
(6) *Soghis*. Funibus.
(7) *Haec deſtructio panis*. Homines nati ad deſtruendum panem.
(8) *Male ſis giottone &c.* Siniſtri hominis augurium, *all il mal venuto*.
(9) *Zenoeſa*. Januenſis.
(10) *Marchettos*. Nummus notiſſimus duorum obolorum valorem aequans.

Te dum (1) tot voltas volui piccare ladrazzum,
At nunc tempus adeſt, quo debes (2) ſolvere ſcottum,
Teque ſuper ſorcas jus eſt diſtendere collum,
Et quando calcans humeros te boja crolabit,
Cum ſtralunatis oculis tot ſidera cernes,
Quot non aſtrologus Ptolomeus in aethere vidit.
Non dare dignatur reſponſa Baldus ad illum,
Rodit et interius ſdegnoſo corde catenam.
Jugiter emanant tepidum ſua vulnera guazzum,
Et nemo poltronus ibi pietate movetur,
Qui liget exhauſtum jam ſanguine corpus, et unum
Poſtulet almancum, veniat medicare, (3) ciroicum.
Interea magno venit rumore Tognazzus,
Nudus erat teſtam, caſcarat namque Bretonus,
Saepe manu frigat ſchenam baſtone gratatam.
Smergolat, atque altum ſchiappat clamore ſolarum;
Supplicat ut preſtum preſtum vindicta fiatur.
Omnes aſtantes (4) riſu ſchioppare videntur,
Dum ſic mirantur, ſe deſperare Tognazzum,
Qui faciem ſugat pendenti ſaepe camiſa,
Atque ſuas muro ſpallas frigat, inſtar Aſelli.
Non tamen ad Baldum trepidans vult ire propinquus,
Namque timet, ne ſic vinctus ſibi currat adoſſum.
Denique cum multa reſidens gravitate Gajoſſus
Imperat adſtanti praeſtare ſilentia genti,
Talia mox ſic ſic ſolio fuit orſus ab alto:
Vos qui juſtitiam Mantöae redditis urbi,
Jam pridem noſtis ſint qualia crimina Baldi.
Non patitur mores hominis natura profani.
Ergo ſuum curent omnes depromere ſenſum,
Qualis danda ſuper Baldum ſententia nunc ſit.

R 2 Con-

(1) *Tot voltas*. Toties.
(2) *Solvere ſcottum*. Poenas luere. *Pagar il fio*.
(3) *Ciroicum*. Chirurgum.
(4) *Riſu ſchioppare*. Riſus effundere. Riſu diſrumpi.

Conſremuere omnes alta cum voce gridantes:
Jus mandat, quod ſic Baldus per colla pichetur,
Atque (1) colonnellam vinctus balconis ad unam
Per collum praeſtet reliquis exempla ribaldis;
Nam cunctas morbat contradas, atque paëſos.
Tunc Baldus frendens oculos voltavit in illos
Dicens: juſtitiae ſunt haec pia vota? Poteſtas
Sic agit? in miſeris haec eſt miſeratio? ſic lex
Quae datur a Chriſto, praecepit? non pudor ullus
Vos capit, exercere dolos, qui jura tenetis?
Quid faciant populi, ſi curat fraude Senatus?
Sic mihi militiae capiti datur ampla facultas?
Quod ſcelus, o triſtes, in me nunc eſſe probatis?
Quaenam patibuli poenam mea culpa perurget?
Abſque (2) tabernario ratio diſponitur ergo?
At vos ladrones meritatis mille fiatas
Paſtum cornacchis fieri ſtringente ſoghetto;
Qui poveros homines facitis ſtentare, nec ulla
Vos vergogna piat nobis imponere leges,
Voſque togis tecti ſcelerum cumulatis acervos.
Praetor ait furibunde: tace latro. Baldus at inquit:
Non ſequor errorem communem vera tacendo.
Numquid ego taceam, quod honeſtum laedere vultis;
Et vos luxuriam veſtram cohibere negatis?
Vivitis ex voto ſeu fando, ſive nefando,
Id video, tractoque manu, dic ergo ſilendum?
Praetor item clamat, taceas; Baldus magis inquit:
Diſpereat quiſquis tacitas imitatur (3) Amyclas.
Tunc iratus ait Praetor: tu ancora ſuperbis?

Eja,

(1) *Colonnellam*. Parvam columnam.
(2) *Abſque tabernario*. Quod vulgo dicimus *fare i conti ſenza l' Oſte*. Sine Caupone Prandium aeſtimare.
(3) *Amyclas*. Obſcurum verbum, quia condita eruditio, quae ſub eo tegitur. *Amycla* Urbs Italiae in Auruncorum Regione, quae hodie dicitur *Terra di Lavoro*. Propter Incolarum dementiam Urbs inhoſpita, & deſerta remanſit. Pithagori-

Eja, quid (1) induſio? ſichetur ſub pede Turris:
Ipſe videns forcam non ultra forte bravabit.
Tunc oculis baſſis miſer inde tiratur ab illis
Furfantis, ſcuraque nimis preſone ligatur,
Sub qua pro ſpatio ſtat flexus membra puſillo.
Carceris haud equidem forma eſt, at forma ſepulcri;
Terribiles naſcuntur ibi pro humore colubres,
Qui ſibi letali corrumpunt fercula morſu.
Oppreſſus nimio vix auras pondere ferri
Vitales revocat, nec habent ſua membra quietem.
Has igitur cepit lacrimoſa voce querelas:
O ſocii, quondam ſolamen, vita, voluptas,
Praeſidiumque meum, qui me tam ſemper amaſtis,
En veſter Baldus tenebroſo clauditur antro,
En veſter Baldus miſeranda morte recedit;
Stringitur in faſces ferri, ceu parvulus infans,
Qui nuper toto fuerat celeberrimus orbe.
Vos mihi tam caros diſpero videre ſodales.
Inter peſtiferos vivo miſerabilis angues.
Nec mihi poſſe mori tandem datur ulla facultas.
Invitus vivo, talis mihi vita per horam
Fert centum mortes, mors una extingueret omnes.
O me felicem, quod coelo dante priuſquam
Naturae cedam vos ſaltem cernere poſſem.
Poſt mihi dulce mori, poſt me Phlegetontis ad umbras
Pluto trahat, ſtygiamque juvet luſtrare paludem.
Quid Fracaſſe facis ſine me? quid ſpendide Cingar?

Quid

ricae diſciplinae ſuperſtitioſe addicti, a Serpentibus necari, quam illos necare malebant. Dicuntur praeterea ab hoſtibus ſic per dolum deleti. Fictis praeliis ab hoſtibus petiti, illiſque feliciter repulſis legem tulerunt ut ne quis ſub poena capitis de hoſtium irruptionibus loqueretur. Hac lege freti hoſtes in ipſos vim fecerunt, unde proverbium fuit: *Amyclas perdidit ſilentium*. Pl. l. 3. c. 5. Virg. l. 10. Aeneid. v. 564.

.... ditiſſimus agri
Qui fuit Auſonidum, & tacitis regnavit Amyclis.

(1) *Induſio*? Quid moror?

Quid Pulicanea Falchette propagine nate?
Flete precor, nam ſlere decet mea fata ſodales.
Veſtrum amiſiſtis lumen, veſtrumque decorem,
Dux ego veſter eram, Pax, gloria, ſplendor, honorque
Aſt ubi dividimur, quid ni maledicere coelo
Reſtat, et ah nimio parcas Deus alme dolori!
Talia moerenti jactabat pectore Baldus,
Complebatque putrem lachrimarum fonte cavernam.
Interea magnum conſejum Praetor adunat,
Quidnam de Baldo faciant, et gente Cipadae.
Ergo Tognazzo Zambellum tollere mandant.
Induſia (1) nulla Tognazzus quippe tenetur;
Deſcendit ſcalam paſſus in quinque Palazzi,
Quamvis nunc ruptam acquiſtaſſet pectore coſtam.
Vadit ubi agricolae Zambellus (2) ſtentat in arte,
Qui (3) vangabat adhuc jejuno ventre terenum.
Spantegatus (4) erat jam (5) canto rumor in omni,
Qualiter et Baldum ficcaſſent in pede turris,
Qualiter et populus totum ſe fecit ad arma.
Arrabiatus erat Fracaſſus, et ibat ad urbem,
Namque cavare foras Baldum de carcere credit,
Hinc totam urbem jurat fracaſſare tracagno.
Providus at Cingar blando ſermone precatur
Dicens: ne vadas, ne vadas quaeſo, Fracaſſe,
Nam dubito, facies (6) aliquam ſi forte moveſtam,
In preſone caput Baldo mihi crede levarent,
Et ſic cauſa ſuae mortis male providus eſſes.
Fac mage quaeſo meum conſejum, recta docebo:
Sume duos tecum ſocios de gente Cipadae,
Quos tu ſaepe probas inimicos eſſe paurae,

Ver-

(1) *Induſia nulla* Nulla facta mora.
(2) *Stentat*, Laborat.
(3) *Vangabat*. Bipalio fodiebat.
(4) *Spantegatus*. Diffuſus.
(5) *Canto rumor in omni*. In omnem partem.
(6) *Aliquam ſi forte moveſtam*. Si quid ſuſcipies.

Verſus Turchiam pariter brancate viaggium,
Tenta ſi poſſes illam convertere gentem,
Ad Chriſti non dico fidem, Sanctaeque Mariae;
Sed tecum veniant iſtam deſtrugere terram.
Interim ego multis cum fraudibus, atque magagnis
Hoc ſupra pectus Baldum preſone cavabo.
I, precor, atque velis Falchettum ducere carum.
Hunc tibi commendo, quoniam mihi gratior extat
Omnibus, ac illum porto ſub pectore fixum,
Inde tuum poteris Moſchinum ducere tecum,
Praticus eſt quoniam dudum jam nauta profundi,
Surſcopulos, ſyrtes, ſyllam, bibulamque carybdim.
Ahime! Fracaſſus ait, patiar te linquere Balde?
Sic ait, et verſus Turchiam denique vadit,
Mantuamque urbem penitus diſperdere jurat.
Solus reſtavit pro Baldi Cingar amore,
Namque ſuae uxori ſuccurrit, et adjuvat illam.
Jam cum Zambello Tognazzus pergit ad urbem,
Confortans, habeat nullam de fratre pauram,
Quem (1) ſquartare ſuis ungis omnino volebat.
Hunc, andando, modum parlandi ſaepe docebat,
Quales inchincs faciat, quales reverentias,
Quando ſuam dicet coram Praetore facendam.
Praeterea (2) naſum teneat parlando mocatum.
Zambellus numquam ſtrepitoſas viderat urbes,
Quapropter totum paret ſibi cernere mundum.
Saepe animo perſus voluit remeare, ſed illum
Confortando tirat per forzam barba Tognazzus.
Ad (3) portam ſancti venerunt denique Zorzi.
Quinque (4) levatores opus eſt tranſcendere pontes.

Zam-

(1) *Quem ſquartare ſuis ungis.* Unguibus diſcerpere.

(2) *Praeterea &c.* Dum loquitur habeat emunctum narem.

(3) *Ad portam &c.* Quam dicimus portam Divi Georgii, ea ad Cipadam ducit.

(4) *Quinque &c.* Totidem etiam nunc temporis Pontes exiſtunt, qui ſi attollantur, ad Civitatem aditum intercludunt.

Zambellus paſſat multa non ſenza fadiga:
Namque procul cernens tantos fumare caminos,
Aſcoltanſque ſimul de campanilibus altis
Campanas reſonare omnes, dum nubila tronant;
(Tronabant etenim, coelum imbrattante Sirocco)
Se tirat (1) indretum, dubius ſi Mundus abaſſum
Tunc veniat, tanto circum ſtrepitante boatu.
At (2) ſtraſcinat eum Tognazzus more Vedelli,
Quando (3) becariam non ille intrare talentat.
Jam venit in piazzam, lignoque (4) ſcapuzzat in uno,
Datque (5) ſtramazzonem, chioccatque culamine terram.
Hunc (6) mirare velut mattum populazzus atrigat.
Cui Tognazzus ait, cur tardas ire davantum?
Ut video ad Modenam urſum (7) menare biſognat.
Nil parlat Zambellus, habens penſiria Zucchae,
Non gattiata minus, quam righas Carta vogandi.
Surgens ille tamen ſguerzis cum paſſibus ibat,
Atque caminabat, veluti res matta per Urbem.
Sed ſtupet ecce caſas tantas inſemma dunatas,
Tot quoque contradas, tot portas, totque feneſtras,
Totque canes, homines, tot mulas, totque cavallos,
Dumque ſuſum guardat, nunc urtat, nuncque (8) trabuccat,
Urtat in iſcontros hominum, per ſaxa trabuccat;
Saepeque currentem (9) trigat mirare cavallum,
Currenteſque canes poſt illum rodere caudam.
Parlat Tognazzus: quid ſic Zambelle ſtupeſcis?

Vi-

(1) *Indretum*. Voluit iter retexere.
(2) *At ſtraſcinat*. Per vim trahit.
(3) *Becariam*. Macellum.
(4) *Scapuzzat*. Offendit.
(5) *Datque ſtramazzonem*. Cum impetu in terram cadit.
(6) *Atrigat*. Turba tamquam ſtultum ad illum reſpiciens colligitur.
(7) *Ad Modenam &c.* Proverbium Mantuanis familiare. De eo qui rem implicatam ſuſcepit, dicitur: *ha pigliato l' Orſo da menare a Modena*. Quod item apud bonos Auctores reperitur. Checch nel Servig. 10. 2. *Io ho tolto a menar l' Orſo a Modena*. Et Fir. diſc. lem. 321.
(8) *Trabuccat*. Cadit.
(9) *Trigat*. Subſiſtit.

Vidiſtin ſimiles uſquam, tantaſque (1) cotalas?
Ille, velut media campagna ſtaret, ad ipſum
Officium zappae, reſpondet voce gajarda:
Potta mea (2) matris, quam granda eſt iſta facenda!
Deh! Tognazze, precor, me laſſa videre (3) gnecoſam.
Tam bellas tezas, tam bellos ipſe caſottos
Non vidi, poſtquam me matris panza cagavit.
Oh quantum foenum, ſtopiamque fenilibus iſtis
Gens logare poteſt pro graſſas paſcere Vaccas!
Quare plus toſtum non me, Tognazze, menaſti?
Talia dum sbrajat, Matronas ecce politas,
Non proprio bellas ſplendore, ſed arte beletti,
Suſpicit in ſummis ſtantes guardare feneſtris.
Hae cito ſentita Zambelli voce cridantis,
Se ſe ſcoprierant, velut eſt uſanza Donarum,
More galanarum teſtis buttare deforam:
Et quoquo ſtrepitu ſe ſe affazzare feneſtris.
Has mirare trigat Zambellus: poſtea ditum
Porrigit in ſuſum, pariter quoque ſmergolat: oh, oh!
Angonaja! vides illas Tognazze ſomennas?
Cui tacite Tognazzus: habes num cancar adoſſum?
Quid, Maruffe, cridas: ſic dicens, preſtiter illi
Donat panzonem coſtis, ſubterque fiancum.
Urlat at ille magis: ditum magis alzat: et, i, oh!
Replicat: has bellas cernis, Tognazze, Signoras?
Cur tam sberlucent? ſtellis incago daverum.
Si noſtras guardo ſomnas, tot guardo padellas.
Tunc cito diſperans hinc vecchius deſviat illum
In contradam aliam, ſic baſſa voce loquendo:
Claude hanc boccazzam, niſi vis baſtone tocari.
Numquid, matte, putas mediis in boſchibus eſſe?

S Di-

(1) *Cotalas*. Res, quae Ruſtico portenta videbantur.

(2) *Potta meae Matris*. Ruſtica exclamatio.

(3) *Gnecoſam*. Omnia. Ruſticus dicendi modus uſitatiſſimus. *Ogni coſa*.

Dixerat, atque illum ſuper alta palatia menat;
Ante (1) Poteſtatem tandem Zambellus arivat:
Quo viſto a longe cepit ridere brigata:
Nam (2) ſtraviatus erat: nam tota mente balordus;
Coctus ſole, niger, ſquarzatus, veſte biſunctus,
Moſtrabatque ſuper focnum dormiſſe milannos.
Cui veluti ſpergol (3) rizzis caviara capillis,
Feſtuchiſque riget ſtrami, buſchiſque pajari.
Pectinus hanc numquam raſpat, ſed (4) ſtriggia bovorum:
Semper (5) habens tegnam, longaſque in crinibus ungias,
Namque moleſtatur (6) ſchiavonibus ille pedocchiis.
Portat (7) zachettum fruſti, fractique (8) biſetti,
Quem dubitas; utrum ſit drittus, ſive roverſus,
Fertque canevazzi cuitam, ſtrictamque camiſam,
Quam ſine ſavono bis tantum (9) ſmojat in anno.
Omnem mattinam ſe foſſo vodat in uno,
(Intende o lector) nam turpe eſt dicere, cagat.
O codeſella! (10) inquit: quo me, mi Barba, tiraſti?
Non iſto plus ſtare volo, Tognazze, fenilo:
Hinc me torna caſam, quia me ſcagaita moleſtat.
Quid sbrajas? Tognazzus ait: Quin cernis adeſſe
Meſſerum? vadas, horſu, marzocche pluſoltra,
Vallà, quid induſias? Cui dico? Vallà diavol.
Tocca manum domino: fac chinum: piga ginocchium,
Dicve: bonàſera vobis, Meſſere Poteſtas.
Vult ita Zambellus: verum mal praticus aulae

Cor-

(1) *Ante Poteſtatem*. Ruſtici rudis ſe primo producentis graphica deſcriptio.

(2) *Straviatus*. Mente attonita ſtupens.

(3) *Rizzis*. Criſpis crinibus, veluti aſperſorium e ligni criſpulis ramentis. *Caviara* alias explicatum.

(4) *Striggia*. Strigilis. *Stregbia*, ferreum pecten ad equos, ſive boves comendos.

(5) *Semper habens &c.* Continuo caput ſcalpit.

(6) *Schiavonibus*. Grandiuſculis pediculis.

(7) *Portat Zachettum*. Veſticulam vitae aptatam, a *Giaco*.

(8) *Biſetti*. A voce *Biglo*. Sumitur autem pro rudi, & aſpero indumento.

(9) *Smojat*. In aquam abluit ſine ſapone.

(10) *O Codeſella &c.* Rudis ſe putantis illuſum, digna alloquutio.

Corteſanus erat (1), cum porcis ſemper uſatus.
Accidit ut ſtaret ſuprema in fronte Palazzi
Scragna Poteſtatis, (2) veteres dixere cadregam,
In qua non ſedeas, niſi montes octo ſcalinos.
Huc it Zambellus: guardat, guardanſque ficatas
Dum tenet in faciem Praetoris ſemper ochiadas,
Non alzare pedes memorat, ſed fortiter urtat,
Inque gradu primo ſcapuzzat, et ecce roverſus
Caſcat, et in ſchena talem piat ille cadutam,
Ut pede diſchiodet tavolam, culoque fracaſſet.
Oh puta, ſi centum ſchiopparunt pectora riſu!
Si populus ſtrepitans incepit battere palmas;
Se levat in coleram, truncumve Tognazzus aferrat,
Quo cum Zambelli (3) ſpallas ſpianare volebat,
Atque ſuper dorſum (4) Galenum ponere boſchi.
Tunc ait: an ſic, ſic docui te? ſiccine formam,
Materiamque dedi parlandi? Brutte caveſter,
Tam cito ſcordaſti quidquid ſtamatina docebam?
Nonne maeſtravi te groſſum, quomodo bellos
Inchines facias domino, teneaſque mocatum
Hunc naſum? Dicaſque illi, (5) bona vita patrone?
Sic ait, atque volens iterum maeſtrare gazanum,
Scilicet inchinum curvo formare ginocchio,
En ventoſa ſibi ſcoccat de retro coreza.
Zambellus voluit tanto diſcedere bombo,
Namque colubrinam penſaverat eſſe crocatam.
Et quia poſt crepitum veri noſcuntur odores;
Qui non Faſanos, at forſitan ederat Ajum,
Omnibus iſta fuit manifeſta magagna (6) debottum,

(1) *Corteſanus erat*. Ironice dictum. Ruſticus erat inter ſues enutritus.

(2) *Scragna Poteſtatis*. Judicis Sella in eminenti poſita.

(3) *Schenam ſpianare*. Sic metaphorice dicimus verberare.

(4) *Galenum ponere boſchi*. Notabilis dicendi modus, a nobis ſupra explicatus in notis ad Ecl. 7.

(5) *Bona vita*. Humili ſalutatione Praetori obſequium oſtende.

(5) *Debottum*. Illico.

Qualis enim (1) naſarola fuit penſato tu ipſe:
Cuncti (2) fazzolo naſum tenuere ſtopatum.
Tognazzus ſtringam ſcuſat rupiſſe galono,
Sed facies illis culpam roſſita paleſat.
Zambello gridat propter naſcondere marzam,
Ut jam Praetori faciat curvatus honorem.
Sed male Zambellus coſis expertus in illis,
Inchinum fecit tam bellum, tamque profundum,
Quod cum zenocchio fregit calcante quadrellum;
Inde, manum porgit, quam prehendens ipſe Poteſtas
Dixit, benveniat Zambellus noſter Amicus;
Quem dextra ſentare manu ſibi fecit apreſſum.
Ergo ſuas (3) dojas nullo ordine denotat illi,
Dumque loquebatur, concluſio nulla tenetur.
De (4) ſcala vadit ſaepe in cantiribus, atque
Dum querulat ſe ſe vario de crimine Baldi,
Saepe ſuam dicit vaccam feciſſe vedellum,
Et vult Praetori (5) Maſcherpam mittere freſcam.
Attamen ignaras dicat licet ipſe parolas,
Intellexit eas diſcretus Praetor ad unguem.
Tunc, data ſit contra Baldum ſententia ſic ſic:
Semper in obſcuro claudatur carcere Baldus,
Totam Zambellus robbam de jure godibit.
Gobbus at induſians Tognazzus allora negottam,
Corripit armatum Zafforum protinus agmen;
Itque Poteſtatis juſſu, Patrumque ſtatuto
Illas ad ſaccum Cipadae tradere ſtanzas,
Quas ſibi devotas Baldus manigoldus habebat.

Ipſe

(1) *Naſarola*. Naſi moleſtia.
(2) *Cuncti fazzolo &c* Pulveris Nicotiani uſum, recens eſſe inventum, Poëta hoc loco manifeſte indicat.
(3) *Ergo ſuas dojas &c.* Rudis narrantis conſuetudo.
(4) *De ſcala vadit &c.* Dicendi modus ſupra explicatus.
(5) *Maſcherpam*. Quod ſupra dixit *povina*. Flos lactis. *Ricotta*. Vid. not. ad Ecl. II.

Ipſe Gajoffus erat ſtudio cazzatus in uno:
Scilicet ut poſtquam Baldum preſone cadenat,
Poſtquam Fracaſſum ceitatur abiſſe Gigantem,
De fundamento ſtrappet caſamenta Cipadae,
Quae gratat hinc Breſſam, quae pectinat inde Cremonam,
Saepeque Ferraram vodis facit ire biſazzis,
Saepeque Veronam plenis facit ire braghеſſis.
Cingar id audierat; totum ſe in tergore ſtringit.
Omnia pro Baldo vult mente patire gajarda:
Dumque ſachezatur, vaditque Cipada botino,
Huic caſa (1) plus manſit barberi netta bacino.
Non latet, at coram sbirris, coramque Tognazzo
Comparet, zuratque illis, ſagramentat, et inquit,
Non unquam tenuiſſe ladri conſortia Baldi,
Quamque poteſt ſe ſe Tognazzo fingit amicum.
Denique finito jam ſacco, tornat in Urbem
Cors armata, ferens varias in tergore ſtrazzas,
Diverſumque parans ſibi beſtiamen avantum.
Vxor at interea Baldi, quae Berta vocatur,
Nuda viro, infelix, vix uno tecta (2) ſochino.
De Berti poverina caſis per forza levata eſt.
Nam, velut a Patribus ſententia fixa dabatur,
Poſſeſſum Zambellus habens, Poſſeſſor habetur.
At ſfortunatum Cingar non deſerit illam,
Quae male ſtentaret (3), vel forte pericolus eſſet,
Ne ſupra ſcragnam (4) velut uſat robba guadagni,
Ipſa ſedens, teneat bottegam ſemper apertam,
Ni Cingar monitis, et re ſibi praeſtet ajutum.
Illa Fiolincs lactat vedoella gemellos:
Inque domo patris filat, ſpeſamque guadagnat.

Quae

(1) *Huic Caſa barberi &c.* Similitudo ſuperius explicata.

(2) *Socchino.* Parva cyclade. Nos vocamus *Socca*, *Socchino*; Quod Etruſci dicunt *Gonna*, *Gonella*.

(3) *Que male ſtentaret.* Aegre viveret.

(4) *Ne ſupra Scragnam.* Ne ſedens in Triviis meretricio ſe lucro det.

Quae tamen in colera nimio ſaltata dolore,
Buttat humo fuſum, vellitque galone conocchiam,
Stangonemque piat (1); Zambelli ad tecta galoppat,
Quem baſtonatis tam ſpeſſis battere giurat,
Quam ſpeſſis uſat Villani tundere pajam.
Guai, Zambelle tibi, ſi te retrovabit acaſam!
Veh ſpallis, ſcheniſque tuis! tempeſta diablae
Ecce tibi magnam portat furibunda ruinam.
Oh ventura ingens, quod eras lontanus allora!
Sed tua Laena tamen, tua conjux, dico galanta,
Quae te matturlum gaudebat habere maritum,
Ut videt in ſe ſe beſtialem currere Bertam,
Atque villanias ſibi ſic tuttavia gridantem,
Quae vult, quae chiodum fixit jam battere ſellam,
Poſtquam nulla datur ſors baſtonare cavallum.
Ipſa quoque a fianco deſtaccat provida roccam.
Dico, Laena videns in ſe properare colaltram,
Detrahit a laevo coſtato praeſta conocchiam,
Quam nunc nunc magno ſtopparum faſce gravarat.
Dumque illam penſat ſubito deponere zoſum,
Atque fojadarum ſimul azzaſſare canellam,
Berta ſopraveniens ſtangam drovare comenzat.
Laena carens aliis armis, cita currit ad ignem,
Cui linum, et roccam porgit, focus illico ſeccam
Materiam brancans ita flammam toſtus avampat,
Ut cito bombardans murum Colubrina fogatur.
Berta vidēs, in ſe magnum creviſſe (2) falojum,
Terga dat, itque viam, ſcapolat, volat inſtar oſelli,
Namque fogum contra combattere magna pazia eſt.
Altera, quae antiquas offeſas mille recordat,
Non minus incalzat, tamquam Sparaveria Quajam,
Quam fugit illa, velut Smerlum Lodoletta ſequentem.

Lae-

(1) *Stangonem*. Ingentem vectem.
(2) *Falojum*. Ruſtici noſtri ingentem ignem vocant *un Falò*.

Laena ſtudet Lanam trezzis attaccare fogatam;
Berta cridat, mea cara ſoror, cognataque dulcis,
Parce mihi, me me miſeram! perdona ſorellae.
Laena gridare finit, quae nullis victa pregheris,
Mercadanteſcas (1) plus monſtrat ſemper orecchias.
Dextra sfavillantem braſato ſtamine cannam
Alta tenet, ſed laeva ſtudet, dum curritur, illam
Prendere, ſeu chiomis, ſcuffia caſcante, ſolutis,
Seu per guarnellum, (2) vento boffante, levatum.
Berta magis rancat, nonnullas jamque favillas,
Schioppezzare ſuper coppam ſibi ſentit apertam,
Unde caput voltans, ſofiat pro eſtinguere penſum;
Sed naſi cimiola ſui ſcottata boſavit.
Hinc duplicat curſum per drittum, perque traverſum.
Non aliter currens, quam Gatta domeſtica currit,
Ad cujus caudam Porci veſſica tacatur,
In qua ſunt favae ſeu tres, ſeu quinque granelli;
Illa fugit, ſentitque fabas poſt terga ſonantes:
Quoque magis properat, ſemper ſeguitatur ab illa
Veſſica, penſatque hominem ſibi currere dretum.
Tandem perveniens ad quamdam Berta maſonem
Altorium vocitat, vultque altam ſcandere ſepem.
Utque ſalita fuit propter ſaltare delajum,
Se ſe cum ſocca ſpinis gattiavit in illis,
Stantibus in ſuſum pedibus, vilupata remanſit.
Fecit ſcoperto Solem tenebrare quaderno,
Contraque naturam ſuperavit Luna maritum.
Non ſtetit indarnum, ſed caldam Laena conocchiam
Merſit in Eclypſim, qui jam ſcuraverat orbem.
Quando focum ſenſit coxas bona donna brovantem,

Victa

(1) *Mercadanteſcas.* Surdis auribus eſſe; nos dicimus: *far orecchia da Mercante.*

(2) *Seu per Guarnellum.* Quod ſupra dixit Sochinum. *Guarnello* eſt proprie veſtis contexta ex filo, & goſſipio.

Victa dolore ſimul fumantem ſupra meneſtram
Sopiat, atque altro mollat ſimul ore corezam,
Quae potuit vento roccam ſmorzare gajardo.
Quo facto intrighis tandem ſe sbrigat ab illis,
Inque pedem ſaltans animoſior igne ſtuato,
Inchinat ſe ſe, (1) medium rapit illa quadrellum,
Contraque, Cugnatam magno conamine lanzat.
Laena tamen ſaxum leggiadro corpore (2) ſchivat,
Medeſimumque pians, dardeggiat ad unde venivit.
Inter eas igitur ſpinorum macchia manebat,
Ultra (3) quam ſe pede zonto Berta gitavit.
Hic ſe brancantes per trezzas unguibus ambae,
Tambuſſant, mordent, ſquarzant, ſine forbice toſant.
Vidi Gallinas quandoque vel ova covantes,
Vel Pulcinorum ſquadras per ubique guidantes,
Appizzare brigam becchis, graffiſque cruentam:
Qualiter apparent ſpennatis undique buſtis,
Dum ſe beccantes raſpis graffantur aguzzis.
Taliter in finem ſe Laena, et Berta travajant.
Audito tanto ſtrepitu (4) viſinanza corivit,
Et quaſi jam mortas ambas catavere jacentes:
Quas vecchius Zambo (5) cagneſca pace ligavit.
Sic quoque Tognazzus venit, venit huc quoque Cingar,
Atque ribaldellus ſimulans defendere Laenam,
Dat tortum Bertae, fictoque furore menazzat;
Imo levans dextram monſtrat dare velle bufettum.
Sed Tognazzus eum retinet, retinenſque favellat:
Quid facis, o Cingar? non acquiſtamus honorem,
Nos homines Maſchii mulieres battere fomnas.
Interea domum Laena ſic petinata petivit,

Cum-

(1) *Medium &c.* Lateris dimidium corripit.
(2) *Schivat.* Vitat.
(3) *Ultra quam &c.* Pedibus junctis Laena trans ſepem ſaltavit.
(4) *Viſinanza.* Vicinium.
(5) *Cagneſca pace.* Ficta pace, cum occulto odio conjuncta.

Cumque aliis multum lacrimans hic Berta remanſit,
Diſcurſumque ſuum ſeguitabat barba Tognazzus:
Eligo plus toſtum combattere contra ſatanam,
Quam contra ſomnas, pejores trenta diablis.
Quo magis illius ſchenam feris, atque tracagnas,
Illa magis rabioſa tibi convicia dicit.
Non eſt ira quidem, mulierum deſuper iram.
Sunt oſtinatae, ſtizzoſae, fraudibus aptae,
In fiatu ſolo (1) dicunt tibi mille boſias.
Quicquid promittunt, penſes attendere numquam,
Sfazzatae quoniam nil promiſiſſe fatentur.
Foemina ſola poteſt orbem deſtruggere totum,
Tam bene ſcit fraudes animo componere (2) ſguerzo.
Ah! sfortunati, miſeri, ſtultique mariti,
Fallaci potius Maumetis credite legi,
Quam praeſtare fidem veſtris uxoribus umquam.
Sed quid ego ad Solem candelae trado luſorem?
Sed quid ego ad Savium ſtudeo donare parerum?
Tu Cingar melius noſti, tu ſaepe provaſti,
Quando ſuperveniens, nec adhuc portata diablo,
Prima tua uxor te quondam Gneſina domabat.
Dic, rogo, dic nobis, qua (3) ſtringas morte tiravit?
Quandoquidem fama eſt, quod eam (4) de pane cavaſti.
Sed quo, ſeu ferro, ſed quo, ſeu flumine, ſed quo,
Seu lazzo moriit, prorſus neſcitur: adunca
Non tibi nojoſum, ſit, Cingar, dicere tuttum,
Dum prohibent noſtros feſta haec hodierna lavoros.
Incipe, Zambo, ſede, voſque omnes, quaeſo, ſedete.
At ſcozzonatus Cingar, cui tempore longo,

T Ad

(1) *In fiatu ſolo.* In ictu oculi. *In un fiato.*
(2) *Sguerzo.* Iniquo, fallaci animo.
(3) *Qua ſtringas &c.* Qua morte occubuit.
(4) *De pane cavaſti.* De numero viventium deturbaſti.

Ad mentem tota eſt, et a ſennum pleniter omnis
Ars (1) Tacagnariae: (2) ſanctae quoque regula Cittae:
Se ſe in cervellum retinet, ſtratagemmaque penſat,
Ne ſit ab infido trapolatus forte Tognazzo,
Ut ſolet a viſco trapolarier (3) oca marina:
Namque procul dubio vivam (4) ſoteraverat illam,
Quam reperit torno fuſos componere tortos.
Ergo putans factum non ancum eſſe paleſum,
Hic ſtetit in puncto juris, nullaque manera
Veſtit Zornejam (5) zanzarum, more legieri;
Sed magis officio ſe ſe (6) Gnatonis adaptat:
O, ait, o dignas ſemper, Tognazze, parolas
Conſiliatrices, plenas Salomone, tilatas,
Sentimus de te! De te, neque fallimur umquam.
Non niſi laudandum eſt (7) praticonis credere vecchis.
Dixerat; et verſus Bertam cito laſſat ochiadam,
Cignandoque (8) facit ſcuſam de more cativi,
Si dixit dignum parlamentum eſſe Tognazzi,
Quod ſempiternis tajetur marmore ſeclis,
Dignum, quod lettris doris, ut Miſſa, notetur.
Namque ſenem pazzis cupit caparare loſenghis.
Berta (9) cativerias quae Cingaris adnotat omnes,
Quae quoque non minus eſt, quam Cingar plena magagnis:
Ah Tognazze, inquit, fallit ſententia veſtra,
Vos primum Villae, ſaviumque putavimus eſſe,
Cui ſemper noſtros animos committimus omnes,

De-

(1) *Ars Tacagnariae*. Ars decipiendi ſophiſticis reſponſis; et inutilibus garritibus.

(2) *Sanctae quoque &c.* Regula tacendi, quod damnoſum effatu eſt.

(3) *Oca marina*. Species pro genere

(4) *Vivam ſoteraverat*. Viventem adhuc ſepellivit.

(5) *Veſtit Zornejam*. Toga, qua Induti ſententiam proferunt.

(6) *Gnato*. Aſtutus homo apud Terentium.

(7) *Praticonis credere Vecchis*. Senibus uſu edoctis.

(8) *Cignandoque*. Innuens oculis, ut aſtuti faciunt.

(9) *Cativerias*. Doloſa Scelera.

Decipit, et veſtram cotalis opinio mentem?
Ah Tognazze meus! quidnam prudentia noſtra eſt?
Sconſolata domus non eſt, Tognazze, vocanda,
In qua nulla tenet (1) dacattum foemina robbas?
Foemina ſi numquam maſchio concederet illam,
Quam debet partem, vita genus omne careret.
Non vir ſuppoitat diri cruciamina partus:
It ſine penſero natorum, conjugis atque,
Foemina ſola domi reſtat, centumque facendas
Miſterum (2) faciet, quod in unam comodet horam.
Dum ſternit lectum, (3) ſaltat brodus extra pignattam,
Infans in cuna pro (4) tettas ſugere vagit,
Rodere vult panis (5) toccum Majuſculus alter.
Porcellus grugnit, gallus, gallina chechellant,
Chiozzaque (6) Pollinos ſtudiat defendere milvo,
Ad quam (7) ſmarrendum non eſt qui ſmergolet, ay, ay;
Sic centum coſas mulier definit ad horam:
Qua pignata bulit, torres cito detrahit arſos,
Poſthaec cum (8) ſemola miſcet brotalia porco,
Mitigat hic puerum dans lac, pezzaſque renettat
Immerdolatis; mox faſciat, inde canendo
Ninat, et infantis languentia membra ſoporat:
Quo facto (9) pit pit vadit clamando deforas:
Gallinae currunt ſolitum beccare granizzum.
En quantos pariter cito terminat illa travajos.
Si tibi nulla eſſet mulier fanteſca, vel uxor,
Quis tibi cercaret capitis, Tognazze, pedocchios?

 Quis

(1) *Dacattum*. In qua nulla Foemina oeconomiae ſtudet.
(2) *Miſterum faciet*. Opus erit.
(3) *Saltat brodus*. Jus nimis ebulliens extra cacabum erumpit.
(4) *Tettas*. Mamillas.
(5) *Toccum*. Fragmen.
(5) *Chiozzaque*. Gallina matrix, crocitando, ab accipitre, vel a milvo contendit pullos defendere
(7) *Smarrendum*. Fugandum.
(8) *Semola*. Cum furfure juris ſordes miſcet.
(9) *Pit Pit*. Hac voce utuntur Ruſticae mulieres gallinas accerſentes.

Quis maſſarias nettas, faceretque politas?
Quis tandem (1) ſpulicare quiret damattina camiſam?
Deſine jam, Tognazze, precor, damnare puellas;
Nam poſtquam conjux tua Bertolina morivit,
Non eſt, qui teneat te bellum, teque galantum.
Tunc de calcagnis (2) ſuſpirum grande cavavit
Tognazzus dicens, cordojum Berta dediſti,
Quum Bertolinam memoraſti, o ſcanna corada!
Omnes plus toſtum voluiſſem perdere vaccas,
Quam Bertolinam; tamen excipiendo (3) Bonelam.
Sunt jam quinque anni, paſſarunt forſitan et ſex,
Quod Bertolinam ſpoſavi menſe Novembris.
Ahime! ſuos poterit quis nam laudare parentes,
Qui ſunt de primis, qui habitant in Valle (4) Caſadis?
Sunt bene ſtaghenti (5), multum beſtiamen habentes,
Quo valeant plures terrae sboazzare biolcas.
Illa ſuo ſenſu tam maturale tenebat,
Quod centum Vaccas hora beveraſſet in una.
Haec quoque bella fuit, ſicut jam, Berta, provaſti,
Cui pirontus (6) erat vertex, aliquanto coputus,
Naſus diſteſus, rampini more, colabat,
Nec ſua ſtricta fuit nimium bochina, quod ipſa
Quando grignabat, geminas toccabat orecchias.
Quam pulcros oculos habuit ſua teſta ficatos!
Alter (7) gazolus, niger alter, ſguerzus uterque.
Quos ificatos mihi quando tenebat adoſſum,
Non bene cernebam, ſi me guardaret, an altrum.
Quantum docta fuit groſſos componere gnoccos,

Tor-

(1) *Spulicare*. Pulices tollere, et necare.
(2) *Tunc de calcagnis &c.* Profundum ſuſpirium.
(3) *Bonelam*. Vaccae nomen praedilectae.
(4) *Caſadis*. Caſatici. Agri Mantuani pinguia rura.
(5) *Sunt bene ſtaghenti*. Sunt praedivites
(6) *Cui pirontus*. Vertex, inſtar pyri.
(7) *Gazolus*. Glaucus.

Tortas, tortellos, (1) maccum muliebre, polentam!
Non diſcordabor, (2) donec mea vita manebit.
Splendentem manuum pellem, digitoſque politos,
Abſque orecchino nettare valebat orecchias,
Longis namque unghis feciſſet pectina corni.
At ſi narrarem totum, nimis eſſet affannus.
Quando ricordor eam, me me (3) diſnembolo totum.
Tantos coſtumos habuit, quod quiſque ſtupebat,
Deque ſuis membris ſtranium mittebat honorem.
Cingar vix ſimulat crepanti pectore riſum.
Eſt verum, dixit, quod talem perdere ſomnam,
Deberes (4) unghis propriis graffiare maſcellas,
Nam tua tota domus vadit ſottoſora, quod illa
Inſtrumentorum fuit una magiſtra tuorum
Sume aliam, quae te ſcaldet, Tognazze, Moroſam;
Ne dubita, quoniam (5) Contado ſtamus in iſto,
Quo genus (6) asbacum beſtiaminis hujus habetur.
Sic dicens, nutat Bertae, diſcedat ab illis,
Ut cum Tognazzo reſtaret ſolus ibidem.
Berta recognoſcens orditam a Cingare tramam,
Diſcedit, Baldique gemit fera fata mariti.
Jamque, Comina, redi, jus eſt dare membra ripoſo;
Stridentem jam linque pivam, mox carpe fiaſcum.

(1) *Maccum muliebre*. Pulmentum ex ſemine, millio ſimili, quod panicum dicitur.

(2) *Non diſcordabor*. Non oblivifcar.

(3) *Diſnembolo*. Liquefio. Alibi explicatum.

(4) *Deberes unghis &c.* Unguibus genas la iare.

(5) *Contado*. In agro. *Contado*.

(6) *Asbacum*. Abunde.

ARGUMENTUM

IN QUINTAM MACARONICEN.

BArba Tognazzus habens annos octanta, geloſus
Bertae, quae Baldi eſt uxor, amore bruſat.
Se quoque non mancum peramari credit ab illa,
Dans quia mattanam Cingar, oſellat eum.
Turba vilaniacae gentis furioſa ſub ulmo
Ballat, et hic Cingar, Bertaque levis adeſt.
Dum ſtrepitant piſari, pulvis volat, ecce Tognazzus
Illuc, nam Bertam ſenſit adeſſe, venit.
Cingaris admonitu, dum ſecum danziat illa,
Diſpoliat, manicam juſſa tirare, ſenem.
Omnibus iſte patet nudus, sbeffatur, et inde
Se rapit, atque ſuus perditur omnis honor.
Se vendicandi cauſa Zambellus, et uxor
Laena ſimul, Bertae ſtercorat ante fores.
Stercora ſcaltritus merdacea Cingar adunat,
In Mellis formam, quam Speciarus emit.



MER-

Digitized by Google



MERLINI COCAII

POETAE MANTUANI.

MACARONICE QUINTA.

MAxima noſtrorum ſedeat ſententia Patrum,
Et mihi, (1) ſim quamvis adoleſcens, drizzet orecchias,
Nec dedignetur teneras audire parolas.
Sunt quidam, fatui, ſtorti, vecchique (2) crevati,
(Majorem excipio partem, nam pars minor iſti,)
Qui totam ſoli reputant mangiaſſe minervam,
Quod ſua calva ferat ciueroſos teſta capillos,

Quod-

(1) *Sim quamvis &c.* Ut diximus in Vita, ſe fingit adoleſcentiorem, cum annos natus eſſet quinque, & viginti circiter, quum haec ſcriberet.

(2) *Crevati*. Calvi.

Quodve repraeſentent (1) rapeſacta fronte ſaperum;
Ac ſi canutis ſtet virtus ſola capillis.
Rodere (2) non unquam praeſentia tempora ceſſant,
Sive magiſtratum juvenes curare sbajaſſant,
Et per ineſpertos pueros tractantur honores:
Sive quod inculti ſunt, moribus, ac inhoneſti,
Reſpectum nec habent aliis ſenioribus ullum:
Namque muſolenti bellam amiſere juventam.
Forma ſuum corpus non amplius ulla galantat,
Aurea ſuſcepit griſum caviara colorem.
Marceſcunt dentes, auditum perdit orecchia,
Gutta cadit naſo, facies criſpata rigeſcit,
Deque povinatis (3) oculis foex putrida manat.
Pallor ineſt vultu, macieſque per ora noteſcit,
Quod calor intus abeſt, quod frigent oſſa, quod humor
Vividus interiit, nec habent jam membra vigorem.
Antiquas memorant feſtas, teneramque juventam,
Quando ſtringati rectis cum paſſibus ibant,
Quando ſtringebant agiles ſperone poledros,
Quando fracaſſabant gioſtranti pectore lanzas,
Quando cupidinea ducebant mente choreas,
Quando vaghezabant plures hinc inde moroſas;

Haec

(1) *Rapeſacta*. Rugoſa fronte ſcientiam putant ſenes ſe praeferre.

(2) *Rodere &c.* Senilis aetatis mores, & incommoda exprimit brevius Hor de Art Poet.

Multa ſenem circumveniunt incommoda: vel quod
Quaerit, & inventis miſer abſtinet, ac timet uti;
Vel quod res omnes timide, gelideque miniſtrat,
Dilator, ſpe longus, iners, aviduſque futuri.
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, cenſor, caſtigatorque minorum.

(3) *Deque povinatis &c.* De lippis oculis pituita manat. Etr. *Ciſpa*, *cacole*. De ſenilis aetatis deformitate ita lepide Martialis:

. . . . . tibi
Quum tres capilli, tibi quatuorve ſint dentes,
Pectus cicadae, cruſculumque formicae;
Rugoſiorem quum geras ſtola frontem,
Et aranearum caſſibus pares mammas.
Cum comparata rictibus tuis ora,
Niliacus habeat Crocodilius anguſta,
Meliuſque ranae garriant Ravennates,
Et Adriaticus dulcius culex cantet.

Haec eadem memorando ſenes livore tabeſcunt,
Extorquent facilem dictis, factiſque juventam:
Inſidiantur ei, cum mangiant, toxica mangiant,
Invidia quoniam foetent, morſique remordent.
Inſuper (1) objurgant quod amat laſciva juventus,
Quodve puellares in amores tempora perdit.
Hi tamen annorum calcati pondere centum,
Gobbati, ſguerci, ranci, cornuque ſonantes,
Uxorem ducunt, non quam premat ethica tuſſis,
Sed freſcam, ſolidam, vel quae, ſi ſaecla perirent,
Sola reſtitueret noſtram bona (2) ſocida prolem.
At cito capreolos gignit ſua vitis, et haedos
Efficit, ut gladiis non grata manubria deſint.
Cingar, amicitiam Baldi ſuper omnia gratam
Namque tenet, cunctas diſponit mittere forzas,
Sollicitumque animum, propriam ſed denique vitam,
Qualiter abſolvat de ſtento carceris illum.
Fingit amicari Vulpina fronte Tognazzo,
Deque ſuo Baldo mala plurima dicere cepit.
Quod ladronus erat, quod fur, quod furca, quod omnī
Peccato plenus, quod mortes mille merebat.
Inde ſuſurranti parlabat talia ſecum:
Eſt mihi ſecretum, tibi quod, mi barba Tognazze,
Dicam, ſed tecum teneas, nullique paleſes.
Dic, Tognazzus ait, tibi juro, dicere numquam.
Cingar ſuſpirans dixit, male quippe libenter
Officium perago Turcimani, vel (3) Tabachini.
Attamen, haec quoniam fieri juſtiſſima poſſunt,
(Quando quidem moriat Baldus) deſiſtere nolo.

(1) *Inſuper*. Illud reprehendunt in aliis, quod ipſi fecerunt.

(2) *Socida*. Contractus Societatis. Inter Juvencas foecundiores eliguntur, & alteri traduntur alendae, ut poſt quatuor annos dimidium juvenculorum Dominus ſine incommodo percipiat.

(3) *Tabachini*. Lenonis. *Il meſtier del Ruffiano*.

Berta tuum (dicam) ſuſpirat propter amorem,
Penſeros mihi ſaepe ſuos de pectore sborrat.
Non tantos (1) crivellus habet certiſſime buſos,
Quantos illa ſuo fert abruſata magono.
Semper te clamat, ſemper te bramat amantem,
Semper flet, luget, ſuſpirat, pectora pugnis
Martellat, dubitatque, ſuum te ſpernere vultum.
O formoſe, gridat, cur non, formoſe Tognazze,
Scis quod amo nimium te, mi formoſe Tognazze?
Nec dormire valens, noctu te penſat in omni,
Cujus multiplicat cum tantis (2) paſſio dojis,
Quod tu giurares, illam sborrare fiatum.
Illam ſaepe quidem volui diſtollere tantis
De poenis, (3) reperi at ſemper feciſſe nientum,
Immo foco potius jungebam ligna bruſanti.
Quapropter (4) de parte ſua tibi porto novellam,
Aut imbaſſatam: ſi vis ſuus eſſe moroſus,
Mox, Baldo extincto, ſi vis ſuus eſſe maritus.
Iſtam Cingar (5) aquam pedibus dat barba Tognazzi,
Ut mattus (6) ſenior plus altus creſcere poſſet.
Nec penſes, quod tunc (7) in beccum rideat illi.
Sed tales Cingar ſpiccabat ab ore parolas,
Quod centos credo crediſſet allora Tognazzos.
Quali preſtezza tordus ſe in rete viluppat,
Aut ad porrectum trat Rana guloſa buconem,
Parva vel in tenuem trapolat ſe muſca ragnadam,
Sic modo Tognazzus Bertae viſchiatur amore.

In

(1) *Non tantos &c.* Non tot habet foramina cribrum.

(2) *Paſſio dojis.* Amor doloribus creſcit.

(3) *Reperi at ſemper &c.* Semper deprehendi, me fruſtra laboraſſe.

(4) *De parte ſua.* Ejus nomine.

(5) *Iſtam Cingar &c.* Sic Cingar Tognazzum adulatione decipit. Quod dicimus: *far la Saponata.*

(6) *Ut mattus.* Ut qui ſtultus eſt, & ſe ſapientiorem putat, magis ſtuheſcat.

(7) *In beccum.* Nec putes, quod iſtiuſmodi ineptias effutiens, illi in faciem rideat.

Incipit alquantum curvam diſtendere gobbam,
Et digitis boccam totam forbire bavoſam.
Mox abbrazzato geminis ter Cingare brazzis:
Eſſe poteſt, inquit, quod me mea Berta moroſum
Optat? contentor, contentor mille fiatas.
Illa paragonem de me ſi fecerit ullum.
Impreſonatum laetabitur eſſe maritum,
Et centum mortes in Baldo (1) trahet ognhoram.
Nec ſuſum penſet quod ſim gobbuſque, macerque,
Et mea quod centum facies rapefacta det annos;
Forza datur juveni, vecchiorum gratior ars eſt.
Hoc in Contato nullus me ricchior extat.
Sunt mihi* (2) terrarum graſſarum quinque Biolchae,
De quibus ognanno multum guadagno ricoltum.
Eſt mea graſſa, inquam, poſſeſſio, (3) totique Vallis,
Vallis, non per quam ranacea turba (4) coaxet,
Non qua zenzalae corrupto ex aere naſcant,
Ac omni ſero cantent, (5) dicendo coſinum,
Villanas figant & acuto cuſpide gambas,
Ut facit in media (6) Pompoſia ficca (7) lavacchio.
Aſt ibi vina quidem avantagiata recoio,
Dulcia, garba, rubras facientia denique goltas.
Quid valet ad noſtrum vinum Vernazzia Voltae?
Aut ea qua tantum Breſſana Celatica bravat?
Extollunt alii colles, valleſque Romagnae,
Dant alii vantum Benaci circa Riveram,

(1) *Trabet*. Imprecabitur continuo.
(2) *Sunt mihi &c.* Pauperculus, qui de propriis divitiis exultat, *quinque biolchae*. Jugera quinque.
(3) *Totaque Vallis*. Agri mei in valle ſunt conſtituti.
(4) *Coaxet*. Gracitet.
(5) *Dicendo coſinum*. Dicendi modus, quo Plebecula etiam nunc temporis utitur ad exprimendum culicum murmur.
(6) *Pompoſia*. Ampla ditio Abbati in titulum aſſignata in agro Ferrarienſi, paluſtri in loco, ubi grandiores culices naſcuntur.
(7) *Lavacchio*. Luto.

A Napolitanis laudatur Terra Lavoris,
A (1) Zenoviſanis ſua litora plena cedronis,
Noſtra ſed avanzat cunctas poſſeſſio, Cingar.
Vaccas tres habeo, Cervamque, Roſamque, Bonelam,
Quarum nunc unam Tauro ſuccumbere feci;
Quae faciunt multas Maſcherpas, atque cagiadas,
Et ſua quattrinos cumulat mihi ſocida plures.
Non mihi (2) de palea domus eſt, non de (3) Melegazzis,
De coctis immo tota eſt fabricata matonis,
Tecta covertantur centum, quadragintaque (4) cuppis.
Quicquid zappandi, vel quicquid in arte coquinae
Eſſe poteſt, habeo: vangas, (5) raſtilia, zappas,
Marazzos (6), riſicas, (7) ficcos in aratra (8) gumeros;
Inde (9) ſegurſellos, (10) manarinos, inde badilos,
Cum quibus et ſoleo (11) zocchos ſchiappare ſeguris:
Tenajas, chiodos, (12) trivelinos, atque trivellos,
Ferraque ſegandi, Gramolam, (13) Miſamque farinae,
Burattos, Deſcos, Sedacia, mille pignattas,
Quas narrando tibi facerem faſtidia, Cingar.
Haec ad comandum noſtrae ſunt omnia Bertae.
Doctor aratoria cunctis ſum dictus in arte,
Doctor et a ſtalla graſſum portare ledamum.
Omnibus in feris plenas ſcio mungere Vaccas,
Inque rotae formam caſeum preſſare cagiatum.
Non Placentinis (14) Melgaris, ſive Caſaris

In-

(1) *A Zenoviſanis*. Januenſia litora Citriis, & Medicis malis abundant *di Cedri, e di Limoni*.

(2) *De Palea*. Paleis, vel cannis conſtructa.

(3) *Melegazzis*. Frutices, ex quibus Turcicum granum colligitur.

(4) *Cuppis*. Tegulis.

(5) *Roſtilia*. Raſtra.

(6) *Marrazzos*. Marras.

(7) *Riſicas*. Serras.

(8) *Gumeros*. Vomeres.

(9) *Segurſellos*. Parvas ſecures.

(10) *Manarinos*. Parvas bipennes.

(11) *Zochos*. Grandiora ligna ad comburendum.

(12) *Trivelinos*. Parvas terebras.

(13) *Miſamque*. Inſtrumentum, in quo farina conglutinatur ad panem elaborandum.

(14) *Melgaris, ſive Caſaris*. Sic a noſtratibus vocantur Vaccarum Magiſtri, qui caſeo laborando praeſunt.

Digitized by Google

Invideo lactis nivei menare botirum.
Herbida prata ſcio cum falce tajare ſeganti,
Scavedagnare (1) agros, foſſatis cingere campos,
Subque jugo drizzare boves, uſareque Manzos.
Sunt mihi (2) de paja vel ſex, vel quinque palazzi,
De queis non unam petram bombarda cavaret.
Sunt mihi (3) porcilli tres virdo vimine facti,
Inque meo ſolum (4) cortivo deputo fornum,
Quo Cipada ſuas infornat tota (5) pagnoccas,
Totus (6) Comunus fornum ſibi ſervit ad iſtum.
Sum Tognazzus ego, ſum qui nutriſco Cipadam.
Crede mihi, non eſt tellus aequanda Cipadae.
Tajat abundanter frumentum, lignaque boſchi,
Mungit abundanter Vaccas, facit inde ricottas,
Suntque Cipadenſes apti ſtudiare terenum.
Alter habet (7) vantum melius foſſata cavare,
Alter arat, baſſumque tenet ſubarando Gumerum;
Alter ſcit melius vignae podare (8) maderos,
Alter ſcit putridis ſtallam nettare boazzis.
Pinguificoque (9) ruto campos implere (10) ſtrinatos.
O magnam virtutem hominum, qui talia norunt!
Attamen iſtorum ſum primus, ſumque magiſter;
Et minimam (11) coſam non farent abſque Tognazzo.
Nil niſi Tognazzus per villas dicitur omnes.
Nil niſi Tognazzus de rebus cunctis abundat;
Sum prudens, ſaviumque caput: ſum dico Tognazzus.

Quae

(1) *Scavedagnare*. In capite Agrorum declive ſolum, tum aquae pluviae in ſoveas deportandae, tum ruſticis uſibus neceſſarium, congruenter aptare.

(2) *De Paja*. E palatiis paleà conſtructis, quaelibet Balliſta ne lapidem quidem moveret.

(3) *Porcillum*. Locus, in quem ſues cubitum pelluntur. *Hara, Sulle*.

(4) *Cortivo*. Area.

(5) *Pagnoccas*. Panes.

(6) *Totus Communus*. Omnes e loco.

(7) *Alter habet vantum &c.* Virgilius ad ludicra deductus:
Excudent alii ſpirantia mollius aera &c.

(8) *Maderos*. Vitis ramos.

(9) *Ruto*. Fimo.

(10) *Strinatos*. Aridos, et Steriles.

(11) *Et minimam coſam*. Nihil ſine Tognazzo.

Quae ſine conſejo magni ſunt facta Tognazzi,
Crede mihi tandem tandem male facta trovantur.
Quae cum conſejo ſunt maſtigata Tognazzi,
Crede mihi bona ſunt, nec poſſunt fallere jotam.
Extat evangelium (1), parlat quaecumque Tognazzus.
Sed quid butto viam tempus, dum talia parlo?
Tu Cingar noſti, tu ſcis, tu cuncta provaſti.
Vade precor, Bertamque trova, cui talia dicas:
Tognazzus mandat tibi tantas, Berta, ſalutes,
Quantas ſub coelo video ſplendeſcere ſtellas,
In noſtro quantas numero boſcamine fojas,
Quantas bruſavit Piemonti patria ſtrias,
Milanus quantas bene graſſas vendit (2) ofellas,
Quantas Mantöa capiunt in valle (3) folengas,
Per Venetum quantos ſpendunt canalia (4) bezzos,
Et baſtardellos quantos dat (5) Maro quotannis,
Et vercomanos quantos trat Bergama tellus,
Quantos (6) Bardellae piccavit boja ladrones,
Quantaque poma viam buttat (7) narancia Naples,
Quantaque de Marchis dicit mendacia (8) vecchius,
Quantos (9) Villanos opus eſt ad argina vadant,
Quot (10) contrabbandi Venetam faciuntur ad urbem,
Quot falſas vendit (11) ſpeciara bilantia robbas,
Quot ladri, Zaffi, Daciari vel molinari,
Et quot Gallinas robbaſti denique Cingar,

Di-

(1) *Extat Evangelium*. Formula nobis valde familiaris. *Quanto egli dice, è Evangelio*: aut *ſi ha per Evangelio*.
(2) *Ofellas* Offas.
(3) *Folengas* Fulicas.
(4) *Bezzos*. Nummos.
(5) *Maro*. Anagramma pro vero Urbis nomine.
(6) *Bardellae*. De Villa Bardellae ſupra dictum eſt.
(7) *Narancia*. Malum aſſyrium. Etr. *Arancio*.
(8) *Vecchius*. Senex de Marchia, ſive quae Tarviſina, ſive quae Anconitana dicitur.
(9) *Quantos Villanos &c* Ruſtici excreſcente Pado ad aggeres conſtruendos, ſeu farciendos compelluntur.
(10) *Contrabbandi*. Fraudes in vectigalibus.
(11) *Speciara bilantia*. Bilances Pharmacopolarum.

Dilectae Bertae tantas ego mitto ſalutes,
Cui totam milzam, totam quoque trado coradam,
Denique me ſteſſum, robbam, vaccamque Bonelam.
Sic ait, et rurſum brazzato Cingare, magnum
Suſpiramentum pulmone cavavit ab imo.
Cingar promittit, quamvis attendere neſcit.
In preſſam vadit, Bertamque trovare caminat.
Tognazzus remanens (1) in ſtroppa ſiſtere neſcit,
Spudazzatque ſuper palmas, ſurſumque braſolas,
Calzas bis tirat (2) ſtringa mollante rapatas.
Mox digitis quaerit (3) buſcas ſubtiliter omnes,
Oſtentatque albam circum colare camiſam.
Saepe manu palpat teſtam, canamque pelucam,
Et flavos amor eſſe facit parere capillos.
Foppas (4) criſpatae ſtudiat diſtendere frontis,
Et (5) lixiazzo vultum fat ſtare tiratum.
Sberzatos (6) oculos tum Bertae purgat amore,
Quos miſer expleto vix ter purgaſſet in anno.
Naſum tangentem barbozzum ſmerdolat ungis,
Qui colat, et cornu ſoſiat, porriſque rigeſcit.
Bucca tumet, longeque cadunt in pectora bavae,
Ut quandoque boves vidiſtis fundere vecchios.
Currit ad (7) albiolum, vel dicunt eſſe canalem,
In quo villani vaccas beverare ſolebant.
Hic bene ſe ſpechiat, Narciſi more galanti;
Hic quoque (8) barbozzo naſum videt eſſe tacatum,
Hicve povinatos oculos, ſemperque bagnatos,
Hic deſdentatas ſe mirat habere ganaſſas,
Haec tamen ob nimium formoſa videntur amorem.

Ap-

(1) *In Stroppa*. Neſcit contineri.
(2) *Stringa mollante*. Funiculis laxatis femoralia cadebant.
(3) *Buſcas*. Feſtucas. Etruſc. *buſco*.
(4) *Foppas*. Foveas.
(5) *Lixiazzo*. Lixivio.
(6) *Sberzatos*. Lippos.
(7) *Albiolum*. Alveum, vel ligneum, vel marmoreum, ad quem Boves potum pergunt, Ruſtici noſtri vocant *Albio*.
(8) *Barbozza*. Mento.

Aptatur capiti (1) muſolenta bireta taeri,
Cujus in extremo roſa candida ponitur orlo.
Ad pompam lateri coltellum taccat, habentem
De bufali cornu manicum, (2) viraſque d'otonis,
Cujus ſtringa ligat pendentem roſſa guainam.
Praeterea borſam triplici volitante fiocco
Fert (3) bagaronis plenam, levibuſque doinis.
Interea Cingar Bertam ſimulare comandat,
Quae (4) bombaſinam veſtivit protinus albam,
Seque galantinam plus conſuetudine fecit.
Pectinat, et triplici connectit in ordine trezzas,
Atque (5) cerudellos ferro facit inde fogato.
Scufia (6) trezzonem tremolantis plena covertat,
Lenzaque (7) per mediam frontem bene commoda fulget.
Poſt haec velamen gialdi ſubtile coloris
Imponens humeris, ſuper ubera lactea traxit,
Pectoreque in medio (8) gucchiam transfigit ahaenam.
Ergo dies feſtus, quo villica turba ſub ulmo
Ballabat (9) piſaris Piva ſuciante duobus,
Affuit: huc Cingar venit, quem Berta ſecuta eſt,
Atque ad ballandum ceperunt mittere mentem.
Hic variis homines foggis ſaltare videbant,
Sed tanto ſtrepitu, quod tellus tota tremabat.
Alter cum ſaltu ſe portat in aera tundo,
Alter ſe circum bis terque, quaterque volutat,
Alter dum ſaltat pede tangit terga puellae.
Is rectum caram ſaltum facit ante moroſam,
Iſque capriolam faciendo per aera pirlat.

Ille

(1) *Muſolenta*. Muccoſus Pileolus.

(2) *Viraſque d'otonis*. Manubrii extrema auricalco circumligata.

(3) *Bagaronis*. Moneta duobus obulis aequivalens.

(4) *Bombaſinam*. Veſtem albam goſſipio contextam.

(5) *Cerudellos*. Cincinnos.

(6) *Trezzonem*. Capillorum congeriem.

(7) *Lenzaque*. Fimbria in acumen deſinens, & ad mediam frontem ſe extendens.

(8) *Gucchiam*. Acum.

(9) *Ballabat*. Choreas ducebat.

Ille rotat multum (1) propter ſtraccare puellam.
Ipſe pagans ballum, clamat, mihi fac (2) matarellum,
Fac ſpingardojum, fac ſpannam, mazzaque croccam,
Facve ferareſam, fac muſcam, facve pavanam.
Alter ſed nimio factus ſudore fiaccus,
Boccalum vacuat ternos ſpendendo quatrinos.
Plus veniunt pifari ſemper bofando gajardi,
Quos (3) retridare audis lingua friſolante pavanas,
Nec fallare ſciunt ſtoppando foramina quaeque.
Interea ballus ceſſaverat, ut ſolet, unus:
Aſpettant pifari (4) quis ballum ſolverit altrum.
Jamque locum proprium tunc faemina quaeque piarat,
Sugabant omnes faciem ſudore colantem.
Cingar habet roncam, ſubito quam calce ficavit,
In terram, ſpiſſaſque cavat de corpore faldas.
Tum gravidam numis burſam trahit extra laſenam,
Sexque (5) carantanos piſaris ſborſavit avaris,
Namque bonam tenuit nunquam ſua taſca monetam.
Inde cavans brettam, curvumque pigando zenochium,
Quae plus formoſa eſt, damigellam primus achiappat,
Caetera mox alias mulieres turba receptat.
Cingar (6) corazzam quoniam ſpojarat onuſtam,
In (7) giupparello levis eſt, multumque legiadrus,
Ballarinus erat qui villa primus in illa,
Danzas (8) piſſaricas jotam non praeterit unum,
Ireque (9) poſt ballum multum gridando comandat,

X Qua-

(1) *Propter ſtraccare.* Ad defatigandam.
(2) *Matarellum.* Ruſticae cantilenae diverſa nomina, ad cujus modulum choreae diverſimode ducebantur.
(3) *Quos retridare &c.* Flatum criſpantes, & vocem.
(4) *Quis ballum &c.* Qui pro labore Tubicini pretium ſolvit, dicitur: *Pagare il ballo.*
(5) *Sexque carantanos.* Germanice *Kreutzer* quorum ſex viginti obulorum ſumam complent.
(6) *Corazzam.* Graviorem veſtem.
(7) *In Giupparello.* Succinctus veſte leviori.
(8) *Danzas piſſaricas.* Chorĕas ad numerum ad amuſſim ductas.
(9) *Ireque poſt ballum.* Ducta chorea, ruſticana voce, choreas produci jubet. *E che la vada.*

Digitized by Google

Qualis caprettus quum Sol damatina levatur,
Egreditur ſtalla materno lacte cibatus,
Undique diſcurrit, morbezzat, guizzat in altum,
Nec valet (ut dicunt) in brena ſtare ligatus:
Talis Cingar erat, poſuit qui quando corazzam,
Tres equidem cubitos balzo ſaltabat in uno.
Mirabant omnes bene ſic ballare videntes,
Nunc drittus ſaltat, nunc tundus, nunc pede ſolo.
Jamque Tognazzus adeſt, palmamque tenebat utramque
Galleni junctam, gobbas nec habere videtur.
Quas natura negat vires, amor, arſque miniſtrat,
Diſteſas portat gambas, calceſque legeros,
Vix premit in tenero vadens ſabione pedatas.
En contra Bertam gambis ſe plantat apertis,
Mazzuccuſque ſenex illam (1) doniare comenzat.
Accortus talem tractum jam Cingar adocchiat,
Atque (2) ferans oculum Bertae ſaepiſſime cignat.
Pratica Berta prius, quae notat Cingaris artem,
Stat verecunda, tamen modicum relevabat ocellos,
Oreque (3) redidulo blandas motabat ochiadas.
Oh, penſare potes, quales in corde (4) faſellas
Vel ſbolzonadas Tognazzus alhora piabat.
Pallidus in facie quum ſuſpirare volebat.
Spudabat (5) liquidos, et largos (oibò) macagnos,
Nunc ſtat ſupra pedem dextrum, nunc ſupra ſiniſtrum,
Saepe caput gratat, non motu ſaldus in uno
Staſſet, quin ſe ſe moviſſet trenta fiatas.
O piſſa ſanguis, ſecum parlando ſuſurrat:
Heu! cur bella meum ſcorias Berta magonem?

Cin-

(1) *Doniare*. Amantium mere adſpicere.

(2) *Atque ferans oculum*. Altero oculo clauſo Bertae adnuere.

(3) *Oreque rediduio*. Verecundo ore Tognazzi amoribus ſe ſimulat correſpondere.

(4) *Faſellas*. Faculas.

(5) *Spudabat*. Craſſam pituitam emittebat.

Cingar aviſarat jam plures ante vilanos,
Ut poſſent ſguaitare ſenis movimenta Tognazzi.
Omnes parebant riſi mangiaſſe mineſtram.
Sed non credit, eos pro ſe ridere Tognazzus.
Immo magis (1) cignat Bertae, cui Berta recignat,
Bertaque (2) dat bertam beitezans, atque bretonans.
Dum Cingar ballat, Tognazzo vadit appreſſum,
Et compagnonem faciens ſic parlat orecchiae:
Quid tardas? quid ſtas? non Bertam cernis adeſſe?
Illa cupit (ſi vis) tecum ballare parumper.
Sic dicens paſſat, monſtrat dixiſſe negotiam.
Non bis Tognazzus ſibi cauſam dicere fecit,
Ad Bertam celerat, ſi vult ballare dimandat.
Illa bochinellum faciens, blandumque muſinum,
Et caput inchinans, laevam porrexit apertam,
Unde ſimul ſtrictis manibus danzare comenzant.
Continuo grandem commovit quiſque riſatam,
Claudere ſed riſum Cingar jubet hic, jubet illic,
Nam ſic ridentes potuiſſent rumpere feſtam.
Cingaris illic erant Compagni quinque giotones,
Brunellus, Francus, Sguerzus, Schiavina, Brioſſus,
Qui ſemper verbis alios ſchernire parantur.
Tres (3) quoque ſtrepadas chordae ratione dediſſes
Illis, abſque alia confeſſione picandis.
Ergo bretonabant illum ſub murmure baſſo,
Sed non tam baſſo, quin ſentiat omnia clare.
Alter ait: quantam deſtrezzam monſtrat habere!
Alter ait: cernis (4) quantum de ſchena levetur?
Alter: ſic levis eſt, quod non diſrumperet ovum.

X 2 Al-

(1) *Cignat &c.* Ultro citroque nutibus colloquuntur.

(2) *Bertaque &c.* Illudit.

(3) *Tres quoque &c.* Homines jam promeritos, ut fune torqueantur, & in patibulo ſuſpendantur

(4) *Quantum de ſchena.* Quanta vi.

Alter: ſaltaret melius, niſi veſta gravaret.
Alter ait: verum dicis, ſe namque legiadrum
Monſtraret melius, Bertæque placeret Amighae.
Tognazzus ſentit, magis unde gajarditer altos
Fert garlatones, coelumque toccare videtur.
Credit Evangelium (1) quicquid dixere giotoni.
Zornejam (2) ſpojat ſubito, ſtringaſqne relentat,
Et porgens brazzum Bertae tirare comandat,
Sicut ab alterius tirare ſolemus ajutto.
Illa pians ultro manicas utraſque Camiſae;
Improviſa tirat, non advertente Tognazzo.
Qui, dum Berta cavat, ſentit ſeguitare Camiſam,
Et reparare volens hunc caſum pauper homazzus,
Millibus in ſtrazzis teſtam vilupatus habebat.
Sed magis illa tirat, ſequitur magis illa tirantem,
Valdeque sbrajabat, laſſa codeſella camiſam,
Dumqne trahebatur (3) non ſe, nullumque videbat.
Semiſpojatus erat, ſtringaſque molaverat ante.
Ergo cito properat Cingar, braghaeque picajas
Solvit, et altandem nudus miſer ille remanſit.
Uſque ad garlettos caſcarunt illico ſtrazzae.
Tanta repentinam cepit riſarola brigatam,
Quod centos (4) illic Marguttos eſſe putaſſes.
Ille ſcapare viam voluit, monſtrando pudenda,
Sed velut in ſtoppa (5) poleſini pes gatiatur,
Sic ad calcagnos bragas Tognazzus habebat.
Arripiens curſum, talem dedit ante ſtramazzum,
Quod Tamburini ſonitum ſua panza ſonavit.
Concurrunt omnes nudum guardare Tognazzum;

Oy

(1) *Credit Evangelium*. Supra explicatum: veriſſimum, eſſe credit.
(2) *Zornejam*. Superiorem veſtem.
(3) *Non ſe &c.* Clauſis erat oculis.
(4) *Quod centos*. Marguttum riſu nimio periiſſe, ſupra Poëta dixit.
(5) *Poleſini pes gatiatur*. Tenelli pulli pes ſtuppa impeditur. Proverbium plebi frequens.

Oy oy, clamabant, oy oy, quae coſa novella!
Ipſe manum ſupra numos, burſamque tenebat,
Quapropter vergogna ſuum morzavit amorem.
Omnia vincit Amor, pudor hic ſuperavit amorem:
Biſcurat (1) Beitam, ſe vergognando, moroſam.
In pede ſaltatus currit velocius Haedo.
Jam non longaevas moſtrabat habere pedanas.
Non unquam vidi tam praeſtum currere Gattum,
Qui ſine cautela (2) cuppis cimigaſſet ab altis,
Sicut mirabant illum (3) ſgombrare paeſum.
Perveniens tandem ſolus ſub tegmine fagi,
Propter vergognam caput in tellure ficabat,
Tollere non audens frontem, ſic iſta loquebat:
O Tognazze ſenex, quae te diſgratia cepit?
Nonne tuum cernis, pauper meſchinule, ſcornum?
Nuper (4) zanzabam, mulieres eſſe ribaldas,
Et deberemus Macometti credere legi,
Pluſquam falſiloquis mulierum credere frappis;
Et video Bertam me nunc trapolaſſe gajoſſam?
Heu quia penſabam ſuper omnes eſſe beatus!
At ſventuratum, me (5) ſojant, meque caleſſant.
Conſiliare ſcio reliquos, conſejare me ipſum
Neſcio, culpa mihi ſola eſt reputanda gazano.
Conſilium nihil eſt, hoc ſi quis negliget uti.
Conſilium male dat, quiſquis male ſuſcipit illud.
Me ſteſſum veſchiaſſe pudet, nec amore ſuperchio
Errorem novi, donec vergogna capellum
Suſtulit, eque meo caſcavit Maſcara vultu.
Poſt damnum pentire valet, mihi crede, nientum.
O nimis improprium ſenibus, vecchiſque bavoſis,
Pectus amoroſo plenum geſtare bruſoro!

Id

(1) *Biſcurat*. Oblivifcitur.
(2) *Cuppis cimigaſſet*. Inverſo capite e tecto cecidiſſet.
(3) *Sgombrare paeſum*. Fugere.
(4) *Zanzabam*. Praedicabam.
(5) *Me ſojant*. Irrident.

Id ratio prohibet, tenuis non ſuſtinet aetas,
Fert ad calcagnos mortem, guardatque ſepulcrum.
Dum ſic vilificat ſemet, Zambellus arivat,
Cui proprios geſtat pannos, ſimul inde recedunt.
Tres ſtetit is menſes omnino latenter ab omni
Compagnia hominum, tamen alto corde cadenam
Rodit, diſponens ſe vindicare, nec ipſa
Cingaris, et Bertae fallax injuria caſcat.
Utilitas ſed quae fuerat ſcornaſſe Tognazzum?
Eſt quod erat Villa primus reputatus in illa,
Creditus, at cecidit tunc omnis Cingaris aſtu.
Monſtrabatur enim digito ſi quando patebat,
Et ſic ceſſavit Reverentia barba Tognazzi;
Cingaris (1) et melius poſſet maſinare molinus,
Qui quoque amicitiam Zambelli curat habere,
Qualiter hic etiam ſibi poſſit rumpere collum.
Is poſtquam robbae ſe viderat eſſe patronem,
Non valet (2) in ſtroppam reſtare factus alegrus.
Ponere cervellum ſtatuens in rebus agendis,
Diſponenſque caſam multis (3) richire facendis,
Uxorem clamat Laenam, nos, inquit, habemus
Ad corpus lanchi (4) veluti ſquaquarare valemus.
Non ultra faciet nos Baldus vivere ſtento,
Stat quia ſub terra plus ſtrictus gatte ligatus,
Nos mercantiam pariter faciemus, ad Urbem
Quotidie vadam plures (5) trafegando richezzas;
Laena ſuperbando dixit: num care marite
Scis, quod me voluit cum ſtanga battere Berta?
Aſt ego cum rocca lino bruſante cucurri
Poſt illam, fecique ſibi moſtrare quadernum.

Zam-

(1) *Cingaris &c.* Et melius poſſet Cingar ſua fraude uti.
(2) *Non valet in ſtroppam*. Se cohibere impos.
(3) *Richire*. Diteſcere.
(4) *Veluti ſquaquarare*. Scialare. Prodigere.
(5) *Trafegando*. Mercaturae vacando.

Zambellus dixit: voluit te battere Berta?
O mala ſomna quidem; vindictam vis faciamus?
Hic mihi deſpettus non ſopportabitur umquam.
Ergo ſimul tacitis ſe accordavere parolis.
Circa quinque horas pariter de nocte levabant,
Ante fores Bertae pleno cum ventre cagabant,
(Parce, rogo, lector mea ſi nunc muſa puzabit.)
Berta levans ſtrato ſemper damatina catabat,
Lombardis (1) quais ſua limina plena novellis:
Cingar habens (2) caudam vulparum more pelatam:
Iſtam Zambelli confeſtim judicat artem,
Quotidie merdam vaſum mittebat in unum,
Donec complevit tali de ſtercore totum.
Berta ſtupeſcebat, cauſamque requirit ab illo;
Sed Cingar noſcens quod foemina vas ſine fundo eſt,
Semper dicebat, cognoſces denique cauſam.
Mox illam tollens urnam de foece pienam,
Deſuper infundit completum melle bocalum,
Quod tu juraſſes, merdam mel eſſe daverum;
Hancque ſuper tollens humeris ſe drizzat ad urbem.
Ecce procul vidit Zambellum, protinus illum
Advocat: O, dicens, o mi Zambelle ſodalis,
Expecta, quaeſo, non me cognoſcis adunca?
Sum Cingar, tam grandem qui tibi portat amorem.
Quomodo ſtas vel tu, vel quomodo ſtat tua Laena?
Tocca manum, certe mihi pares eſſe gajardus,
Atque bonam cieram (3) facies tua monſtrat habere.
Zambellus, inquit, ſum ſanus, ſumque gajardus,
Sed quidnam portas barilotto, Cingar, in illo?
Tunc fingens Cingar ſe ſtraccum, dixit, ajuta

Iſtud

(1) *Quais*. Coturnicibus longobardis. Sic mimice, et per jocum ſtercus appellatur.

(2) *Caudam &c.* Modus dicendi Italis familiaris. *Porta la coda pelata, come la volpe vecchia*. Ad inſolitam hominis calliditatem exprimendam.

(3) *Atque bonam cieram*. Et color vultus bene te valere oſtendit.

Iſtud, ajutta precor, de ſpallis mittere pondus.
Zambellus poſitis manibus (1) diſcarigat illum,
Inde rogat, vaſo rurſum quid portet onuſto?
Cingar reſpondens monſtrat parlare daverum:
Berta tibi mandat grates, chariſſime centum,
Quam tu feciſti tanto de munere dignam.
Quamvis aeternum modo te penſaverat hoſtem,
Cugnatum tamen eſſe bonum cognovit adeſſum.
Namque ſuper limen quidqnid de nocte cagabas,
Omnes matinas ſojum ponebat in iſtum,
Et nunc ſpero quidem multos acqnirere numos.
Zambellus ſtupefactus ait: doh codeſella!
Tune meam poteris vendens ſpazzare carognam?
Me buttare viam (2) faceres bragaglia Cingar,
Penſarem te poſſe meam ſi vendere merdam.
Cingar ait: cur non? provam Zambelle videbis:
Ergo dum parlat, traxit de fora ſpinettum,
Qui ficabatur medio ſtepamine vaſis.
Ecce tenella foras cito fezza liqueſcere cepit.
O piſſa ſanguis, dixit, jam ſtoppa foramen,
Stoppa rego, Cingar, merdas odor indicat eſſe.
Sed quis caſtronus merdam comprabit adeſſum?
Cui Cingar, mecum venias, miranda videbis,
Et ponens illum Zambelli tergore ſojum,
Ante caminabat creppans in pectore riſu.
Ut fuit in piazza mercatus ubique parebat,
Namque die ſabati mercatum Mantua promit.
Cernitur hic variis de rebus maximus ordo,
Hic mercadantes ponunt in moſtra botegas,
Et quibus argentum, (3) ganzantus, ſeta velutum,

Cam-

(1) *Diſcarigat*. Sarcina exonerat.

(2) *Me buttare &c.* Propter rei novitatem, me faceres projicere ſemoralia.

(3) *Ganzantus*. Verſicolor.

Cambellottus item, raſus ſpectatur, et aurum,
Et centum panni fini, variique coloris.
Hic quoque (1) Brettari diverſas ordine brettas
Diſtendunt Italas, Franceſas, atque Spagnolas.
Bretarolorum ſatis es, mea Mantua, plena,
Unde patet (2), quod multa viris ibi lana toſatur.
Hic centum ſcatolas Speciarus quiſque doratas
Emittit gravidas (3) coriandibus, atque pignolis,
Mandolibus rancis (4), anicis, dulcique canella;
Garzoneſque parant muſcas dulcore lecardas.
Diſcurrunt, celereſque volant, trutinaſque manezant,
Et cum piſtillo mortaria bronzea chioccant.
Hic quoque ſparpagnant (5) Merzadri multi facendas,
Stringas, cordones, burſellos, cingula, guantos,
Taſchellas, ſcufias, ſcufiottos, cultra, guainas,
Carneros, fibias, calamos, calamaria, cordas,
Pectina, ſpechiettos, zampognas, atque ſonajos.
Hic Boccalari ſua vaſa tulere videnda:
Boccalos, medios, bocalazzos, et bocalinos,
Urces, urcettos, ſcudellas, et ſcudelottos,
Cadinos, (6) baſias, piattos, orinalia, cuppas.
Hic Calzolari ſcarpas monſtrare galantas
Sollicitant, (7) soveros, pianellas, atque ſtivalos.
Ferrari pandunt cavedones, atque (8) gavalos,
Martellos, falces, (9) gradeſellas, ac (10) podarolos.
Hic Salcizzari plenos de carne budellos,

Y Vel

(1) *Brettari*. Pileolorum Opifices.
(2) *Unde patet &c.* Plures ibi tonderi, ubi indigent caput operire valde conſentaneum. Hoc tamen eſſe allegorice dictum, nemo non videt.
(3) *Coriandibus*. Coriandris. Semen notum.
(4) *Mandolibus rancis*. Amygdalis prae vetuſtate oleaginoſis.
(5) *Merzadri*. Hoc vocabulo a nobis exprimuntur, qui ſequentes res vendunt.
(6) *Baſias*. Ligneas patinas patulas.
(7) *Soveros*. Calceas, quibus ſuber ſit ſuppoſitum.
(8) *Gavalos*. Vocabulum Parmenſibus familiare, quo exprimunt bathillum ferreum, quo ad ignem utuntur.
(9) *Gradeſellas*. Crates ferreas culinae inſervientes.
(10) *Podarolos*. Falces ad potandum.

Vel cervellatos, ſalcizzas, vel cagaſangos.
Hic Hortulani, ravanellos, porra, capuzzos,
Verzas, lactucas, ac allia freſca, ſalatas.
Turba Vilanarum genus omne polaminis affert,
Polaſtros, occas, gallinas, ac anedrottos.
Hic quoque Fornari ſchizzadas, atque fugazzas,
Panem buffetum, (1) baricocola freſca, (2) bucellas.
Hic formajari formajum pondere ſpazzant,
Caſos, caſettos, maſcherpas, atque botirum.
Hic Zarattani, buſſolos, denteſque cavatos,
Petras veſſigae, radices, ferra, bragheros.
Hic Tornitores, fuſos, (3) capiſteria, rocchas,
Atque pivas illas, per quas criſteria ponunt.
Hic ſtant Aurifices diverſas vendere giojas,
Et qui zibettum, Muſchium, venduntque coronas.
Hic homines tandem venalia quaeque tenebant.
Cingar Zambellum geſtantem tergore fezzam,
Diſſimulans frontem, (4) Speciarum dixit ad unum;
Cui dixit, primam cito pronuntiando parolam:
Vultis Apum merdas iſtis comprare, Magiſter?
Ille Speciarus ridens ea verba notavit,
Quod dicebat Apum merdas mel eſſe daverum,
Ac illum quemquam cito judicat eſſe (5) Bufonem.
Zambellus tamen hanc non intellexerat artem;
Tunc preſtus digito Speciarus melle ficato.
In boccam poſuit, ſtercus tangendo nientum.
Ambo mercatum faciunt, tres accipit aureos
Cingar, qui fingit pocham tiraſſe monetam.
Inde Speciarus vaſum vacuare volebat:

Un-

(1) *Baricocola*. Panis cum ovis, et butyro in rotundam formam reductus.
(2) *Bucellas*. Idem panis in corollas effictus.
(3) *Capiſteria*. Quod rerum cujuſcum-que capiti affigitur. *Pomello*.
(4) *Speciarum*. Pharmacorum venditor.
(5) *Bufonem*. Mimum, ridiculum hominem.

Unde magagna ſtatim patuiſſet Cingaris omnis:
Ipſe ſed extemplo reſpondit, deſine ſolum.
Nunc redeam quaſdam vado comprare facendas,
Inde meum reddes vaſum, cum venero nunc nunc.
Dixerat, et clamans Zambellum preſtus arancat,
Sic et oſellatus Speciarius ille remanſit,
Nam (1) Vulpes etiam vecchiae quandoque truſantur.
Quintus habet finem, metris male quippe dolatum,
Non ego plus habeo cantandi, credite, vojam,
Verſificare quidem non eſt ſcolare piombum.

(1) *Nam vulpes &c.* Proverbium nobis familiare. *Anche delle volpi vecchie ſe ne pigliano.*



ARGUMENTUM

IN SEXTAM MACARONICEN.

CArpitur invidia Zambellus propter aquiſtum,
Quem fecit, Merdas Cingar habendo ſuas.
Mercadantiam talem exercitare parecchiat,
Complerat grandem ſtercore jamque Tinam.
Cujus Materiae Brentam portavit ad Urbem;
Quis comprare velit ſtercus, ubique petit.
Sentit eum, ſtangamque rapit Speciarus, & urnam
Frangit, Zambellum foex liquefacta lavat.
Plebs ruit, apprendunt Zambellum, carcere ponunt:
Conſueta Cingar quem tamen arte cavat.
Praeterea Laenae parens, it vendere vaccam,
Cingar eam hebraea veſte copertus emit.
Eſt data Mercati pro merce credentia ligni,
Namque in credenzam tollere juſſus erat.



M·E·R·

Digitized by Google



MERLINI COCAII

POETAE MANTUANI.

MACARONICE SEXTA.

Ferte cito famuli pennam, calamare, papirum;
Materiale venit ſcribendi grande talentum.
Fugerat omnis enim mihi nuper voja canendi,
Et mea ſtridebat raucum (1) ſordina bilirum.
Maxima Zambellum meravilia ceperat ergo,
Mercatumque ſuae vult exercere me merdae.
(Parce iterum, lector, timui proferre, ſed ipſam
Proſequor hiſtoriam per vera vocabula veram.)
Cingar non rediit Speciaro melle gabato,
Zambelloque (2) dedit cantonem valde ſtupenti.

Qui

(1) *Sordina*. Inſtrumentum quodlibet muſicum obtuſum reddens ſonitum.

(2) *Dedit cantonem*. Abdidit, ne videretur.

Qui cagat in bragas, modo namque comederat uvam,
Quam ſervare volens per forzam continet intro,
Cum qua diſpoſuit magnos implere (1) Tinellos.
Tres emit interea pro Laena conjuge fuſos,
Cipadaeque illos miſit pagando Fachinum,
Tres valuere trinas fuſi, portario quinque.
Poſtea de ſalſa compravit carne (2) mezenum,
Quem redeundo caſam multo ſudore ferebat.
Sed jam non poſſens tantam ſoffrire fadigam,
Hunc ſtraſſinabat per terram more carognae,
Solaque reſtavit ſine lardo codiga tandem.
Laena gridans illi convicia plurima dixit,
Inde tracagnadis multis ſua terga polivit,
Nam pluviae ſemper poſt magna tonitrua caſcant.
Sed vix Zambellus (3) piſtas ſuſceperat illas,
Complevit largum merdoſa faece Tinazzum,
Cingaris officio ſperans acquirere nummos,
Quotidieque facit ſecreto cagare vilanos,
Nam timet hanc artem fortaſſis Laena vetaſſet.
Si pro vergogna ſprevere cagare Vilani,
(Quamvis ignorent quid ſit vergogna gajoffi)
Illos parabat multas donando (4) quatrinas.
Omnes ignorant, quid vult ea dicere merda.
Undique per gentem vadens Zambellus amorbat.
Ergo die quadam tulit ipſo in tergore zerlam
Plenam (5) de (baſta) vel poſſunt dicere Brentam,
Quam ſpallis geſtans, (6) zerlotti ſicut uſantur,
Ac uti Breſſanam cernis portare per Urbem,

In

(1) *Tinellos*. Cados.

(2) *Mezenum*. Hoc vocabulo utimur ad explicandum integrum lardum, quod e dimidio Suis ſolet eſſe.

(3) *Piſtas*. Verbera.

(4) *Quatrinas*. Supra dixit *trinas*. Minimae pecuniae genus.

(5) *Plenam de (baſta)*. Quo ſordenti nomine huc uſque uſus eſt, uti nunc erubeſcit.

(6) *Zerlotti*. Ciſtae profundae, manicis inſtructae, quibus brachiis, et humero aptantur.

In plateam veniens, (1) ſbrajabat eundo per omnes
Contradas, o, quis vult hanc comprare tenellam,
Atque ſaporitam merdam? modo fecimus illam,
Et grandem vobis faciam vendendo placerum.
Sed mala guidabat poverum ventura, quod ipſe
Ad quartam ſtradam Speciarum praeterit illum,
Quem modo ſcornatum Cingar maledettus habebat.
Quando Zambellum, *alla merda*, dicere ſenſit,
Piſtonem piperis jecit, ſtangamque piavit;
Inde pianinum vadens, poſt terga cucurrit,
Atque ſuper ſputans palmas, baſtone tenaci
Percuſſit Brentam magno reboante fracaſſo,
Quae reſoluta ſuis (2) ſpezzatis undique circhiis,
In faſces ivit (3): mox ſtercora tota liqueſcunt,
Per faciemque fluunt Zambelli vociferantis.
Totus de merda parens hinc inde ſcapinat;
Sed Speciarus eum non laſſat prehendere poſſam,
Perſeguitat, ceſſatque nihil menare tracagnum,
Exclamat miſer ille gridans aſinaliter, oyme!
Nunc iſtam, nunc illam ſe inficando botegam.
Turba puellorum currit, day day quoque clamat,
Saxa tirant, (4) ravas marzas, et mille carognas.
Currunt brettari ſemper burlare parati,
Matronae teſtas extendunt ſupra feneſtras.
En cavalerus adeſt zaffis ſeguitantibus illic:
Quid ſit hoc immenſum vult bravus noſcere murmur.
Accuſatur ibi Zambellus per Speciarum,
Quod ſibi vendiderat merdam ſub melle latentem.
Zambellus negat hoc dicens, non ille daverum
Sum, Meſſere, fuit Cingar ladrus, atque giotonus,

Quem

(1) *Sbrajabat*. Clamabat.
(2) *Spezzatis undique circhiis*. Circulis fractis, quibus partes uniebantur. *Rotti cerchii*
(3) *In fasces ivit*. In fruſta diſcerpta.
(4) *Ravas marzas*. Fracidas ravas.

Quem Praetor voluit tantas piccare fiatas.
Sed quando vidit ſignum Bariſellus apertum,
Zambellus quoniam factus de ſtercore paret,
Hunc in communi preſone ferare comandat.
Cingar id advertens non reſtat more (1) Tacagni.
Laenam Zambelli femnam retrovare cucurrit,
Quae triſtis flebat pro cari morte mariti,
Nec ſcit partitum, quo vinclis liberet illum.
Cingar ſingultu crebro ſua lumina ſugat,
Zambelli quoniam deſtinum plangere fingit;
Et confortabat tamen illam voce trementi.
Ecce repentino veniens quoque Berta (2) viazo,
Denotat offenſas dimenticaſſe vetuſtas.
Currit in amplexum (3) rauco sbrajore ſororis,
(Sic ordinarat Cingar baſtardus ad illam)
Dicens: heu quia cognatum, pariterque maritum
Appiccare meum ſtatuunt, plantareque forcas
Supra (4) Tyum vidi! quem, cara ſorella, guadagnum
Zambellus fecit? vadat ſeguitare Tognazzum:
Dic, quid aquiſtavit? tuus, et meus ecce maritus,
Quomodo Tognazzi ſola cagione picantur?
Talia daſennum bona foemina creditur eſſe,
Cingaris altorium ſupplex (5) Marzocca dimandat.
Cingar ait; contentor ego, mea Laena ſorella,
Zambellum, Baldumque ſimul riſcodere noſtrum.
Sed lex difficilis comandat, juſque Palazzi,
Carcere nemo (6) tratur, niſi Burſa piena vodatur.
Attamen ecce meam taſcam, donoque meipſum,
Zambellum noſtrum quam preſtius extra cavemus.

Tu

(1) *Tacagni*. Litigioſi cujuſdam hominis. anis omnibus notus. In ſubſequentibus notis vide nominis Ethymon.

(2) *Viazo*. Inopinato itinere.

(3) *Rauco sbrajore*. Rauco clamore.

(4) *Tyum: Sopra il Te*. Locus Mantuanis omnibus notus. In ſubſequentibus notis vide nominis Ethymon.

(5) *Marzocca* Barda, et ſtolida.

(6) *Nemo tratur*. Nemo carcere extrahitur, niſi vacua crumena.

Tu quoque, ſi quid habes nummorum, tradere debes,
Denariiſque tuis paucis, Bertaeque, meiſque
Zambellum forſan de Furchae morte cavabo,
Namque ſuſurratur, quod nempe picabitur ille.
Me miſeram, tunc Laena gridans, feſtina volavit,
Quantos in coſino denaros invenit, affert,
Qui ſunt ex numero (1) Marcelli forte triginta.
Cingar eos brancat ſubito, numeratque negottam,
Atque ſuos etiam (2) ramezantes, (neſcio quantos)
Carlinos sborſat, quos omnes ſpendere zurat
In Maleficio, Zambelli propter amorem.
Tunc cito diſcedens Bertam reſtare comandat,
Quae ſtet alegra ſimul cum Laena, namque cavabit
(Si nummi fle&unt animos) utrumque maritum.
Sic ait, et properans Mantöam pergit ad urbem.
Si nummi fle&unt animos, ſententia noſtri eſt
Cingaris; eſt dandus Primatibus iſte boconus,
Officium quibus eſt Ladrones tradere furchae,
Diſmorbare vias Saſſinis, parcere nulli;
Quos gula Juſtitiae (non auri) ſola coar&et:
Namque niſi poveros inopes, ac aere carentes,
Cernimus aſcribi furchae, ceppique macello;
Non tamen hi noſtri Magnates atque Signores
Attendunt, quoniam ladros ſine jure ſecundant,
Et melius furchae poenam gens illa ſubiret,
Quae fert Juſtitiae curam, quam juſtitiandi.
Non ego Re&ores dico, ſan&umque Senatum,
Sed quos in domibus propriis tendruntque, foventque;
Sunt etenim quidam furfanti, vel marioli,
Quos data libertas dominis, facit eſſe ſuperbos,
Sunt quia Praetoris, vel magna fameja Palazzi,

Z Et

(1) *Marcelli forte triginta.* Triginta obulos *Trenta marcelli ſoldi.* Niſi forte e Pontificis nomine *Marcellos* vocet, qui nunc vocantur *Giulii*, o *Paoli*.

(2) *Ramezantes.* Ex aere, non auro, aut argento.

Et quibus eſt tantum ſpadas portare facultas.
Omnibus (1) objicitur taccare galonibus arma;
Attamen his tantum fiunt conceſſa bravoſis,
Et quoddam magnum decoris ſibi nomen aquiſtant.
Quid? num ſoldati regis, choriſque barones?
Non ita, ſed sbirri, zaffi, gens brava parolis,
Qui malefactorem ſi quemquam prehendere vadunt,
Prehendere non ſatis eſt, prius at ſpojare comenzant,
Perque (2) bragarolum nummos cercando requirunt.
Is ſibi mantellum, brettam capit iſte, ſed ille
Sajonem, veluti ſibi ſolis furta licerent.
Unde miſer, ſicut Chriſtus, bene dicere poſſet,
Diviſere ſibi mea veſtimenta ladrones.
Impietas non eſt mundo crudelior iſta,
Inſtituuntur enim pro caſtigare giotones,
Hi tamen occulto ſub textu juris abarrant,
Saſſinant homines, robbam cum ſanguine zaffant.
Sed (3) colera ſuperor, nec eos tantummodo damno;
At qui conſtituunt illos, implentque favore.
Cingar arivarat dudum feſtinus ad urbem,
Sponteque bottegam Speciari paſſat inantum,
Qui merdam comprans (4) ſojattam ceperat unam,
Fecerat et poverum Zambellum carcere poni.
Ipſe foras (5) viſo confeſtim Cingare ſaltat,
Et ſeguitando procul sbrajat: ſta, brutte caveſter,
Sta, manigolde, meos dinaros redde, ladrazze.
Tu mihi vendiſti fezzam pro melle, beccone.
Tunc Cingar teſtes quoſdam feſtinus (6) ataccat,
En teſtate, ait, auditis? teſtate fradelli,
Iſte boſiardus ſtercus compraſſe fatetur,

Non

(1) *Omnibus objicitur*. Omnibus interdicitur.

(2) *Perque bragarolum*. Ipſis in femoralibus excutiuntur.

(3) *Sed colera ſuperor*. Vincor ira.

(4) *Sojattam*. Irriſioni ſe expoſuit.

(5) *Ipſe foras*. Pharmacopola.

(6) *Ataccat*. Acceſſit.

Non a Zambello, quid carcere truditur ergo?
Sic, traditore, putas, unum trapolare bonhomum,
Sicque Poteſtati (1) fenocchium vendere penſas?
Sed tua conticui nimium peccata, ribalde,
Nempe ſcio certe, nec teſtibus ipſe carebo,
Quod tu ſfalſaſti, robbam vendendo, bilances,
Ac unam pro alia non ceſſas vendere coſam.
Nunc ad Palazzum feſtino, citaberis illuc,
Teque para contra multos defendere teſtes:
Crede mihi, faciam tibi (2) ſachezare botegam.
Sic parlans Cingar ficto petit ore Palazzum,
Ac Speciarus habet tali ſermone pauram.
Quid faciat neſcit. (3) Spazzatum ſe tenet eſſe,
Non memorat falſas umquam tenuiſſe bilances;
Attamen oh quantum ſimili pro errore ſcagaitat!
Ergo ſtatim currit poſt greſſum Cingaris, atque
Sic vocat, o, expecta precor, o là expecta pochinum:
Sed mercadanti faciebat Cingar orecchias.
Plus Speciarus eum vocem geminando petebat;
Tandem ſe firmat Cingar, quid viſque? dimandat.
Ille rogat ſupplex, audi, compagne, parolam,
Ne precor accuſes tali de crimine me nunc,
Mox aliquid donabo tibi, nec contra vilanum
Plus (4) piadezabo de ſtercore melle copeito.
Immo tibi giuro, quod eum de carcere trabo.
Cingar ait, certe ſcampaſti grande periclum;
Namque amiſiſſes totam de jure botegam,
Forſitan et Praetor faceret tibi tollere vitam;
Errorem tantum tibi parco nientedimenum,
Quae modo facturus dixiſti, dummodo ſerves.

(1) *Fenocchium*. Mendacium. Metaphora vulgaris.

(2) *Sachezare*. Expilationi exponam tuam pharmacothecam.

(3) *Spazzatum*. Jam condemnatum. *Spacciato*.

(4) *Plus piadezabo*. Non amplius apud Judicem contendam.

Sum contentus, ait Speciarus, mox trahit extra
Taſchellam ſeptem (1) quartos, quos praebuit illi:
Cingar eos tollit Medicorum more negantum,
Preſonemque ſimul poſt haec petiere latenter.
Zambellum clamant, reſtantes extra feratam:
Qui laetus viſo confeſtim Cingare currit,
Et ſupplex aliquem sbrajando petebat ajuttum.
Cingar ait tacens, taceas, dic matte pianum.
De (2) bona voja eſto, paveas, Zambelle, nientum.
Solus ego nunc nunc hoc te de carcere trabo,
Denarioſque meos nil reſto ſpendere pro te,
Et jam pagavi multam nunc uſque monetam.
Hic homo qui mecum eſt, ac te (3) bativit a tortum,
Jurabit, coram populo feciſſe boſias.
Zambellus dixit, ſed quis pagaverit illam
Merdam, quam fracto maſtello perdidit iſte?
Cingar reſpondet, talem mihi deſine curam;
Ipſe tibi merdae donabo trenta barillos.
Ergo cito vadam, nunc nunc exibis ab iſto
Carcere, tuque veni mecum, Speciare, camina;
Hinc ſimul abſentant ſe propter adire Palazzum.
Quo Cingar cauſam Zambelli denique tractat.
Qui tantum fecit cum frappis, atque boſiis,
Ut cavat, atque domi Zambellum miſit alegrum.
Preſonem (veluti mos eſt) tantummodo pagat,

Et

(1) *Septem quartos*. De moneta, quae tunc temporis Mantuae erat in uſu aliquid dicendum. Eadem nomina tunc in uſu erant, ſed valor diverſus. Nomina, quae a Poëta noſtro adhibentur ſunt. *I Soldi*, *Marchetti*, *Bagaroni*, *Bagarotti*, *Trajeri*, *Trentine*, *Ducati*, *Zecchini*. Haec eadem nomina prae coeteris nunc ſunt in uſu. Sed obulorum major valor, aureorum minor. Ducata aurea quatuor libris, cum tribus, et decem obulis aequivaluiſſe certum eſt. Anno 1526 ingenti rei frumentariae urgente anguſtia frumenti menſuram tribus, et triginta libris veniiſſe memoriae proditum eſt, quae ſeptem ferme Ducatos aureos efficiunt; et trium unciarum panem obulo veniiſſe, quod nunc nunquam continget: quod inditio eſt, pluris extitiſſe obulum, quam nunc, et multo minoris aureum. Hic itaque ſeptem quartos intellige Ducatum cum tribus quadrantibus.

(2) *De bona voja*. Laeto animo.

(3) *Batevit a tortum*. Injuria verberavit.

Et nummos, quos Laena dedit ſua taſca guadagnat,
Immo quos fecit Speciarum trare bachioccum.
Sed bona Zambellum redeuntem Laena recepit.
Quomodo? num baſis? laetis num amplexibus? ut mos
Uxoris, carum quae attrectat blanda maritum?
Verum cum ſolido miſerum ſtangone recepit,
Atque (1) coſiduras ſaldavit circa giuponem.
Id fuit ipſius requies poſt carceris uſum.
At poſt quinque dies ipſum vult Laena bonhomum
In mercantiis exercitare quibuſdam,
Taſchellam (2) quoniam Cingar ſugaverat illis,
Unde tapinelli capſam ſine pane catarant.
Ergo comandavit Zambello Laena marito,
Quod propere vadens procazzet vendere vaccam,
De qua non modicam ſumebant utilitatem.
Omnibus in feris complebat lacte parolum,
Deque ſuis Tortas faciebat Laena povinis.
Et (veluti patres noſtri dixere vetuſti)
Hanc adhuc in teneris annis dixere Chiarinam.
Ergo Zambellus virgam piliavit aguzzam,
Quam chiamare ſolet villanica turba (3) gojolum;
Et pungens vaccam, dicebat: (4) va là Chiarina,
Atque facit verſum, quem nemo ſcribere poſſet.
Sed quia Mercati (5) non impararat abaccum,
Atque ſuper (6) teſſeras ignorat ſcribere contum,
Immo ſuper digitos quoties numerare volebat,
Non paſſare novem centos potuiſſet in annos,

Iſta

(1) *Atque coſiduris*. Modus dicendi plebi familiaris. De eo, qui vapulat dicitur: *Il ſono ſtate battute le cuciture*.

(2) *Taſchellam*. Crumenam.

(3) *Gojolum*. Virga oblonga cum cuſpide.

(4) *Va là Chiarina*. Vox Vaccam prae ſe ducentis.

(5) *Non impararat*. Non didicerat numeros.

(6) *Teſſeras*. Teſſera, quae tot, ac varias habet ſignificationes, pro ſigno frumentario ſumitur praecipue, et pro quacumque re, tamquam calculis adnotanda adhibetur; dicitur autem a Greco Τεσσαρα, quae vox *quatuor* ſignificat, quia quadrato ligno ſigna inſcribuntur.

Iſta pro cauſa praecepit Laena marito,
Venderet ut vaccam, (1) non tojat alhora monetam,
Aſt in credenzam (2), ſi quis quid tradere vellet,
Accipiat, quoniam vult ipſa (3) reſcodere nummos.
Sic faciam, Zambellus ait, ſta in pace, decaſam
Tende quouſque tibi veniam; zais, va là, Chiarina,
Et pontirolo (4) ſtimulans ſe portat ad urbem.
Cingar id audivit, Berta referente; quid egit?
Non ſtetit (5) ad badam, properat, properanſque ſuſurrat;
Qui nimis (6) induſiat caldum non mangiat aroſtum,
Allogiatque (7) malum, qui troppum tardus arivat.
Perdidit (8) atque bonum tardata lumaga boconem,
Quae poſtquam longum ſudarat ſcandere palum,
Decidit, atque ſuas cepit maledicere (9) frezzas,
Talia dum meditat, ſperat lucrare vedellam,
Et veniens urbem, Judaei nomine Sadoch
Ingreditur plenam varia de merce botegam,
Qui Judaeus erat dotatus munere trino;
In primis (10) ſguerzus, pede zottus, tergore gobbus,
Qui centum poveros uſurae fecerat arte.
Veſtimentorum pendebat maximus ordo,
Cappae, giuppones, calcae, variaeque mutandae,
Zachetti, ſocchae, guarnelli, ſive camorae.

Cin-

(1) *Non tojat*. Monetam non recipiat.

(2) *Aſt in credenzam*. Dicimus *pigliar in credenza*, aut *dar in credenza*, quando aliquid accipitur, vel datur ſine numerata pecunia, illi credendo, a quo accipitur, vel cui traditur.

(3) *Reſcodere*. Vult ipſa recipere nummos.

(4) *Et pontirolo*. Cuſpide virgae infixa.

(5) *Non ſtetit ad badam*. Non cunctatus eſt.

(6) *Qui nimis induſiat*. Proverbia nobis uſitata. Qui tardat, aſſum frigidum manducat.

(7) *Allogiatque malum*. Qui ſero pervenit, male hoſpitio recipitur, et male hoſpitatur.

(8) *Perdidit &c* Limax lente progrediens cibum perdidit.

(9) *Frezzas*. Conqueri de nimia ſollicitudine.

(10) *In primis &c.* Mart.

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine laeſus

Rem magnam praeſtas, Zoile, ſi bonus es.
Sadoch hic noſter gibbus praeterea perhibetur.

Cingar depoſito pegno, velut uſus habetur,
Quamdam (1) ſguarnazzam fruſtam, totamque biſunctam
Induit, hunc (2) mantò, camiſottum nomine clamat;
Inde facit (3) Brettam propriam ſibi tradere gialdam,
Et veſtes adeo tales ſimulator adobat,
Quod tu Judaeum penſaſſes eſſe daverum.
In plateam vadens (Patarinum (4) quiſque putabat)
Zambellum procul aſpexit praeeunte Chiarina.
Protinus incepit garletto vadere zotto,
Et claudens oculum ſguerzo cum lumine guardat.
Mox faciens gobbam ſtorto galone caminat,
Has tres (5) Aglajas Judex Maſcreus habebat;
De paſſu in paſſu judaica verba ſuſurrat.
Zambellus sbrajat quanto sbrajore valebat,
O, quis homo vult hanc bellam comprare Chiarinam?
Cingar id aſcoltans vix calcat pectore riſum.
Attamen incontra veniens hunc primus affrontat,
Et ſtralunatis ciliis, nervoque ſtirato,
Sic ait: ipſe tuam comprabo, ruſtice, vaccam,
Quid vis, quid montat? (6) ſolum pete, quaeſo, doverum.
Zambellus retulit, ſi vis comprare Chiarinam,
Da mihi credenzam, peradeſſum nolo monetam.
Accipe (7) manzolam, quia ſic mea Laena comandat,
Quae veniet ſabato, quos montat ſcodere nummos.
Cingar ait: mecum venias, ita nempe pagabo,
Sed mena vaccam (retro laſſaverat illam)

Num-

(1) *Sguarnazzam*. Veſtem ſuperiorem.

(2) *Mantò*. Solemnior veſtis, et per ironiam ita veſtem ab Hebraeo conductam vocat.

(3) *Inde facit &c.* Quod inditio eſt, hebraeos olim pileolo croceo coopertos inceſſiſſe, quemadmodum pauperiores hebraei pileum croceum nunc portant alicubi.

(4) *Patarinum*. Celeb.em aliquem uſuris Judaeum.

(5) *Aglajas*. Gratiarum una, quam hic Judaeo per ironiam accomodat, tribus hiſce gratiis ornatum deſcribens. *Judex Maſcreus*, hoc pariter dictum in contemptum.

(6) *Solum pete &c.* Ne petas ultra debitum.

(7) *Accipe manzolam*. Juvencam.

Digitized by Google

Numquid es inſanus? (1) Non ſum, codeſella, va là.
Ergo (2) marangonis ſimul intravere Botegam.
Cingar (3) credenzam factam lignamine comprat,
In quam tres piſces occultat, nomine (4) barbos,
Qui piſces tales ovos in corpore geſtant,
Quales ſi mangias ventralia tota cagabis.
Cingar credenzam Zambello miſit adoſſum,
Atque caſam verſus mandat, retinendo Chiarinam.
Zambellus ſudat, nimium Credentia peſat,
Laetus abit pulcrum penſans feciſſe guadagnum.
Cingar Judaeo ſguarnazzam reddidit unctam,
Vendidit, et Vaccam Judaeo quippe medemo.
Qui pro mercato florinos tradidit octo,
Nam cito maturum pariet gravidata vedellum.
Non appena quidem tales acceperat aureos,
Zambellum nimio credenzae pondere lentum
Praecedit curſu, (5) tamen altro tramite preſo
Mox rediens urbem contra procul ipſe venibat.
Zambellus caricus ſudore colabat ubique,
Sed labor eſt animo nihil importunus alegro.
Sic placuiſſe putat Laenae, dehinc Cingare viſo
Clamat, o là Cingar, quo vadis? Quomodo ſtas tu?
Nonne recordaris, quia merdae centa barillos
Tunc promiſiſti quando preſone tenebai?
Ne dubita, Cingar dixit, promiſſa dabuntur,
Jam non materia quis erit te richior iſta.
Numquid deciperem te, mi Zambelle ſodalis?
Quae tibi promiſi ſemel, attendenda memento.
An te picandum modo de preſone cavaſſem,
Si, Zambelle, tuus non Cingar amaſſet amicus?

Sis

(1) *Non ſum &c.* Zambellus reſpondet, deinde Chiarinam alloquitur. *Va là.*
(2) *Marangonis.* Fabri lignarii.
(3) *Credenzam.* Hoc nomine nos appellamus Arcam, ſive Abacum ad comeſtibilia condenda.
(4) *Barbos.* Piſcis nomen ſatis notum.
(5) *Tamen altro &c.* Per alium tramitem.

Sis certus, quod habes tibi me, Zambelle, fidelem;
Sunt haec verba tamen, potuiſti cernere provas.
Sed dic, credenza quidnam portatur in illa?
Zambellus retulit, tres piſces bajulo dentrum,
Quos mea mangiabit (namque eſt pregnata) libenter
Laena, nec huic ullum laſſo mancare biſognum.
Si non ipſe darem quidquid ſua voja dimandat,
Pregna meum forſan poſſet diſperdere puttum.
Cui Cingar, quantam facis, o Zambelle, bonopram.
Sed bene ſunt piſces, velut eſt uſanza, ſcajandi,
Tuque tuae debes gravidae ſuccurrere Laenae,
Namque coſinandi non deportare fadigam,
Forte creaturam tali amazzare labore
Poſſet, abortivum faciens, mortumque putinum.
Tunc per abortivum, putat, hunc dixiſſe botirum.
Quapropter Zambellus ait, non illa botirum
Plus faciet, vaccam vendivi namque Chiarinam.
Attamen! oh quantum bene me nunc Cingar aviſas.
Ipſe coſinabo, nolo, mea Laena coſinet.
Scajabo piſces, quantum ſcajare valebo.
At Cingar, Zambelle meus, ſcajare neceſſe eſt,
Sed ſta in pace, tamen me ſemper habebis (1) apoſtam.
Sic dicens, ibat tanquam frezzoſus ad urbem.
Denique Zambellus Cipadae ſtraccus arivat.
Quem tenuit dudum caricatum Cingar (2) apoſta.
Non ſua, cum junxit ſoſans, erat uxor acaſam;
Forte duos, vel tres procul iverat inde miaros,
Et ſecum portans clavem, concluſerat uſſum.
Ergo Zambellus ponit de tergore ſommam,
Vultque (3) deſinarum piſces ſcajando parare,
Aſt intrare nequit per portam, ſive feneſtram.

A a Blaſ-

(1) *Apoſtam*. Tuis commodis.
(2) *Apoſta*. Hoc conſilio, ut defatigaretur.
(3) *Deſinarum*. Prandium.

Blaſphemat, piſcemque cupit ſcaiare, (1) nec ordo eſt.
Sed tandem tandem teſtam ſic ſaepe gratavit,
Quod reperit ſogiamque novam, ſtudiumque galantum.
Providus in primis Tovolettam ſuſcipit unam,
Supra quam piſces tres illos ordine (2) conzat.
Poſt haec in terram ſub Phoebi luce reponit.
Inde ſalit cuppos cum ſcala deſuper altos,
Ac ibi camiſae brazzos ſmanicavit utroſque,
Inque (3) ſcajas coepit fragiles convertere cuppos,
Quas jacendo (4) giuſum, forma ſcajabat in iſta
Piſces, et tectum ſcoveitans, illoſque (5) ſbudellans.
Sic in parata noſter (6) coſinarus acortus,
Cupporum fragili ſtudiare ſcajamine Barbos.
Hoc ſi parto ſcajarent undique Piſces,
Poſſemus de nocte poli guardare ſerenum.
Laena ſed ecce ſuper jungit, videt inde fracaſſum,
Nam (7) tempiellos, travoſque retexerat omnes.
Perque domum totam rutilans penetrabat Apollo.
Proh dolor, ut vidit tantam bona Laena ruinam!
Ah manigolde, gridat, bojazzaque, beſtia matta,
Cernere quem poſſem modo (7) ſcavezzare colengum.
Quid poltrone cagas? Quis teque diavol (8) agrezzat?
O Deus, en quali ſpoſatur Laena marito,
Cur non ſum potius magno maridata (9) Veraſo?
Sit maledicta dies, in qua mea mater Agneſa
Dixit, Zambellum ſumes, o Laena, maritum.

Quid

(1) *Nec ordo eſt*. Nec poteſt. Nos dicimus: *Non v' è ordine*, quando ſignificare volumus, quod fieri non poteſt.
(2) *Conzat*. Ponit.
(3) *Inque Scajas*: In fragmina.
(4) *Giuſum* Deorſum.
(5) *Sbudellans*. Interiora ejiciens.
(6) *Noſter Coſinarus*. Coquus noſter adeo aſtutus.
(7) *Nam templellos*. Trabes minores
(8) *Scavezzare colengum*. Frangere collum.
(9) *Veraſo*. Nunc foemella diceret: *all' Orco*. Doemoni & in varias formas vertenti.

Quid diavolazze furis? (1) ſta quacchius brutte gajoſſe,
Non ceſſas ancora domum ſubvertere? me, me,
Me miſeram, deſcende cito, deſcende dabaſſum.
Zambellus magnam ſe ſentit habere (2) ſcagaitam,
Jamque tracagnidis ſchenam diſponit ad uſum,
Attamen in ſcala dum culmine ſmontat ab alto,
Dicebat, piſcem ſcajavi, parcere debes.
Laena ſed in furia non audit verba mariti.
Omnibus ut forzis ſcalam (3) ruzavit in illam,
Quod preſtum plus quam voluit deſcendit, et aſpram
In telluure dedit ſcala caſcante culadam,
Ohime, gridans ohime, perdona Laena, (4) ragiabat,
Perdonanza precor, faciam non talia majum,
At ſupra trippam ſaltaverat illa Mariti,
Quem pugnis, calciſque ſimul furioſa (5) marazzat.
Viſinanza venit, rumorem ſenſerat illum,
Zambellum retrovant ſub Laenae calcibus eſſe.
Nil mirantur enim, quia res non illa novella eſt,
Nam baſtonabat (6) minchionem Laena maritum.
O quanti ſimiles Zambello ſaepe catantur,
Quos ego non homines, caſtrones immo vocandos
Judico, nec dignos (7) frixi ſcampare cavallum.
Inquirunt cauſam Villani, Laena recontat,
Quam tamen hi placidis confortavere parolis.
Non ſtetit interea Zambellus carpere poſſam,
Excavat obtritos de ſub rettamine Barbos,
Inde coquit, mangiatque ovos, mangiat quoque reſtum;
Quo facto ſumens baſtonem vadit ad urbem.
Aſt alio Cingar ſentero protinus ivit
Ad Laenam, caſum Zambelli namque notarat.

(1) *Sta. quacchius*. Quieſce.
(2) *Scagaitam*. Ingentem timorem.
(3) *Ruzavit*. Impulit.
(4) *Ragiabat*. Lugens clamabat.
(5) *Marazzat*. Verberat.
(6) *Minchionem*. Bardum, et ſtolidum.
(7) *Frixi*. Equum ligneum, cui homines ad ludibrium imponuntur.

Quamvis ridendi ſibi plurima voja veniret,
Attamen! oh quantum cordojum fingit habere:
Blaſmat Zambellum, quod erat ſic abſque governo,
Nec piet (1) hormajum mentem, ſenſumque virilem:
Laena magis plorans, ſua maxima damna recontat,
Maxime credenzam pro Vaccae pignore toltam,
Nec (quod pejus erat) ſcit quis deceperit illum.
O mala res, inquit Cingar, ſed deſine Laena,
Aut vaccam, aut nummos ſpero, quod habebis adeſſum.
Dixerat, et veteres ſecum meditando magagnas,
It celer, ac mediam Zambellum ſcontrat in urbem.
O poverete, inquit, feciſti nempe (2) maronem:
Perdiſti vaccam, perdiſti, matte, quatrinos.
Non habes ingenium, tibi dico, quando piabis
Sentimentum aliquod? quando (3) aguzzaberis unquam?
Jam ſum ſtraccus ego: qua guiſa vivere debes?
Sed dic, an ſcires hominem cognoſcere, qui te,
Dando credenzam, Vaccamque piando, gabavit?
Cui Zambellus, ita poſſum cognoſcere vaccam,
Cujus ſi velles ſignalia diſcere, Cingar,
Haec habet in teſta duo cornua, ſquaſſat orecchias,
Garlettoſque ſuper mulnettos ſaepe ſcagizzat.
Non ita Cingar ait, ſcio quod duo cornua geſtat,
Sed compratorem dico, ſi dicere ſcires.
Ah, Zambellus ait, ſcirem cognoſcere certe.
Non habet ille duas cornas, ſed, quando caminat,
Zoppegat, & guardans, oculos ſtravolgit adoſſum,
Eſtque ſuae Brettae color ut Merdella putini.
Ah, ſcio quid dicis, reſpondet Cingar, eamus
Ad corpus ſancti Petri, tibi reddere vaccam
Ille biſognabit, mecum Zambelle venito.

Dum

(1) *Hormajum*. Adhuc.
(2) *Maronem*. Ingentem errorem.
(3) *Aguzzaberis*. Fies acutus.

Digitized by Google

Dum ſic parlabat, feſtinus trottat, et ipſum
Zambellus ſeguitat quandoque molando corezas;
Barborum quoniam diſturbant ova budellas.
Fortius it Cingar, curritque per omne viarum
Carrobium, (1) grandem vix cogens pectore riſum.
Ad Giudaeorum contradas ire volebat,
Et verſus Divam flectit veſtigia (2) Gadam,
Mox (3) hoſpitalem tranſit, templumque Lonardi,
Ad quod ſtradiculas centum diſcurſitat omnes.
Hinc (4) Joanniarum freghezat clauſtra ſorarum,
Divum Franciſcum, (5) Vos Sanctos praeterit Omnes,
Perque (6) Bredam medii ſanctum vult cernere Marcum.
Hic quoque perdonum Cingar devote piavit.
Jam cagarola piat Zambellum, jamque petezat,
Jam tenet appena ventum, ſchitarola ſequebat,
Nil reſtat Cingar, (7) Sebaſtianica templa
Viſitat, et quaſdam fangoſas praeterit oras,
Quas Cantaranam vocitant, ſed tempore divae
Gonzagae venient pars noſtrae pulchrior urbis.
Tireſiae (8) portam jungunt, quam groſſa Cereſum
Plebs vocat, unde homines non paſſant abſque boletta.

Zam-

(1) *Carrobium*. Ad trivium.

(2) *Gadam*. Agatham. Templum, vel potius Fanum Divae *Agathae* erat, ubi nunc in conſpectu Xenodochii nundinis locus amplior paratus eſt, et nos dicimus: *sù l' Argine*.

(3) *Mox hoſpitalem*. Ampliſſimum per univerſam Civitatem gyrum facere praeparat Cingar, ut longius Zambello oblectamentum exhiberet.

(4) *Joanniarum*. Tranſit prope Clauſtrum Monialium S. Joannis. *S. Giovanni delle Carrete*.

(5) *Vos Sanctos*. Ante S. Franciſci Templum praeteriens, et recta via progrediens, ad Templum Omnium Sanctorum pervenit, et illud praeterit.

(6) *Perque Bredam medii &c.* Viam arripit, quam dicimus: *Breda di mezzo*, inde ad aliam viam rediens, quam dicimus: *Breda dall' acqua*, pervenit ad Templum Divo Marco dicatum.

(7) *Sebaſtianica templa*: Per vicum, quem dicimus: *Via nuova di S. Marco*: ad Templum D. Sebaſtiani perrexit, unde in lutolentam quamdam viam, quae etiam nunc dicitur *Cantarana*, ſed lutolenta amplius non eſt, quia recens ſtrata.

(8) *Tireſiae Portam*. Prope moenia deambulans Cingar ad portam Tireſiam pervenit. Antequam vero, ea via progrediens, perveniret ad Portam Tireſiam, tranſeundum ei erat ante Portam Piſterlam prope Divi Sebaſtiani Aedem, quam etiam dicimus Portam *del Te*. Eſt ibi vetus Palatium a delitiis Principum, cum Fontibus, viridariis, amoeniſque receſſibus

Zambellus potuit liber tranſire Gabellam.
Signatam quoniam portat de retro bolettam.
De paſſu in paſſu sloſſis poltronus amorbat,
Poſtergant (1) Paulam, veniunt ad ſmorbia pontem
Arlotti, viſo (2) Carmeli denique Fano,
Ad Judaeorum ſtradas veſtigia torquent.
Ac ita ſat magnum Cingar compleverat O,
Ante Sinagogae portam Zambellus arivat,
Ac ibi Naturae cedens ventramina sborrat,
Inde levans ſurſum, clamato Cingare, dixit,
Quomodo mi Cingar merdam portabimus iſtam?
Cingar ait: primum videamus habere Chiarinam,
Mox boteſinellum ligni comprabimus unum,
En inter gialdas ſubtiliter aſpice Brettas,
Tenta ſi poſſes, emptorem noſcere manzae,
Sic dicens, Sadoch trapaſſant ante Botegam,
En, Zambellus ait, mi Cingar, reſpicis? ecce
Sguerzus adeſt, quo bella fuit comprata Chiarina.
Ingreditur Cingar turbata fronte Botegam,
Traxit et a cincto largum pugnale galono.
Inde levans dextram, collum brancante ſiniſtra,
Sic Chriſtianam penſas trapolare brigatam?
Dicebat, Patarine ladro, Patarine ribalde;

Hic

bus conſtructum. Quare vero locus ille Te apelletur diverſa tradunt Auctores. Tradit Doniſmundus Iſt. Eccl. Mant. t. 1 lib. 2. loca illa ſic appellata a Teja Gothorum Rege, qui in iis locis caſtra fixerat ad Urbem aggrediendam ſexto a Reparata Salute currente Soeculo. Contra Cl. civis noſter Bertazzolus in quoddam M. S. apud me exiſtente ſcriptum reliquit, Sic locum illum apellari a quibusdam ingredientibus tramitibus vetuſtis arboribus hinc inde dupliei ordine obumbratis, qui ſe ita interſecabant, ut literam T conſtruerent.

(1) *Poſtergant Paulam*. Inde revertens Templum Divae Paulae Sacrum poſt terga, immo a latere reliquit. Anre Templum D. Marrini tranſiturus, Pontem perrranſit, qui dicitur: *il Ponte d' Arlotto*, a familia Arlotti, quam prope D. Martinum habitaſſe, Soeculo Decimo tertio conjicimus.

(2) *Carmeli denique Fano*. In conſpectu Templi Carmelirarum ad laevam ſe convertens, brevi itinere ad Judaeorum Contubernia pervenit, unde Cingar cum Zambello ſat magnum compleverat O ad quatuor millia paſſuum.

Hic poverettus homo vaccam tibi vendidit unam,
Et tu credenzam ligni, piſceſque malignos,
Qui fecere ſibi medium ſborrare fiatum,
Propter credenzam, quae pignus dicitur, offers?
Redde ſuam vitulam, ſi non tibi tajo colengum.
Corripitur tanto Judaeus allora ſpavento,
Quod parlare nequit, Cingar magis exprobrat, urtat,
Smergolat, et multam facit illic currere gentem.
Cauſa recitatur, Cingar bravegiando recontat.
Judaeus gridat, quid dicas neſcio, ſed tu es,
Qui mihi vendiſti vaccam, non iſte vilanus,
Florinoſque (1) tibi doros ſborſavimus octo.
Non, Zambellus ait, non ſic eſt, o cagaſanguis,
Te cognoſco illum, cui vendita vacca Chiarina eſt.
Ecce marangonus, credenzam qui tibi fecit.
Cingar eum clamat, ſtrepitum qui currit ad iſtum:
O, là, marangone, o ſis teſtis, quis fuit ille,
Ad quem credenzam vendiſti? nonne ribaldus
Iſte fuit ſguerzus? dic verum, nonne gajoffus
Iſte fuit zottus? dic verum, nonne ladrazzus
Iſte fuit gobbus? dic verum. nonne? quid inquis?
Marangonus ait, ſic eſt, vult forte negare?
O deus, a ſguerzis, zottis, gobbiſque cavendum eſt.
Cingar reſpondet, parlaſti vera magiſter,
Nulla fides gobbis, mancum, mihi credite, zottis.
Si ſguerzus bonus eſt, inter miracula ſcribam.
Ergo Sinagogam Judaeus congregat omnem,
Ut faciunt quando diſchiavant foederis arcam.
Hic (2) erat Aminadab, Roboam, Joſafattus, Abia,
Zorobabel, Mathan, Eſrom, Tobbia, Naaſon,
Eliud,

(1) *Florinoſque tibi doros.* Aureos. Fortaſſis ducata aurea, quorum valor ſupra expreſſus.

(2) *Hic erat Aminadab &c.* Haebreorum nomina.

Eliud, Achimelech, Ieconias, Helcana, Salmon,
Matuſalem, Boz., Rab, Achas, Malachia, Rut, Azor,
Abdenago, Sidrach, Manaſſes, Oziaque tandem.
Barbottant (1) an ha ay, men he ey, faciuntque tumultum,
Ut (2) ſagatare ocham vellent clamando Meſiam.
At potuere ſatis tunc (3) brontolare gajoffi,
Atque ſacerdotem Scripturae Salathiellum
Conſultare ſuum, non ſolita (4) cabala valet,
Nam tulit Altorium doctrina cabalica nullum,
Cingar enim tantum mimitanti voce gridavit,
Quod (5) bonus et ſguerzus Sadoch cito reddidit una
Vaccam cum vitulo, quem nunc enixa levarat.
Zambellus Vaccam, vitulum ſed Cingar aquiſtat,
Namque probat, ſic ſic propriam meritaſſe fadigam,
Et ſic (6) Zambellus manſit, Sadochque gabatus.
Fecerat interea (7) recoprire Laena caſettam,
Tantam Zambellus (8) sborravit denique merdam,
Per ſtradas urbis retro ducendo Chiarinam,
Quod jam lectores video nimis inſtomacatos.

At-

(1) *An ha ay &c.* Haebraeorum canentium irriſio, et verborum, quae inter canendum videntur proferre, ſimulatio.

(2) *Sagatare.* Hoc verbo vulgus utitur ad ſignificandum anſeri fauces praecidere, quod Haebraei ſuperſtitioſe praeſtant, ad ſervandam legem Levitici, in qua ſanguinis eſus ipſis prohibetur, parum enim intereſt, hoc vel illo cultro avium, et animalium fauces praecidi, qua in re, Judaei, qui nunc ſunt, ſuperſtitioſos admodum ſe exhibent. Senſus autem eſt: adeo ingentem tumultum edunt, ut videantur velle anſeri fauces praecidere; quae vehementer clamat.

(3) *Brontolare.* Superius dixerat *barbottant.* Haec autem duo verba *barbottare*, e *brontolare* idem apud nos ſignificant.

(4) *Cabala.* Cabaliſticum ſtudium, apud Haebraeos celebre, quod tamen eſſe inane commentum, vel ſuperſtitioſum inventum, viſis, et lectis omnibus, quae a pluribus, tanquam aliquid pretioſum aſſervantur, firmiſſime pronuntiamus. Nihil enim continent omnino, niſi rerum ambages, numerorum nihil ſignificantes congeries, inanes combinationes, ſuperſtitioſas obſervationes, quae tamen nihil proſunt ad intentum.

(5) *Bonus.* Per ironiam.

(6) *Zambellus.* Zambellus, et Sadoch uterque illuſus remanſit. Zambellus, quia credidit ſe vaccam vendidiſſe Sadocho, Sadoch, quia vere emerat juſto pretio, atque eam reddere cogitur ſine pretio.

(7) *Recoprire.* Tectum a Zambello dirutum fecerat, ut tegeretur.

(8) *Sborravit.* Propter ova piſcis, quae manducaverat.

Atque (1) meae muſae naſum tenuere (2) ſtopatum.
Parcite, (3) ſi nimium veſtras implevimus aures
Hac de materia, quia verum dicere cogor,
Et magis impleta eſt auris, quam bucca, valete.

(1) *Meae Muſae*. Propter meam Muſam.

(2) *Stopatum*. Clauſum videlicet ob turpem odorem.


(3) *Parcite*. Nimiae licentiae, et rei turpitudinis apta excuſatio.

Digitized by Google

ARGUMENTUM

IN SEPTIMAM MACARONICEN.

COgitur incaſtos Fratrum deſcribere mores;
Squallida Motellae qui male Templa colunt.
E quibus incontrat duo Fratres pſeudo negandi
Zambellus, vaccam qui menat ante ſuam.
Frater cui nomen Polazzus fingit amictum.
Vaccam Zambelli dixit et eſſe capram.
Zambellus negat hoc, fit lis, ſic pactus ab ipſis
Perdit Zambellus, Frater aquiſtat eam.
Cingar id auſcultat, pravos damnando bonorum
Religioſorum carpit inique decus.
Mottellamque petit, Zambellum, praeque Copinum
Menat, ibi fratres cocta Chiarina cibat.
Cingar it ad menſam, poſt coenam membra Chiarinae
Colligit, et ſepelit: Diique, Deaeque gemunt.



MER-

Digitized by Google



MERLINI COCAII

POETAE MANTUANI.

MACARONICE SEPTIMA.

NIl niſi craſſiloquas dicor ſciviſſe Camoenas.
Craſſiloquis igitur dicamus magna Camoenis.
Siſte labrum. (1) Quare? cupies tacuiſſe, tacendum eſt
Quod nocet? Immo nocet, vatem nimis eſſe loquacem,
Vera loquor: cum vera loqui tibi convenit uni?
Num ſequar errorem communem vera ſilendo?
Et facis errorem tu ſolus vera loquendo.
Vera loqui eſt error? non error vera tacere;

 Nam

(1) *Siſte labrum*. Magna in hoc libro dicturus, dubitat utrum loquatur, et ſecum ipſo loquens, rationes adducit, propter quas tacendum potius videatur.

Nam bona ſe interdum David ſiluiſſe fatetur.
Interdum ſilui, interdumque loqui mihi fas eſt.
Eſt (fateor) ſeu vera loqui, ſeu vera ſilere
Adſcriptum laudi, ſed laus magis aequa tacendi eſt.
Quid vero? toties quid ſit tacuiſſe probavi,
Utile nil reperi: (1) nunquid culpabile? quantum
Fecit cauſam, dicam, ſi mites arrigis aures:
Arrigo, jam ſatis eſt, dixiſti, jure tacendum eſt.
Tu facies melius Zambelli dicere vaccam.
Ergo Zambelli vaccam, (2) Maſelina, canamus.
Eſt locus arrentum Cipadae mille (3) cavezzos,
Qui, velut hiſtoriae ponunt, Motella vocatur.
Parvula villa caſis, at largis maxima campis.
Illic ſemirutis (4) Eccleſia vecchia murais
(Ut multas etiam nunc cernimus ire damalum)
Officiabatur quorumdam ſemine Fratrum,
Officiare ſolet gens ut Todeſcha tavernam.
Sub (5) quali norma vivebant, neſcio certe.
Nunquid ſub magni Benedicti legibus? abſit.
Nunquid ſub Fidei Auguſtini Robore? nec ſic.
Franciſci nunquid ſub paupertate? nequaquam.
Sed velut exterius meditor, ſub Fratre Stopino;
Cujus, ſi velim percines ſcribere mores,
Ille ſuos docuit fratres praecepta coquinae,
Atque lecatoria doctores fecit in arte.

Ergo

(1) *Nunquid culpabile?* Quum neutra pars culpam involvat, decernit. ſe illud velle dicere, quod fuit cauſa.

(2) *Maſelina.* Tertia ex Muſis Merlini.

(3) *Cavezzos.* Paſſus.

(4) *Eccleſia vecchia.* Totum hoc Poëticum eſſe figmentum, ex eo manifeſto conſtat, quod Motellae nulla reperitur Eccleſia, neque unquam fuit, neque Regulares unquam extiterunt.

(5) *Sub quali norma* Clarius hinc apparet totum hoc phantaſiae inventum eſſe, neque a Poëta id dictum, ut Regularium moribus detraheret. Frater enim Stupinus inimicus, et fictitius eſt Legiſlator.

Ergo duo Fratres ex his qui grata colebant
Clauſtra lecardiae, veteri brotamine ſporca,
Neſcio quo pariter frezzoſis paſſibus ibant
Incoſtumati, graduum ſine lege rotantes,
Frontibus alzatis guardantes omnia circum;
Dumque ſimul properant propter viſitare (2) Comadres,
En ſibi Zambellum cernunt occurrere, qui tunc
Infortunatam guidat, ſtimulatque Chiarinam.
Unus, quem Fratrem Polazzum nomine dicunt,
Protinus egregiam meditat fabricare magagnam.
Alloquitur ſocium, qui Frater dicitur Antoch.
Siſte gradum, quoniam vaccam lucrabimur illam:
Namque gabare volo quem cerno venire bonhomum.
Dixerat, et fruſtra geſtatas illico cappas
Exuit, apparens Fans in giuppone galantus.
Quod ſi conſideres poſitis guarnazzibus illum,
Illum plus aptum ronchae, ſpetoque Bolognae
Jurabis, quam ferre Crucem, quam dicere Miſſam.
Tolle viam (3) chierigam, ſoldati forma videtur.
Antoch ſe in boſco vicino juſſus (4) amacchiat,
Inter ſe quoniam ſic ordo ponitur iſte.
Polazzus tanquam laicus celer obvius ibat
Zambello; quo vadis, ait, villane (5) cuchine,
Quove illam ducis capram? Zambellus ad illum
Reſpondet: capram? doh cancar! vacca Chiarina eſt.
Eſt capra, Frater ait; non eſt, reſpondet at ille.
Polazzus bravans, veniat tibi cancar in occhis.
Eſt capra, dico tibi. Zambellus, doh codeſella!
Non ego cognoſco capram, vaccamque Chiarinam?
Non habet iſta (vides) barbam, ſed longa dedretum

Cau-

(2) *Comadres*. Amicas.

(3) *Tolle viam Chierigam.* Clericali tonſura demta, vel Ruſticus, vel Miles Frater Polazzus apparebat.

(4) *Amacchiat*. Se ſepe vicina tegit, et abſcondit.

(5) *Cuchine*, Stolide.

Cauda ſicata parat muſcas, cagatque boazzas,
Nec (1) bè quando gridat, ſed bù pronuntiat ore.
Polazzus dicit, capra eſt, nam cornua geſtat,
Raſiſti barbam forſaſſe, covamque tacaſti.
Non ego ſum, Zambellus ait, barbèrus, et ipſam
Radere neſcirem vaccam, ſed mungere tantum.
Ne dicas, Polazzus ait, ſcio mungere vaccam;
Dic capram, quoniam capra eſt: Zambellus ad illum:
Non eſt ſic, duras cagat quia capra balottas.
Polazzus fingens coleram blaſphemat, et inquit,
Ludere vis contra ducatos quattuor illam?
Sic Zambellus ait, volo ludere, sborſa danaros;
Si mea vacca poteſt, quod non ſit vacca provari:
Non ero Zambellus, nec erit plus vacca Chiarina,
Atque guadagnabis capram, ſi capra Chiarina eſt.
Sum contentus, ait Polazzus, quis tamen iſtam,
(Ecce (2) Romitus adeſt) poterit decidere cauſam?
O Pater, huc veſtras pochetum flectite gambas,
Et date judicium (lis eſt non parvula) ſaldum.
Is oſtinatur, velut eſt uſanza vilani,
Quod capra non illa eſt, quam menat, et eſſe vedellam,
Aut vaccam zurat, quid ait Reverentia veſtra?
Ille refert dicens: quod ſit capra diceret orbus:
Tunc, Vilane, capram praeſumis dicere vaccam?
Vade, quod es mattus, capram me judice perdis.
Ergo Zambellus ſine vacca reſtitit illic,
Et miſeram Fratres ſecum duxere Chiarinam.
Interea Cingar veniebat ſolus ab urbe,
Zambellumque catat plangentem more putelli.
Quid Zambelle facis? Cur ploras? Eſt ubi vacca?
O, quia ſum mortus, retulit Zambellus, et oyme.

Uxor

(1) *Nec bè &c. Bè* exprimit vocem ovis, *Bù* Bovis.

(2) *Ecce Romitus &c.* Videns Fratrem Antocum, e ſepe erumpentem.

Uxor amazzabit me me mea Laena debettum.
Cingar tunc riſit dicens: ubi vacca Chiarina eſt?
Eſt morbus, Zambellus ait, qui nunc tibi mangiet
De facie naſum: non eſt plus vacca Chiarina,
Tu mihi feciſti pro vacca reddere Capram.
Cingar reſpondet, quis ait, quod capra Chiarina eſt?
Zambellus parlat: ſic Frater dixit adeſſum.
Ille ſcapuzzinum portat, tergoque (1) gajoſſam:
Atque Paternoſtros (2) groſſo lignamine factos.
Cui bechi barba eſt (3): cui cingit (4) ſoga fiancos:
Fertque breviarium dextra, ſportamque ſiniſtra.
Ille meam vaccam, vaccam non eſſe provavit:
Chiamavitque capram, quia capram reddidit ille,
Ille, inquam, ſguerzus nobis, tenuitque vedellam:
Capra chiarina datur, ſed vacca chiarina levatur.
Perdidimus vaccam primo, capramque ſecundo,
Eſque meae magnae tu ſolus cauſa ruinae.
O, ergo, Cingar ait, credis poverelle Capuzzo?
Donaſtique fidem Fratri? Qui ſi malus, extat
Non ſcelus in mundo, quod non committat? Eamus.
Me cancar mangiet, faciam tibi rendere vaccam.
Tunc quia promptus erat, Fratres cito judicat eſſe
Illos, qui renegant (5) tonſuram mille fiatas.
Attamen, ut facimus laici nos ſaepe, malorum
Religioſorum culpa, mordebat honorem,
Sanctorumque decus Patrum, moreſque bonorum.
Quo diavol, ait, tanti venere capuzzi?
Nil niſi per mundum video portare capuzzos,

Quiſ-

(1) *Gajoſſam*. Hoc nomine Mantuani vocant ſaecculos, qui veſtibus aſſuti ſeruntur. Hoc nomine deſcripſit Zambellus Capuccium, quod a Regularibus quibuſdam ex humeris pendens portatur.

(2) *Atque Paternoſtros*. Granulos precatorios.

(3) *Cui bechi barbam*. Hirci barbam.

(4) *Soga*. Funis.

(5) *Illos, qui renegant &c.* Non de omnibus maledicis, ſed de iis, qui a profeſſione diformes mores praeſeferunt.

Digitized by Google

Quiſquam vult fieri Frater, vult quiſque capuzzum,
Poſtquam giocarunt nummos, taſcaſque vodarunt,
Poſtquam pane caret cophinum, celaria vino,
In Fratres properant, datur his extemplo capuzzus.
Undique ſunt iſti Fratres, iſtique capuzzi.
Qui ſint neſcimus; diſcernere nemo valeret
Tantas veſtitum foggias, tantoſque colores.
Sunt pars turchini, pars nigri, parſque morelli,
Pars albi, ruſſi, pars gialdi, parſque bretini.
Ipſorum tanta eſt equidem variatio Fratrum,
Quod non diſcerno Bernardum de Benedicto.
Quantae ſtant coelo ſtellae, fojamina ſylvis,
Tantae ſunt Fratrum normae, tantique capuzzi.
Si per iter vado telluris, cerno capuzzos,
Si per iter pelagi, non mancum cerno capuzzos.
Quando per armatos eo campos, cerno capuzzos.
Sive forum ſubeo, ſive barcam, ſive tavernam,
Protinus ante oculos aliquem mihi cerno capuzzum.
Nil niſi per ſtradas video diſcurrere Fratres.
Nonne ſatis baſtat ſapientis regula Chriſti?
Iſtorum Fratrum cumulus jam tantus olevit,
Quod ſine ſoldatis (1) Chriſtianica turba manebit.
Non erit aequoreis qui remum ducat in undis,
Non qui martellet ferrum, vel mantice foghet.
Non qui deſcendens montagnis, tecta covertet,
Non qui per terram it gridans Spazza caminum.
Non qui ſcarparum tiret cum dente coramum.
Non qui ſubſtigans aſinos, (2) pronunciet (2) arri.
Non qui ſcortegat manzos, vendetque figatum.
Non qui ventrones vacuet, lavet inde buſecchas,
Non qui verghezet lanam, guechietque biretas.
Non qui zavattas renovet, ſparamenta reponat:

Non

(1) *Quod ſine ſoldatis.* Artium inopia, ob nimiam Regularium copiam.
(2) *Pronunciet arri.* Vox aſinos ducentium.

Non (1) qui bagnificet barbam, tollatque raſoro,
Non (2) qui praeduris ſcarpellet marmora picchis.
Non (3) qui porcellos caſtret, conzando lavezos,
Non (4) qui ſumpta molet frumenta, robetque farinam.
Non qui ſit tandem ſguatarus, pegorarus, arator.
Hoc genus eſt hominum, qui clauſtra ſuperflua captant.
Namque ſuperſtitio ſola his in fratribus ambit.
Illic (5) nobilitas ſub ruſticitate laborat,
Ambitio quoniam villanos unica brancat.
Pompejana tument faſtigia, Caeſaris alta
Mens ambit ſuperos, quidni? minus atria regum
Dedecet hoc vitium, ſed, proh! quid ſueta ligone,
Vomere et attrito rigidas ſubvertere glebas
Ruſtica progenies aſpirans grandibus ambit?
En paſtus ſiliquas, paleis caput obrutus, et qui
Non niſi feſtivo tellurem tempore ſputis
Inficit, abjectus, ſordens, alienus ab omni
Morigero cultu, tantum ſueſactus aratro,
Aut ſtimulare boves, aut ſtercum fundere campis,
Sedis honorificae culmen cupit, optat, et ambit.
Oh ſi Primatum numerarier agmine poſſet,
Quanta videretur ſibi gloria, faſtus, honorque,
Per fas ſive nefas reliquis opponere ſe ſe
Patribus (6), et quas tòt ſervarunt tempora normas
Vertere, ut interpres melior, legumque peritus
Adſit praeceptor, plus quam matura vetuſtas!

C c Ta-

(1) *Non qui bagnificet &c.* Propter Clauſtralium nimiam multitudinem, deſunt artes, deficiunt Barbitonſores.

(2) *Non qui praeduris &c.* Marmorum Opifices.

(3) *Non qui porcellos &c.* Qui cacabis reſarciendis dant operam, huic etiam operi praeſunt.

(4) *Non qui ſumpta molet &c.* Molendinarii, iidem et fures eſſe perhibentur.

(5) *Illic nobilitas.* Ira percitus elegantes verſus depromit.

(6) *Et quas ſeruarunt.* Ad Caſſinenſis Congregationis turbas, et infortunia certe alludit ſub Ignatio Squarcialupo, de quibus in Vita C. 2. §. 2.

Talia dum Cingar ſallaci murmurat ore,
Frae (1) Jacopinus adeſt quondam (2) Capelanus Arenae,
In qua docta ſuas Vaccas Verona gubernat,
Qui bene vivendi nunquam cognoverat artem.
Cingaris ipſe fuit dilectus ſemper amicus.
Neſcio quis certe codegonus Veſcovus unquam
Ordinarat eum, permittens dicere Miſſam.
O quantes hodie cognoſcimus eſſe Copinos!
Inter virtutes alias, quas noſter habebat
Frae Jacopinus, erat (3) caſtrono doctior omni.
Andagando (4) ſcholam denos paſſaverat annos,
Quod ſupra tolam (5) non imparaverat, a a;
Unde biſognabat ſub hac arte docere Pedantem.
A (6) marangonis Seſtum monſtrando jubebat,
Ragiantemque (7) magis vocem fundebat aſelli;
Namque aſinus quando sbrajat pronunciat, a, a.
B, ſimile eſt ferris, quae fert in carcere latro.
Hanc ſubito didicit, nulloque labore piavit,
Nam ſtetit in ferris dudum, sforzando puellam.
Quod ſi mal aptus (8) erat letram formare cotalam,
Mandabatur ei Caſtronis fingere vocem,
Vox quia per pegoras reſonat caſtronica, b, b.
C, manico (9) ſecchiae brancat, manicove lavezi,
Explicuitque illud ſi vellet paſcere porcos.
Nam velut inſegnat noſtrae parlatio terrae,
Dicunt, quando volunt porcellos paſcere, c, c.

D,

(1) *Prae Jacopinus*. Hic pariter Praeſbiter, et quidquid de eo narrat, merum figmentum.

(2) *Capelanus arenae*. Porcorum cuſtos.

(3) *Caſtrono doctior*. Capro, et Aſello magis eruditus.

(4) *Andagando*. Scholam iens, et rediens.

(5) *Quod ſupra tolam*. Senſus eſt: In tegro decennio, tabellae impreſſis literis, pueri more, ſtudens, alphabetum non didicerat.

(6) *A Marangonis*. Haec litera Normae aſſimilatur.

(7) *Ragiantemque*. Et ſonum exprimit rudentis Aſelli.

(8) *Quod ſi mal aptus &c.* Si aliquando huic literae proferendae ineptus apparebat.

(9) *C Manico &c.* C Situlae, et ollae manicum refert.

D, facilis didicit, nec opus fuit arte doceri,
Blaſphemare Deum fuerat ſua ſemper uſanza.
E, ſedet in ſedia quinta; fert armiger arcum,
Fert (1) arcum caricum, corda retinente ſaettam.
Hinc Jacopinus opem tulerat cognoſcere letram:
Mox chiericus factus, novit proferre, canendo
Kyrie, namque chorus Chiericorum (2) ſmergolat, e, e.
F, timuit ſemper, quia prima eſt litera Forchae,
Quam tantas meruit voltas aſcendere, quantas
Sfalſavit ſub monte cavo cum Cingare Groſſos.
G, quia balbus erat non imprendivit, et inde
Loria in excelſis, non Gloria dire ſolebat.
Verſificatores, H, pro nulla re putant.
I, quoniam parvum forma extat, (3) quale Copinus,
Tradidit ingenio; quod ſi de mente cadebat,
Voce cavallinà dicebat (4) protinus, i, i.
K, non ante quidem, melius ſed retro ferebat.
Si (5) tamen, ut lingua dixit, C, junxerat et A.
L, didicit (6) ferro, quo in pratis herba ſegatur,
Et quo migra ſolet pingi mors ſupra murajas.
M, pedagogus ei patefecerat arte galanta,
Diſmanicans (7) forcam, quam raſcum Mantua chiamat,
Cui triplex dens eſt, aptus manegiare ledamum.
N, forchae (8) forma eſt, triplici conjuncta travello,

(1) *Fert arcum*. Arcui, cui ſagitta ſit praefixa, E ſimilis videtur.

(2) *Smergolat e e*. Vocali, ſi quando in voce canenda occurrit, muſicae notae facilius producuntur, quemadmodum in voce *Kyrie*.

(3) *Quale Copinus*. Senſus eſt: litera forma exigua, quale Copino erat ingenium.

(4) *Protinus i i*. Nitrientium equorum ſonus.

(5) *Si tamen &c.* C, et A Mantuanis quidam turpe ſignificat.

(6) *L didicit ferro* L falcem inverſam repraeſentat.

(7) *Diſmanicans forcam*. Furculae manicum detrahens tridenti, et furculam ipſam invertens M repraeſentat.

(8) *N forchae forma eſt*. Tribus penae ductibus N conficitur, quemadmodum tribus lignis furcae patibulum conſtruitur.

Quae ſtudium (1) docti concluſit Prae Jacopini:
Nam ternos inter lignos fuit ille picatus.
O, ſed grata fuit Jacopino littera tunda,
Ex Hoſtariis (2) hanc cernens, ibat in illas.
P, Porcos ducens bene jam didicerat olim.
Q, (3) taceo, quoniam jungens falcem male cantat.
Caetera quid referam? potuit comprehendere nunquam.
Praeterea Miſſam foggia dicebat in una,
Nec crucis in fronte ſignum formare ſciebat.
Inter Confiteor parvum diſcrimen, et Amen
Semper erat, jam jam meditans adjungere finem.
Incipiebat (4) enim nec adhuc in nomine Patris,
Quod tribus in ſaltis veniebat ad Ite miſeſtum.
In medio Miſſae, faciebat quando Memento,
Ad roſtum poſitam meditabat ſemper ad ocam,
Sollicitus nimium ſi gatta comederit illam,
Aut oblitus erat (5) ſpumam ſummare pignattae.
Terque quaterque die Miſſam celebraſſet in uno,
Dum tamen offertum poſſet brancare maniplum.
Vendiderat Calicem dorum, doramque Patenam,
Inque lateſinis denaros ſpenderat omnes.
Non Corporales centum renovaſſet in annos,
Purificatorios mancum, qui ſemper habebant
Centum de vino macchias, centumque recammos:
Albior eſt illis ſpurchae tovaja tavernae,
Albior eſt deſcus, quo gens Tedeſca merendat.
Maſſaram (6) nunquam vecchiam Jacopinus habebat,

Dicens

(1) *Studium docti concluſit*. In hac diſcenda maximum ſtudium adhibuit.

(2) *Ex Hoſtariis*. Virides rami in circulum contexti, Tabernarum inditium eſſe ſolet

(3) *Q taceo*. De litera Q tacet, quia juncta L turpem ſonum efficit.

(4) *Incipiebat enim &c.* Miſſae raptim celebratae clarum exemplum, quod multi imitentur. Vix Miſſam incipiebat, et jam ad finem perveniſſe deprehendebatur. Videtur hoc ſaltem nomine dici poſſe: *O quantos hodie Copinos ubique videmus!*

(5) *Aut oblitus erat &c.* E Cacabo ebulliente ſpumam tollere.

(6) *Maſſaram*. Famulam.

Dicens quod foedant bava ſtillante meneſtram,
Aut opus eſt unam ter ſemper dicere coſam,
Namque (1) ſonant vecchiae ſordinam ſaepe vocatae.
At juvenis Maſſara placet cur? dicere nolo.
Sufficit hoc: ſeptem formaverat ille fiolos,
De clerichettis quia dixit habere biſognum.
Viderat hunc Cingar, vocat, heus ò Prae Jacopine,
Quo feſtinanter Reverentia veſtra caminat?
Reſpondet, vado Motellam, namque vocarunt
Me Fratres illi ſecum coenare ſtaſeram.
Cingar ait, quid babent ad coenam? Pretus ad illum:
Decretum eſt, totam cum pelle comedere vaccam.
Illico Zambellus cridat: doh cancar, an eſſet,
O Cingar, Chiarina unquam? cui Cingar: adeſſum
Ibimus, et vaccam, ſi capra eſt facta, ſciemus.
Nam ſi vacca quidem fuerit, velut ante Chiarina,
Nil dubium, Zambellus eris: ſed quando Chiarina
Capra ſit, alter eris, nec non erit altera vacca.
Ad quem Zambellus, quis ero, ſi capra Chiarina eſt?
Cui Cingar, quis eris? vel Bos, vel forte Somarus.
Quo (2) dicto, arrivant ad ſanctae clauſtra Badiae,
Nec (3) biſognus erat chiavatam battere portam,
Intrandi quoniam cunctis datur ampla facultas.
Non campanello pulſatur, ſive (4) batoclo.
Introeunt Cingar, Zambellus, Praeque Copinus,
Nec fuit ullus enim qui diceret, oh la! quo itis?
Nunquam plena (5) pais, buſchis ibi clauſtra ſcoantur,
Mingentum foetent muri piſſamine Fratrum.
Undique ragnipedes texunt velamina vermes

Non

(1) *Namque ſonant &c.* Mantuanis familiaris dicendi modus, quo ſignificatur, Vetulis eſſe duriores, tardioreſque audi-tui aures.

(2) *Quo dicto &c.* Ironice locum tot vitiis contaminatum Sanctum vocat.

(3) *Nec biſognus erat &c.* Non opus eſt clavi ubi ſemper oſtia patent.

(4) *Sive batoclo.* Sive maleo.

(5) *Pais, buſchis.* Clauſtra plena paleis, et ſordibus nunquam mundantur.

Non ibi ſobrietas, ibi nulla ſilentia, nulla
Diſciplina cubant, ibi tantum crapula, broda,
Ebrietaſque ſedent, et (proh ſcelus!) atra libido.
Sed tamen eſt melius Zambelli dicere vaccam,
Quam (1) Motellicolae totam cum pelle vorabant.
Cingar ecs retrovat quodam cantone latentes,
Circaque roſtitam vaccam facto agmine ſtabant.
Mangiant Chiarinam vinti, vel trenta Capuzzi.
Alter ſpallazzam, ferit alter dente groponem,
Vult alius polpas, alius vult rodere pectus:
Unus de teſta cavat occhios: unus ab oſſo
Dente prius carnem (2) ſpeluccat: et inde (3) ſmiollat.
Vidiſti ne unquam circum brottalia Porcos,
Quam ſint ingordi lordam ſorbere meneſtram?
Sic illos retrovat Cingar mangiare Chiarinam.
Qui ſubito ad coenam fuit invitatus ab illis,
Ac (4) tenet invitum, morſuque tirare comenzat.
Zambello (5) ſchincam dat poca carne (6) dobatam:
Quam piat, et giurat nunquam guſtaſſe miorem.
Nemo parlat ibi: ſentitur fractio tantum
Oſſorum; nec non ſofiatio ſupra panadam,
Namque ingens ibi plena bulit Caldara buſecchis.
Chioccant (7) labra ſimul graſſo ſtillantia brodo.
Jam caret infelix gambis, humeriſque Chiarina,
Interiora patent, grandiſque (8) corazza videtur.
Quanto plus comedunt, tanto plus illa nientum
Efficitur, pariterque fames, et vacca recedunt.

Prae

(1) *Quam Motellicolae*. Fratres Motellae incolae.
(2) *Speluccat*. Diligenter, et minute carnem exquirit, et detrahit.
(3) *Smiolat*. Medullam extrahit.
(4) *Ac tenet invitum &c.* Invitatus non renuit, et morſum avide admovet operi
(5) *Schincam*. Tibiam.
(6) *Dobatam*. Ornatam. Significat autem os cui modicum carnis adhaerebat.
(7) *Chioccant &c.* Suillus manducandi modus: labris ſtrepitum edere, mentumque perungere.
(8) *Corazza*. Coſtae, carnibus, et pelle abraſis, quae voratae jam fuerant, ingentis loricae ſpeciem praeſeferunt.

Prae Jacopinus olet graſſo, lardoque (1) colanti.
Non vult oſſa, vorat pingues tantummodo polpas.
Saepe (2) ſcudellarum ſorbens brottamina, (3) lappat
More canis, laxatque graves de pectore ructus.
Centuram mollat, ventronis panza tiratur,
Jamque ſonare (4) poteſt tamburum valde tumentem.
Dente nihil toccat, ſed aperto gutture carnes
Devorat, atque facit groſſos ſine fine bocones.
Fra Rocchus ſedet hic, frater Polazzus, et Antoch,
Frater Gelminus, Frater Marmotta, Schirattus,
Frater Pagnocchet, Frater Scapocchia, Tafellus,
Frater Agathonus, Frater Scappinus, Arolfus,
Fra Bisbacchus, Enoch, Rigus, Bragarota, Caponus.
Hi ſunt Autores, qui dant praecepta coquinae,
Hicque (5) Lecardiae multos fecere magiſtros:
Eſt Deus (6) his venter, broda Lex, Scriptura botazzus.
Jamque polita nimis ſub deſcum membra cadebant,
Nulla eſt ulterius vaccarum forma Chiarinae.
Oſſa jacent, quae intacta canes, et gatta relinquunt,
Jamque (7) comenzarant pingues leccare taeros.
Non aliter Fratres ſua vaſa lavare ſolebant.
Frigore (8) zelatum lardum pars graffiat ungis,
Pars manicis tunicae fregat, nettatque ſcudellas.
Poſt (9) Epulas tandem conſurgunt ludere cartis,
Poſt cartas ſcrimmant: poſt ſcrimmas ſaepe merendant:

Sic

(1) *Lardoque colanti*. Adipe ex ore, mentoque excurrente.

(2) *Saepe ſcudellarum &c.* Canis inſtar patinas avide lambentis.

(3) *Lappat*. Hoc verbo exprimimus lambentium canum ſtrepitum.

(4) *Jamque ſonare &c.* Inſtar timpani corio vehementer extento, ſi percutiatur, ſonitum edere poteſt.

(5) *Hique lecardiae*. Crapulae, et gulae.

(6) *Eſt Deus &c.* Quorum Deus venter eſt. Hujuſce furfuris homines deſcribens, antea dixerat Apoſtolus ad Phil. 3. 9.

(7) *Jamque comenzarant*. Poſt epulas patinis lambendis ſe dederunt, qua immunditie, munditiei, quae Fratrum propria eſt, conſulunt.

(8) *Frigore zelatum &c.* Adipem concretum unguibus radunt.

(9) *Poſt epulas &c.* Otioſorum hominum vivendi ratio.

Sic ducit (1) vitam gens haec devota beatam.
Bertezant (2) illos, qui celſo in pulpite sbrajant,
Qui ſoterrant mortos, jejunant, ſeque flagellant,
Vadunt excalci, ſtudiant, et mille (3) fuſaras
Scribunt in libris pro Scoto, contraque Scotum.
Veſper erat: vult hinc Cingar diſcedere praeſtum,
Qui (4) ſtans ad tavolam, multum caricaverat orzam.
Zambellus piat hunc retro, cui parlat orecchiae.
Supplicat, ut vivam faciat ſibi reddere vaccam,
Cui Fratrem ladrum digito monſtrante paleſat.
Tunc Cingar ridendo facit ſibi tradere ſaccum,
Quem de ſub menſa raccoltis oſſibus implet,
Imponenſque humero Zambelli, dixit: eamus,
Namque hoc in ſacco portas, Zambelle, Chiarinam.
Hanc ſub terreno, venias, ſoterabimus ambo:
Quam poſt tres giornos faciam tibi ſurgere vivam.
Sic ait, et vale dicens (5) compagnonibus illis,
Ante caminabat: ſequitur ſub pondere ſacchi
Zambellus, donec veniunt (6) ubi foſſa Cipadae
Ranis plena cridat, ſtrepitumque ad ſidera mandat.
Illic reliquias celebris poſuere Chiarinae,
Quae fuit a magno cantari digna Cocajo.
Illico venerunt (7) Satyri, Dryadeſque putellae:

Plau-

(1) *Sic ducit &c.* Ironia vulgo familiaris.

(2) *Bertezant*. Irrident. Otioſis hominibus familiare, immo ſolemne eſt, laborantibus irridere, eorumque laudi quaqua poſſunt detrahere.

(3) *Fuſaras*. Hoc nomine vocamus triangulum ligneum, cui foraminibus excavatis, coli a mulieribus infiguntur. Qui verſibus inaequalibus folia complent, ita ut brevioribus longiores ſemper ſuccedant, aliquid ſimile in pagina efformant.

(4) *Qui ſtans &c.* Menſae aſſidens ventrem compleverat, et Bacco indulſerat. Metaphora a navi ducta.

(5) *Compagnonibus*. Vox in deteriori ſenſu nobis familiaris. Nam *ſono Compagnoni*, nobis idem ſonat, ac ſi diceremus, ſunt in Iniquitate amici, et ſocii.

(6) *Ubi foſſa*. Ubi olim Cipada extitit, vel circa ea loca, etiam nunc ranae rauco ſtrepitu crocitantes exaudiuntur.

(7) *Satyri ec.* Satyri, et Dryades Numina ſylveſtria Poetis ſatis nota, quemadmodum Poetis familiare ad Paſtoralia funera ea flentia repraeſentare. Ubi Macaronici Poetae non caſu loquentis conſilium adverte, qui quum de ranis paluſtribus regionibus crocitantibus aloquutus eſſet, Satyros nemorum, et Dryades Aquarum numina appellat.

Planxeruntque ſimul ſquarzato crine Chiarinam,
Atque ſuper tumulum ſeguitantia metra notarunt:
Vendita quod fuerim bis, (1) falſo Cingaris aſtu,
Quodve mea Fratres Motellae carne cibarim,
Non multum toedet: fleo ſed mea fata ſub orco;
Namque (2) ſub inſano vixi male ducta Magiſtro.
Sic nos mortales ſtulto ſub praeſide ſtantes,
Flere libet potius, quam dulcem perdere vitam.

(1) *Bis falſo*. Recole, quae ſupra dicta ſunt. Vendita a Zambello Cingari perſonato: rurſumque a Cingare Judaeo Sadoch.

(2) *Sub inſano*. Ad Zambelli ſtolidos mores alludit.

ARGUMENTUM

IN OCTAVAM MACARONICEN.

Dum Cipada diem celebrat laetiſſima feſtum,
Ballat ſub Vitis Conjuge Ruſticitas.
Cingar caſtronis canaruzzum ſanguine plenum
Scannat, quem Bertae Gens putat eſſe gulam.
Fert Jacopinus eam ceu mortam exinde, canitque
Hanc ſuper: aeternam dona eis requiem.
Tum Cingar ſancti cortellum Bartholomaei
Fingit, quo Bertam ſignat, et illa levat.
Illa levat tamquam Lazarus jam corpore foetens,
Miraclum ſubito ruſtica turba putat.
Praedicat, offertamque capit tunc Cingar ab illis.
Omnia Zambellus vendit, emens gladium.
Qui quoque miraclum cupiens oſtendere, Laenam
Scannat, quae terrae mortua tota ruit.
Concilium facit villanas intra canajas,
Tognazzus caput eſt, Cingar ammazzat eum.



MER-

Digitized by Google



MERLINI COCAII

POETAE MANTUANI.

MACARONICE OCTAVA.

LAmque dies aderant, quos Carnovale vocamus.
Atque ad (1) Carobium properant ballare Villani.
Non eſt qui tangat Zappam, qui figat aratrum;
Immo ſuae quiſquam cupiens placuiſſe (2) Tognolae,
Excutit e paleis teſtam, foenoque rigentem
Pectinat, et frontem bindamine colligat albo.
Calzas ingambant, (3) ſeu chiuſas, ſive braſolas,

(1) *Ad Carobium*. Sic vulgo dicitur, ubi hilaritatis gratia Ruſticorum convenit multitudo.

(2) *Tognolae*. Amaſiae.

(3) *Seu Chiuſas &c.* Femoralia, ſeu clauſa, ut moris eſt, ſive apertas, ut fieri in infantibus ſolet.

Quae nam (ſparagnant) poſſunt durare diſannos,
Suntque favoriti, feſto qui tempore calzas
Ferre diviſatas poſſunt, ſcarpaſque biondas,
Inque bragam valeant curtam ficcare camiſam.
Sed prius ad Miſſam chiamat Campana canendam,
Et properant omnes, dies eſt Dominica namque.
Prae Jacopinus eam ſe ſe cantare parechiat.
Cingar caſtronis canaruzzum ſanguine plenum,
Dico gulam caſtronis habens de ſanguine plenam,
Hanc collo Bertae mira ligat arte, copritque
Drappibus, et pannis (velut eſt uſanza) bianchis,
Quod tu juraſſes, ibi nullam ſtare magagnam.
Inde Jacopinus, chiamatis undique Pretis,
Coeperat in gorga Miſſam cantare ſtupendam.
Subſeguitant alii, magniſque cridoribus inſtant.
Protinus (1) Introitum ſpazzant talqualiter omnem,
Ad Chyrios veniunt, quos miro dicere ſentis
Cum contrappunto, veluti ſi cantor adeſſet
Maſter (2) Adrianus, Conſtantius, atque Jachettus.
Hic per dolcezzam ſcorlabant corda vilani,
Quando de quintis, terziſque calabat in unam
Muſicus octavam noſter Jacopinus, et ipſas
Providus octavas longa cum voce tirabat.
Gloria in excelſis paſſat, jam Credo propinquat.
Oh (3) ſi Joſquinus Cantorum ſplendor adeſſet!
Imparaſſet enim melius componere Miſſas.
Jamque parecchiatur largo ballare ſub ulmo,
Nam tribus in ſaltis balzarat Sanctus in Agnus.
Sed non ad finem Miſſae deſcenditur ancum,
Poſtpoſitoque Deo, Sathanae ſervire comenzant.

Ne

(1) *Protinus Introitum*. A Miſſae introitu ſe ſe celerrime expediunt.

(2) *Maſter Adrianus &c.* Muſicae profeſſores tunc temporis fortaſſe celebres.

(3) *Oh ſi Joſquinus*. Muſicus Magiſter omnium celeberrimus.

Ne ſtupeas, lector, ſi non villana canaja
Poſt Miſſam vacuas celerent implere budellas;
Namque ſacrilegium grandem committere credunt,
Si vacuo girent ad Miſſam ventre gajoffi.
Non ſtetit indarnum Jacopinus, et altra Pritorum
Turba, cavant Camiſos, Cottas, Pivialia preſtum:
Ad tavolam primum celerant: apponitur Occa,
Lonzaque Porcelli graſſi, ſeptemque Galinae.
Omnia conſumunt: canibus vix oſſa relinquunt.
Nam teſtamenti vecchi praecepta recordant,
Quod roſtum non vult avanzet ad uſque domanum.
Ergo ubi mangiarunt occam, reliquaſque vivandas,
Sub tavolaque illic oſſamina multa butarunt,
Surgunt (1) plus cocti quam crudi, urgente bocalo,
Ad ſaliceſque ruunt, quo chiamat piva brigatam.
Prae Jacopinus habet (2) quantos Offerta quatrinos
Contulerat, faciens gentem baſare Manipol:
Hos donat Pivae, mandatque ſonare Pavanam.
Inde pians bellam, quae dicta eſt Paſqua, Fiozzam,
Ballat, vixque valet pleno cum ventre moveri.
Cingar adeſt, ridetque Preto danzante Copino.
Villanus quidam, (3) ſub cauda morſus ab oſtro,
Se viat ad Bertam, ſi vult ballare domandat.
Cingar id advertens, cignat de more (4) tacagni.
Berta, prius quae ſcit, quid Cingar fare volebat,
Annuit, et porgens levam, ſaltare comenzat.
Cingar item claudens oculum, ſcaltritus aviſat
Bertam, quae faciat, ſicut fuit ordo tralorum.
Incipit illa manum leviter ſtriccare gazano,
Ut facitur, quando tentatur pignus amoris.

Pa-

(1) *Surgunt plus cocti &c.* Surgunt de menſa ebrii.

(2) *Quantos Offerta &c.* Habet nummos, qui collati fuerant in eleemoſinam.

(3) *Sub cauda &c.* Infortunatus, malo omine.

(4) *Tacagni.* De more hominis rixae cauſas aucupantis.

Paſtor at ille bonus pede zonto in retia ſaltat.
Sentit (1) alegrezzam talem diſcurrere, quod non
In zerlam melis tunc vellet habere culamen.
Berta iterum digitis ſonat organa ſaepe premendo.
Dumque frequens ſtricat, (2) ſuſpiria dupla ſequuntur.
Ille fidem praeſtat fraudi, ſtriccuſque reſtriccat,
Et minchionazzus credit (3) bonamenter amari.
Ambo ſe alquantum retirarunt extra brigatam:
Quinque parolettas ſumiſſa voce ragionant:
Sed poſt quinque, octo, poſt octo, trenta, quaranta,
Poſtque quaranta, piat grandis baldanza Vilanum:
Hanc tirat, illa ſequit quocumque menatur ab ipſo;
Qui verſus Geſiam properat, ſperatque (4) maraſſus,
Vel cantone aliquo, vel poſt altare, vel ipſo
In campanilo factum godere botinum:
Extemplo Cingar gladium ſguainando cucurrit,
Per trezzaſque pians illam dicebat a, anum,
Sic ne putana facis? ſimulanſque forare colengum,
Caſtronis jugulat canaruzzum ſanguine plenum,
Et proprium Bertae collum ſcanaſſe videtur.
Illa cito terrae, faciens (5) gatamorta, ruinat,
Statque velut moriens pedibus (6) repetando duobus,
Ac (7) sberlans oculos, jam mortua tota videtur.
Tunc omnes laxis currunt extemplo puellis,
Arma piant, raptimque levant ad ſidera voces;
Cingar erat turba quaſi jam perimendus ab illa,
Sed largum ſubito (8) sbalzaverat ultra denetto.

Foſ-

(1) *Sentit alegrezzam*. Laetitia effertur, et ſe beatum putat.

(2) *Suſpiria dupla*. Scilicet tum ex parte Ruſtici ſtolide credentis, tum ex parte Bertae callide fingentis.

(3) *Bonamenter*. Fraudes non ſuſpicans nos dicimus: *buonamente*.

(4) *Maraſſus*. Alias *Maruſſus*, ſtolidus.

(5) *Gatamorta*. Fingens ſe extinctam.

(6) *Repetando*. Pedes projiciens, et contorquens tamquam qui violenta morte occumbit.

(7) *Sberlans*. Violenter aperiens.

(8) *Sbalzaverat*. Trans foveam ſaltù ſe projecit.

Foſſatum, nec non latitat Foenile ſub uno,
Namque villanorum fingebat habere ſcagaitam.
Tunc ambis manibus lignum ſe rampat ad unum,
Rampegat, (1) atque ſuper cuppos celer ecce videtur,
Seque tirat, ſcutumque facit poſt terga camini,
Ne poſſit laedi, ſeu ſchioppis, ſive baleſtris.
Hic ubi ſe aſcondit, teſtam de margine muri
Porrigit alquantum, trepida ſic voce locutus.
O bon compagni, quare me uccidere vultis?
Reſpondent, quoniam feſtam ſotoſora butaſti,
Ac ſenza cauſa jugulaſti poſtea Bertam.
Cingar item parlat: neſcitis quippe raſonem.
Nonne ribalda meo facit iſthaec cornua Baldo?
Id tamen omne malum dum perdonare velitis,
Et mihi giuratis, non veſtris laedere telis,
Hanc ego guaribo, faciamque reſurgere vivam:
Illi admirantes, ſemet guardare comenzant,
Taleque miraclum penitus tunc cernere vellent.
Ergo dedere fidem, non illum tangere quicquam.
(Quamvis ulla fides non eſt credenda vilanis)
Tunc ſe per quoddam lignamen Cingar ab alto
Culmine callavit, quem villica turba ſequebat.
Vadit ubi fallax oculis ſtat Berta (2) ſtravoltis,
Quam penſant omnes, penitus moruiſſe daverum.
Hanc tamen ad Geſiam portaverat inde Copinus,
Qui fraudem prius ex ipſo jam Cingare novit,
Cum quo jam punctum eſt totum ſpartire guadagnum.
Preſto tulit, nullumque ſinens andare propinquum,
Cantabat requiem aeternam, Lazarumque per illam.
Octo candelas accenderat, et cadeletum
Miſerat in medium Geſiae, Bertamque dedrentum.
Ecce venit Cingar multis ſeguitantibus illum.

In-

(1) *Rampegat*. Repens ſcandit. | (2) *Stravoltis*. Inverſis.

Introit, et rurſus gladium cavat extra guainam,
Sanguine quo plenum canaruzzum (1) foderat ante.
Ergo paulisper coelo ſuffigit ocellos,
Haſque comenzavit pietoſa voce pregheras:
O cortelle meus, toto mihi carior orbe,
Qui demonſtraſti jam tot miracula mundo,
Quot ſunt in coelo ſtellae, quot in aequore Piſces,
Te rogo per Sancti virtutem Bartholomaei,
Cujus nunc etiam rubro es de ſanguine pictus,
Sicut Berta tuo pro vulnere morta cadivit,
Sic nunc iſti tuo ſoccurſu viva reſurgat.
Sic dicens, bis terque crucis ſignacula fingit,
Neſcio quos Pſalmos tacita cum voce ſuſurrans.
Tunc cita de pheretro ſimulatrix illa reſurgit,
Quae (2) ſmarrita nimis, cunctis res matta videtur:
Ahime, gridat, cur me ammazzaſti Cingar? et heu quid
Commiſi, quod ſic gladio mihi colla ſecaſti?
Cingar ait: quoniam feciſti cornua Baldo,
Baſaſtique illum nuper danzando vilanum.
Parcite, Berta inquit, tenerino parcite ſexo.
Foemina de maſchio facta eſt, vult foemina maſchium.
Ponite quam vultis mulieri, ponite guardam,
Ne faciat tortos fuſos (cum priva marito eſt)
Vix in cervello ſi ſtat praeſente marito.
Abſque viro non vult per guiſam ſtare niunam.
Si ſtat, miraclum ſuper omnia dicite grandem.
Cingar reſpondet: mentiris porca ribalda,
Tu male cum vivas, alias male vivere credis.
Quantos exilio miſſos cognovimus olim,
Servavere quibus conſortes vota, fidemque?
Illi tanta maris, terraeque pericula paſſant,

Mil-

(1) *Quae ſmarrita &c.* Fingens ſe rei novitate perculſam, ſtupida, ac ſuſpenſa manet.

(2) *Foderat*. A verbo *fodio*: fodiverat.

Mille brigas rerum patiuntur, mille travajos,
Sed memorando domi uxorem liquiſſe fidelem,
Nil faciunt caſum de fortis rebus iniquae.
Nos matronarum ſervamus ſemper honorem,
Quarum laudantur mores, laudatur honeſtas,
Quo plus ſunt rarae, ſibi plus eſt gloria major.
Tunc villanorum ſtipata lovagna gridavit:
Oh, oh, miraclum, miraclum grande daverum!
Oh, cagaſanguis, quanta latet poſſanza ſub iſto
Cortello! numquam ſic te, cariſſime Cingar,
Credidimus ſanctum, quem ſemper amabimus omnes.
Sed dic, quis talem gladium tibi praebuit unquam?
Tunc Cingar brancat Bertam, Geſiamque ſubintrat,
Ac ſuper altarum mira gravitudine montat,
Et meritum gladii prologo ſic praedicat alto:
Cernite Coltellum, gens o devota, beatum,
Cernite coltellum, cum quo mala (1) Rocca Romagnae,
Rocca Roverſani Villanis plena cativis,
Cruda roverſavit jam pellem more videlli,
Moreque capretti de ſpallis Bartholomaei,
Hic eſt coltellus felix: hic ille teſorus,
Cui ſimilem nec habet, nec habebit (2) Geſa Samarchi.
Hic eſt, qui veſtras poterit ſaldare feritas.
Hic eſt, qui ſcampat brutta de peſte malatos.
Hic eſt, qui vivos, et mortos ſuſcitat omnes.
Nonne per adeſſum vidiſti ſurgere Bertam?
Sic alios poterit mortos drizzare gajardos.
Currite, quid pigrae ſtatis? Jam currite gentes.
Hunc baſare ſacrum cortellum currite dico.
Protinus illa ruens multo sbrajore (3) Lovagna,

E e Aſſi-

(1) *Rocca Romagnae*. Aemiliae, ſeu Romandiolae oppidum.

(2) *Geſa Samarchi*. In Divi Marci aedibus Theſaurus aſſervatur, in quo plures non tam divitiis, quam pretioſae Antiquitatis Reliquiae aſſervantur.

(3) *Sbrajore Lovagna*. Ruſticorum turba multo cum clamore ruit.

Aſſimilatur enim, quando ad brottalia porci
Currunt, et retinent moſtazzi ſemper (1) in Albi.
Illi cortellum properant baſare (2) Bricones,
Quem porgens Cingar, velut eſt uſanza Pritorum
Porgere manipulum vulgo, dum laſſat offertam,
Dicit, Pax tecum, garbo tam ſaepe galanto,
Quam ſaepe innumeros ſentit cantare quatrinos;
Namque bacinellam Jacopinus porgit ofertae,
Quinetiam ſcufiam de teſta Berta levarat,
In quam Villani frettabant mittere ſoldos.
Durarat groſſam jam praedica Cingaris horam,
Quem cuncti Fratrem penſaſſent (3) eſſe Robertum,
Allegabat enim ſextum decretale decretum,
Angelicam, gloſſam, Bibiam, ſanctumque Tomaſum.
Non fuit in Fratrum ſtudiis Bacalarius unquam,
Atque Catedratus, Scotiſtaque doctior alter.
Totas Cervelli voltat ſotoſora bajanas:
Argumenta facit, (4) negat hinc, probat inde medemum.
Durarat binas jam praedica Cingaris horas,
Qui metuens, ne quis veniat vir mente (5) cativus,
Qui noſcat fraudem, vel (6) ruſam detegat illam,
Providus occultans gladium deſcendit ab ara,
Inverſuſque caſam cepit drizzare pedatas.
Villani ſeguitant gladium comprare volentes,
Qui tam mirificam maravejam fecerat ante.
Cingar eum nec velle, inquit, nec vendere poſſe.
Iſtud miraclum Zambelli venit ad aures:

Pen-

(1) *In Albi*. In alveo Armentorum potui parato.

(2) *Bricones*. Sic per contemptum ruſtici vocantur.

(3) *Eſſe Robertum*. Celebrem fortaſſe ſui aevi Concionatorem Cingarem Ruſtici eſſe putabunt; audiebant enim tot referentem abs re fictos textus, quorum citatione dumtaxat ſtupidi Agricolae ſtupebant.

(4) *Negant hinc &c.* Idem negare eodem tempore, et affirmare, magnae ſapientiae in Cingare inditium.

(5) *Mente cativus*. Experrectus, et non ſtolidus omnino, ut Ruſtici a Poëta conficti.

(6) *Ruſam*. Dolum circumvenientis.

Penſat Chiarinam jam poſſe reſurgere vaccam.
Mirabundus abit, facilis dementia credit;
Namque recontabant illi miracla vilani,
Ac propriis oculis vidiſſe reſurgere Bertam,
Se fortunatum credebat deſuper omnes,
Dummodo vellet eum cortellum vendere Cingar.
Inter ſe ſteſſum dicebat factus alegrus:
Mo, piſſaſanguis, mea nonne Chiar'na reſurget,
Si mea nunc potuit cugnata reſurgere Berta?
Oh quantum faciam cultro comprando guadagnum!
Nonne guadagnabo totque ovos, totque polaſtros,
Quod doventabo dives in tempore poco?
Oh ſi cortellum mihi vellet vendere Cingar!
Ergo illum retrovat dicens: o Cingar, amas me?
Reſpondet, pluſquam me ſteſſum: ſaepe provaſti.
Zambellus dixit, rogo te, mihi vende (1) Podettum.
Nil curare notat cortellum vendere Cingar;
Sed mage Zambellus cupidus (2) pregat, atque repregat,
Vult omnino ſibi cultrum comprare beatum.
Cui Cingar: tantis cedo, fradelle, pregheris,
Sum contentus ego tam carum vendere cultrum,
Da quadraginta mihi ducatos, nec volo mancum,
Accipe mox gladium, quem virtus tanta decorat.
Zambellus ſubito cortellum propter habere,
Affittare caſam deliberat, immo pignattas,
Vendere, mox ſemet, Laenamque impegnare vilanis.
Cingar avviſarat ſcaltritum Prae Jacopinum,
Qui cum Zambello faciens abſconditer unum
Tractatum, robbam totam compravit ab illo.
Zambellus Laenae nil dicens, atque Tognazzo,
Omnia vendivit, cartam faciente Brioſſo.

 Iſte

(1) *Podetum* Ruſticis eſt culter putationi aptus, quo nomine omnem cultrorum ſpeciem confundunt.

(2) *Pregat, atque repregat.* Iterum, iterumque precatur.

Iſte Brioſſus erat (1) Nodarus, vel penarolus,
Natus poltrones pro ſcortegare vilanos;
Semper habebat enim vel tres, vel quinque paratos
Ad poſtam falſos teſtes de jure bruſandos.
Honnofrim (2), Marcum de vecchis, Zanque barillum.
Si tantas illi dextras natura dediſſet
Quantos Judaeos baganajos Mantua paſcit,
Quantas Veronae corrumpit Arena puellas,
Vel quantos piccat ladros Romagna quotannis,
Omnes tajaſſent noſtro de jure Brioſſo.
Namque Inſtrumentos falſos tot ſcripſerat iſte,
Quot piſcatores facit alma Venetia ſignores,
Quot barcaiolos generavit Chioza ribaldos,
Quot pueros, (qui ſint neſcimus) Brixia paſcit,
Quot ficos ſeccos totum dat Marca per orbem,
Quot (3) Merlinus ego cantando fingo boſias.
Ergo Zambellus bene ſe imbattivit in illum:
Vendivit zappas, vendivit aratra, badilos,
Gallos, gallinas, vangas, et mille zavattas,
Neſcio, quos modicos Agros, parvamque caſettam,
Perque novem ſoldos cercabat vendere Laenam.
Unde ragunatis nummis, quos Cingar ab illo
Chiedebat, caricatque ſinum, ghedamque camiſae.
Mox ſine penſero ſcura de nocte levatur,
Aſtutus quoniam Cingar ſic juſſerat illi.
Egrediendo caſam per opaca ſilentia currit,
Ac ſi robaſſet nummos, quos portat adoſſum.
Cingar eum ſenſit, cui protinus obvius andit,
Denarioſque illos brancat, numerando negottam.

Stant

(1) *Nodarus.* Notarium hic deſcribit, quemadmodum a Ruſticis Notarii eſſe creduntur; qui tamen fidei, et honeſtatis exemplaria plerique eſſe deprehenduntur.

(2) *Honnofrim &c.* Ruſticorum nomina, quibus pro falſis teſtibus utebatur Brioſſus.

(3) *Quot Merlinus &c.* Hic numerus reliquos omnes certe excedit.

Stant ibi praeſentes Jacopinus, et ille Brioſſus,
Qui cartam fecit, robbam comprante Copino.
Cortellum ſubito Zambellus alegrus achiappit,
Ut cito graffat aquam freſcam quem (1) freva moleſtat,
Atque ſolet panem dudum brancare famatus;
At miſer inveniet grandem piliaſſe (2) ſajotam,
Atque manus plenas (3) muſcis retrovabit habere.
Jam veniente die gladii vult cernere provam,
Vult quoque Laena prius probet id, mox vacca Chiarina.
Hanc improviſus multa praeſente brigata
Chiappat, et in medio cortellum pectore ficcat,
Corpore de cujus sborratur vita daverum.
Tunc dixit: Cortelle meus mihi ſuſcita Laenam,
Te rogo per ſancti virtutem Bartholomaei.
Talia ſed muro (4) tunc dicere verba valebat;
Nil reſpondet enim quia mortua tota jacebat.
Zambellus clamat etiam bene mille fiatas,
Deh cortelle meus, cur non mea Laena reſurgit?
Omnia conſumpſi pro te comprare; quid ergo,
Quid codeſella, inquam, ſic me, Cortelle, gabaſti?
Sed nec (5) de venis, nec polſis Laena batebat.
Tunc Villanorum vario cum murmure ſquadrae
Inter foenilum pariter cumulata ſtupebat.
Conſul erat Gobbus, quo non aſtutior alter,
Frater zuratus ſemper fuit iſte Tognazzi,
Feciſſetque nihil ſavia ſine mente Tognazzi.
Ipſe Cipadicolas ſub tecto congregat omnes,
Et poſitis ſcannis ſederunt ante Tognazzum.

Tota

(1) *Freva*. Venetorum dialecto ſic dicitur febris.

(2) *Sajotam*. Proverbium, quod ſignificat: inveniet ſe non emiſſe. Nunc dicimus: *pigliare un granchio*.

(3) *Atque minus &c.* Vulgare proverbium idem ſignificans, quo etiam nunc temporis ſoepiſſime utimur.

(4) *Talia ſed muro*. Parietem alloqui nihil proficit, aeque tunc proficiebat Zambellus.

(5) *Sed nec de venis*. Omnino erat extincta. *Non batteva nè polſo, nè vena*.

Digitized by Google

Tota Cipada ruit magno clamante ſenatu,
Mox nutu Gobbi linguas clauſere debottum.
Tognazzus primum ſuper unum ſtando (1) tinazzum,
Incipit hac forma, dum parlat, ſolvere boccam:
Eſt verum quod nos, o cara brigata, chi lò,
Venimus (2) ut vobis faciamus noſcere per che.
Nos ſumus (ut ſitis) (3) Communi ſuſtinimentum,
Et qui diſponunt dictum ſervare Catonis,
Pugna pro Patria, ſi tu vis vivere ſanus.
Non hic ſunt veſtrae ſomnae, veſtrique putelli,
De quibus (4) asbaccum caſamenta piena tenemus.
Iſtos confei noſtis non eſſe capaces.
Vos homines eſtis (5) longo poſt tempore maſchii,
Aſpertique (6) viri, defenſoreſque Cipadae.
Mantua, quid quaeſo, noſtra valet abſque Cipada?
Ipſe ego quapropter ſimul et prudentia Gobbi,
Vos ſine foemennis razzavimus ecce chinugna:
Cum ſociis Baldi quid quaeſtionetur, habemus,
Qui ſemper quaerunt Cipadae frangere pacem,
Nil timeamus eos, quia Baldus carcere ſtentat,
Et quamvis eſſet, quidnam foret ille deforas?
Debetis litem quondam memorare Carazzi,
Quando tam valuit noſtri ſapientia Gobbi.
Me quoque non ſtantem (7) panzam grattare provaſtis.
Quis piſſaſanguis? Quis vercomanus (8) agrezat,

Iſtos

(1) *Tinazzum*. Sic vocamus ingens vas ad muſtum fermentandum, vinumque efficiendum.

(2) *Venimus &c.* Adverte ſenſus Ruſticorum more implexos, et irritos, huc venimus, ut diſcatis, quare huc veniſtis.

(3) *Communi ſuſtinimentum*. Communitatis robur, et columen.

(4) *Asbaccum*. Supra eſt explicatum. Domi foeminarum, et puerorum habetur multitudo ingens.

(5) *Longo poſt tempore*. Alter Ruſtici ſtolide garrientis error. Semper maſculi fuerunt, non aliquando.

(6) *Aſpertique*. Rerum experientia edocti.

(7) *Panzam grattare*. Nihil agere, et incaſſum ſtare, hoc dicendi modo ſignificamus.

(8) *Agrezzat*. Quis malus Daemon iniquos homines adigit dormientes canes excitare, et rixas quaerere?

Digitized by Google

Iſtos poltrones cagnas ſmeſiare cubantes,
Ut medici vadunt cercantes ultro malannum?
State, precor, ſaldi, conſtantes ſtate fradelli,
Mittamus robbam, vitam, proprioſque fiolos
Ad bugaferrum (1) propter defendere noſtra.
Me dudum, me jam cognoſcitis eſſe Tognazzum:
Gobbus adeſt, cujus virtute Cipada triumphat,
Quotidie Mantu vadat, redeatque frequenter,
Conſulis officio ſolitas exerceat artes,
Donec compagnos Baldi nihilabimus omnes.
Vidiſtis poverum Zimbellum Cingaris aſtu
Amiſiſſe caſam, robbam, ſcannaſſeque Laenam.
Quotidie facit hunc, facit hanc, robat hic, robat illic,
Ingannat, truffat, ſcaccat, fagramentat, (2) abarrat,
Et patietur eum ſic ſic Cipada ladronem?
Credite jam noſtri quod erit victoria Gobbi,
Et veniet Cingar tandem ſub rete giotonus.
Dixerat, ac iterum ſupreſſa voce taſivit.
Tunc Zanardonus ſurrexit de (3) ſedimento,
Ac ſub centura (4) palmas ficcavit utraſque.
Poſtquam (5) raſcavit bis terque tacendo catarrum,
Sic ait: oh cancar! quantum bene barba Tognazzus
Parlavit, parens alius Ciceronus adeſſum;
Sed penſo, quod non Cingar (6) trapolabitur unquam.
Nam ſtraveſtitus ſemper ſolet ire ladrettus,
Saepius ad noſtrum venit de nocte caſottum,
Vadens in certum, velut eſt uſanza, (7) filozzum;

Atta-

(1) *Ad Bugaferrum.* Omnia peſſum dentur, ut noſtra tueamur.

(2) *Abarrat.* Alibi explicatum. Decipit.

(3) *De ſedimento.* Qui prius ſedebat, ſurrexit.

(4) *Ac ſub centura.* Sub cingulo utramque condidit manum, ad auctoritatem, et ſermonis efficaciam oſtendendam.

(5) *Poſtquam raſcavit.* Poſtquam bis, vel ter excreans expuerit ad attentionem conciliandam.

(6) *Trapolabitur.* Non cadet in inſidias.

(7) *Filozzum.* Alibi explicatum. Vid. Zanit p. 27. not. 1. Ita vocatur locus, quo Ruſtici conveniunt hybernis noctibus; ſolent enim in Stabula convenire.

Attamen una ſuum occultabat maſcara muſum,
Et poſitis capiti, manibus, pedibuſque ſonais,
Gattum atezabat pulchram faciendo moreſcam,
Et ſua per terram tich toch calcagna ſonabant.
Immaſcheratum nemo cognoſceret illum,
Sed quod ſit Cingar tantum ſaltatio monſtrat.
Attamen affirmo bona parlamenta Tognazzi.
Mox Bertolinus, mox Fontanella, Tonalus,
Martinellus item, dubioſus Barba Defendus,
Affirmant cuncti verbum ſublime Tognazzi.
Sed Girardellus, qui fert colletta corammi,
Non laudo, dixit, talem non laudo facendam.
Conſideraſtis groſſiliter omnia certe:
Cingaris eſt quidam compagnus Venetianus,
Non piſcatorum numero, non barca gridantum:
Gentilhomius enim, ſavius, multumque ſaputus,
Ac in (1) Pregajum perrexit mille fiatas.
Deque (2) Caodeſiis frater ſuus eſſe probatur.
Quis diavol enim poterit combattere ſecum?
Credite, (3) cum Sancto Marco certare biſognat.
Dixi nempe meum, mihi perdonate, parerum.
In pede ſaltatus dixit furibunde Cagnana.
Aeſtimat (4) un ficum non noſtra Cipada Samarcum,
Quamvis (5) ſfodratum teneat ſua dextera ſtoccum,
Et quamvis habeat barbazzam in pectore longam.
Non eſt, Gobbus ait, non eſt, o Barba Cagnana,
Marcus (6) qui portat barbam, ſtoccumque ſfodratum,
Eſt ſanctus Polus, doh Lancum, deſine ſanctos.

Cum

(1) *In Pregajum. Pregadi* Venetiis dicitur Senatus.

(2) *Caodeſiis*. Magiſtratus decemviralis, Venetiis omnibus notus.

(3) *Cum Sancto Marco*. Cum Republica Veneta, cujus Patronus D. Marcus nomen praebet, et inſignia.

(4) *Aeſtimat un ficum*. Parvi, vel nihili facit.

(5) *Quamvis ſfodratum &c.* Evaginatum gladium manu tenet Leo, in quo D. Marcus repraeſentatur Venetae Reipublicae Patronus.

(6) *Marcus &c.* Ignari, et ſtolidi Ruſtici aequivocatio, qui D. Paulum cum D. Marco confundit.

Cum ſanctis (1) noli ſcrizzare, proverbia dicunt.
Tum Gurronus ait: non laudo, perque nientum,
Compagnis Baldi (2) contrarius eſſe patibo.
Conſideratis (3) groſſiliter omnia certe.
De me non minimum penſetis habere ſocorſum.
Slanzafojada levans ſurſum, ſic parlat in ira:
Non dabis altorium? quid ais? tu ſolus ab altris
Diſcrepare putas? o grandis perdita rerum:
Scilicet, impreſam pro te laſſabimus iſtam?
Impatiens iterum ſe ſe levat ipſe Guronus:
Credo, inquit, firmumque habeo, dubitoque negottam,
Quod minus Impreſam poteris laſſare cotalam.
Quotidie vades, redies per mille facendas,
Ut, totum faciens, retroves feciſſe nientum,
Utque tibi ſolo donet tal coſa guadagnum,
Non quia Cipadae vojas deffendere ſtatum,
Sed quia Cipadae marchettos mille rapines.
His motus verbis, diſturbatusque Tognazzus,
Per Vercomanum, dixit, tua verba, Gurone
Guaſtant conſeium, nec rem concludere poſſum.
Se levat è ſcamno. Giannus, Pannada, Garofol,
Et placidis verbis excuſavere Guronum.
Poſt haec decretum eſt, ſolum ſcrepante Gurono,
Mittere Praetori cum Gobbo Barba Tognazzum,
Qui sbirros ducant compagnos prehendere Baldi.
Quo facto ad proprium remeavit quiſque palazzum.
Interea Cingar ſenſit, referente Gurono,
Conſeium factum per Gobbum, perque Tognazzum;
Riſit, & armatos ſecum facit ire ſodales,
Ne forſan (4) fieret praeſon, vel morte periret.

 Ber-

(1) *Cum Sanctis &c.* Senſus eſt: Noli de Sanctis ridere. Proverbium Mantuanis familiare, quod hic optime quadrat.

(2) *Compagnis Baldi &c.* Non patiar Baldi Sociis me infenſum exhibere.

(3) *Conſideratis &c.* Vos hebeti mente omnia conſideratis.

(4) *Ne forte fieret praeſon.* Ne forte in carcerem conjiceretur.

Bernardinus adeſt, Catoius, Raſa, Durantus,
Ardet Amerigus, pariter bravante Galetta.
Alter balleſtram, fert alter tergore ſchioppum,
Pizzagnoccus habet ſpadam, curtamque zanettam.
Bombonus raſcum, ſtallas quo disboazabat,
Ad terram buttat, lanzamque piavit acutam.
Sguerzus habens alium ſchioppettum pulvere plenum,
Jam cupit (1) ad buſum fogatam ponere cordam.
Nondum nocturnas tenebras Aurora fugarat,
Congregat hos omnes Cingar capitanius, atque
Per mediam paſſant animoſo corde Cipadam.
Cingar eos animat, mox alta voce gridabat:
Su ſu qui (2) mecum vult gattam, vengat avantum.
O villanzones, o porcinaia, venite.
O maſcalzones, o, o deſtructio panis,
O slanza gnocchi, gens o poltrona, gazani,
Su ſu qui mecum vult gattam, vengat avantum.
Talia dum bravat, nil curans ore petezat,
Inde Schiavina (3) focum dat ſchioppo, ſanguinis ardens,
Fit per campagnam reboatio longa pianam.
Quum Cipada procul ſenſit per nubila tuf taf,
Oyme, Tognazzus ait, ſenſiſti cara brigata?
Schioppettum contra Cipadam diſcarigarunt.
Talia dum loquitur, major fit rumor ad auras,
Namque archibuſum Sguerzus ſcarigaverat altrum;
Interea Gobbus ſe drizzat ſolus ad urbem.
Cingar aviſatur, ſociis ſe tollit ab altris,
Solus diſcedit, boſco ſe macchiat in uno.

Audit

(1) *Jam cupit ad buſum.* Sic olim Sclopi explodebantur, quemadmodum etiam a Fracaſtoro mirifice deſcribitur de Morb. Gal. l. 3.


Continuo cava terrificis horrentia bombis,
Aera, et flammiferum tormenta imitan-
tia fulmen
Corripiunt . . . . .
Nec mora, ſignantes certam ſibi quiſque
volucrem
Incluſam, ſalicum cineres, ſulphurque,
nitrumque,
Materiam accendunt, ſervata in veſte
favilla.

(2) *Su ſu qui mecum vult gattam.* Veniat, heus veniat, qui mecum rixari audet.

(3) *Inde ſchiavina.* Servatam in veſte favillam admovet nitrato pulveri.

Audit Tognazzus, quod Cingar in agmine non eſt.
Penſat quod fugiat, potius vel pergat ad urbem.
Illico ſe Mantu portans feſtinus (1) arancat,
Et quod facturum eſt, animo fantaſticat alto.
Sperzurat, quod vult deſtruggere Cingaris artes,
Et vult omnino contra illum vincere guerram.
Imboſcatus erat Cingar, videt ecce Tognazzum.
Illico ſe nulla formidine fecit apertum,
Miratur circum, ſi quiſquam forte videret,
Perſtringit manibus roncam, fendenteque laxo
Partibus in binis diviſit Barba Tognazzum;
Ac ita finivit Campari vita Cipadae.
Tunc abſque induſia Berta comitante ſcapinat,
Et natos Baldi ſecum ducendo gemellos,
Sgrombrat Mantoum caeca ſub nocte paeſum,
Inque tuis latuit montagnis, Brixia, Cingar.
In quibus anguſtam Bertae fabricando caſellam,
Neſcio quos paucos giornos habitaverat illic.
Tuque, ragazze, meo baſtinam pone muletto,
Namque cavalcandi venit mihi voia per urbem.

(1) *Arancat*. Iter corripit.



ARGUMENTUM

IN NONAM MACARONICEN.

Cingar aſinino coopertos ſpojat amictu
Fratres, quo tectus, ſanctus habetur homo.
Pro ſocio veſtit Zambellum, ſe putat ille
Fratrem, cui nomen frater Erinus erat.
Introeunt Urbem pariter, de carcere Baldum
Sub confeſſandi tegmine Cingar agit.
Inque locum Baldi Zambellus reſtat, et inde
Ignorant formam, qua ſcapolare queant.
Nobilis interea Leonardus venerat illuc,
Quem ſoldatorum plura caterva ſequit.
Vadit in hoſtariam; Baldus, Cingarque ſequuntur,
Ac ibi bretinas depoſuere togas.
Cingar compagnis Leonardi tela rapinat,
Cum quibus armantur Baldus, et ipſe ſimul.



MER-



MERLINI COCAII

POETAE MANTUANI.

MACARONICE NONA.

Cingar amat Baldum, tota ſe nocte dimenat,
Non animi perdit forzas, perque omnia rerum
Diſcurrit cerebro, qua guiſa, aut arte (1) Fiolus
Martis ab obſcura tandem praeſone cavetur.
Sic ait ad Bertam: vel Baldum carcere trabo,
Vel mille in quartos tandem, ſis certa, tajabor.
Talia parlatus, raptim ſe partit ab illa,
Per quoſdam boſcos aptos robbare caminat,
Itque novas ſemper fantaſticando magagnas,
Qualiter e longo deducat carcere Baldum.

Dum-

(1) *Fiolus Martis*. Sic per antonomaſiam vocat Baldum ob ingentem fortitudinem, et animi ſtrenuitatem.

Dumque caminabat per Boſcum ſolus opacum,
En Franſceſchinos fratres occurrere vidit,
Qui (1) tich toch ſemper faciunt geſtando zupellos.
Hi veniunt aſinum caricatum pane menantes,
Nec bene diſcernit Cingar quis eſſet aſellus;
Nam tum idem color eſt aſino, tum fratribus idem.
Extemplo roncam per mezzum Cingar achiappat,
Ac ſi vellet eos in quatros mittere pezzos,
Qui sbigottiti terrae flexere zenocchios:
Parce precor, gridant, facientes mille croſettas.
Cingar eos ſpoiat, tantum ſibi braga relicta eſt.
Atque Breviarium, quo Veſprum dicere poſſint.
Quid facit? In primis tajat ſibi forfice barbam,
Ciliciumque (2) Patris Generalis ſupra camiſam
Commodat, inde togas bretinas, inde capuzzum,
Groppiferamque ſogam cingit, calziſque cavatis
Gambas, atque pedes nudat, portatque (3) galozzas,
Ac tandem medio mantello tergora coprit.
Jam non is Cingar, ſed Sanctus nempe videtur.
Sub tunicis latitant ſacris quam ſaepe Ribaldi,
Per quos mordetur ſapientum fama virorum.
Projecit manicum ronchae, ferrumque tenivit,
Quod ſub groppifero (4) celans cordone ferebat.
Inde pians aſinum, ſuper illo pane ſedebat,
Dumque it blaſphemans Compietam dicere paret.
Per montes, campos, per ſilvas, rura cavalcat,
Cercat eleemoſinam, ſemper (5) cantando legrezzas.
Quod eſſet Cingar, non illum quiſque putaſſet,
Immo videbatur Sanctus Macarius eſſe.

Deni-

(1) *Qui tich toch &c.* Calceos portantes ſine fibula, et talo ambulantes, rumorem edunt; crepidis enim, vel ſcarponeis utuntur.

(2) *Ciliciumque &c.* Hirſuta veſtis, qua induitur ipſe Generalis Superior Ordinis.

(3) *Galozzas.* Calcei, quos ſupra vocavit *Zupellos*.

(4) *Quod ſub groppifero.* Sub fune, qua cingitur, nodis diſtincta.

(5) *Cantando legrezzas.* Preces fundendo.

Denique Mantoam veniens capitavit ad urbem,
Perque Cipadenſem villam (1) pitoccat ad uſſos.
Interea longe Zambellum vidit in agro,
Qui ſpedocchiabat furfanti more camiſam,
Cercabatque ſuos caldo ſub ſole (2) griſantos.
Fecerat horrendum digito ſtriccante macellum,
Quo ſe mundificant Chiozani ſupra (3) Maranos.
Eſſe pedochioſus quiſnam damnabitur unquam?
Nonne magis quiſquam contentat habere pedocchios,
Quam fieri Baro Francae, Franceſus et eſſe?
Cingar ait: quid agis nunc hìc, o pauper homelle?
Num ſcires ubi ſtet Zambellus? Dic rogo, ſciſne?
Cui reſpondet: ego Zambellus ſum, codeſella,
Qui volo deſperans, ut me cagaſanguis amazzet,
Namque fui nuper dives, nunc pauper ad uſſos
Vix retrovo panem, vix vinum, vixque meneſtram,
Deſgratiaeque meae fuit unica cauſa ribaldus
Cingar, cui poſſit cancar mangiare coradam.
Oh ſi poſſet eum ladrum brancare Poteſtas,
Se ſignare (4) quidem poſſet ſcampare ſoghettum.
Tunc Cingar: benedico Deum, quod te retrovavi
Ad primam bottam, nec oportuit ire vagando.
Vis, Zambelle, meus fieri compagnus, et iſtam
Donabo cappam, ſecum jungendo capuzzum?
Viſque Deo mecum ſervire? Quid ultra fietur
De te, ſi veſtes iſtas, poverette, recuſas?
Zambellus ſubito vultu reſpondet alegro:
Sum contentus ego, Pater o, tuus eſſe fradellus;
Si me bretina vis nunc veſtire gonella.
Nam meus ecce viden? (5) Giuppo cagat undique ſtrazzas,

Im-

(1) *Pitoccat ad uſſos.* Oſtiatim eleemoſinam quaerit.
(2) *Griſantos.* Pediculos cineracei coloris. *Grigi.*
(3) *Supra Maranos.* Navis ſpecies.
(4) *Se ſignare quidem &c.* Poſſet inter miracula referre, ſi funem effugiat.
(5) *Giuppo.* Inferior veſtis. *Thorax. Giubbone.*

Preſtiter alzando vocem, ſic incipit, o Gens:
O quia neſcitis, neſcitis certe (1) coellum:
Poſt paucos etenim giornos bruſabitur haec urbs:
Ni modo, ni Baldo truncabitis illico teſtam,
Quem modo ſub turris victum preſone tenetis;
Namque gigantonem Fracaſſum nomine vidi,
Qui menat, oh quantas ſquadras de gente Todeſca!
Pro Baldo giurat Mantus deſtrugere terram.
Nunqum viſta fuit gens tam crudelis & aſpra.
Saſſinant homines, robbant, forzantque puellas,
Altaros Geſiae ſpojant, Calicesque rapinant,
Multum pejores villanis nempe gajoſſis,
Qui nunc Bardellas (2) habitant, villasque propinquas.
Qui per deſpectum foenilia noſtra bruſarunt.
Hos tamen exuperant gentes feritate Fracaſſi,
Quid dicunt ladros (3) Briſighellos, atque Spagnolos?
Hi ſuperant omnes, quoniam poſt furta trucidant.
Heu pietas! noſtram ſachezavere maſonem,
Atque Monaſterium totum ſotoſora butarunt.
Petra ſuper petram vix una relicta videtur,
Et multos Fratres crudeli morte necarunt.
Ille Fracaſſus enim poca ſtracante fadiga,
Ut lapidem gettat grandes ad ſidera merlos.
His ego vidi oculis illum (4) fors quinque miaros
Cum cazzafruſto noſtrum jactaſſe Priorem,
Atque Coſinarum, quae ſunt coenanda, parantem
Totum cum pugno ſub terra nempe ficaſſe.
Praeterea quemdam vecchiettum tergore gobbum,
Vix baſtoncello macilentia membra regentem

G g Per

(1) *Neſcitis certe coellum*. Nihil ſcitis. Omnia ignoratis.

(2) *Qui nunc Bardellas &c.* De Bardellao Ruſticis, quod dictum eſt in Zanit hic confirmat.

(3) *Briſighellos*. De Brixighellio Romandiolae Oppido valde conſpicuo, pariter dictum eſt in Zanit.

(4) *Fors quinque miaros*. Fortaſſis ad quinque millia paſſuum Scutica Priorem projecit.

Per collum cepit, circumque, & circa rotatum,
Ac ſi Falconem vellet chiamare polaſtro,
Magni fecit eum montis cimare cacumen.
De Sacriſtia (1) rapuerunt abſque riguardo
Planetas, Camiſos, Amitos, Calicesque, Stolasque,
Turribulos, Patinas, Libros, Candelabra, Cotaſque,
De Refettorio Boccalos, atque Becheros,
Deſcos, Credenzas, Tovajas, atque Maniplos.
De Coſinatorio (2) Caldaros, Bronza, Padellas,
Mille pignatellas, lavezzos, ſpeta, parolos.
De Caneva totum ſpinarunt denique vinum.
Porcinaja bibit totum, fregitque vaſcellos,
Deque bono vino bagnos fecere cavallis.
Campanas rupere duas, pluresque cavezzas
De campanarum cordis fecere cavallis.
Sed foret, ah, troppum, ſi cunƈta redicere vellem!
Vix ego ſcampavi ſocio cum Fratre ruinam,
Et veniens iſtam totus ſtraccatus ad urbem,
Vidi hominem quemdam ronca ſquartaſſe Tognazzum.
Tunc ego cum ſocio nimia pietate moveſtus,
Illum cum placidis comenzo reprehendere verbis;
At manigoldus habens centos in corde diablos,
Meque modo ſimili, comitemque necare volebat;
Alzavit roncam ſed noſter protinus illum
Compagnus cepit per brachia ſtriƈte tenendo;
Aſt ego cortellum ſubiens in viſcera fixi,
Vulnere quo moriens, caſcanſque gridavit, o, ohime!
Cingar ego morior, morieris tu quoque Balde,
Sic homicida fui, potius latrocida, quod unum
Occidi ladrum me deſertare volentem.
Certe juſtitia eſt omni digniſſima laude,

Quan-

(1) *De Sagriſtia.* De Sacrario rapuerunt Vaſa ſacra, et quidquid ſacris Coeremoniis Religionis inſervit.

(2) *De Coſinatorio.* E culina abſtulerunt vaſa aenea, cuprea, et etiam fictilia.

Quando ammazzamus nos ammazzare volenres.
Et quamvis Fratres humiles ſumus, atque modeſti,
Saepe brilans (1) mens noſtra tamen volat extra capuzzos,
Sollicitare decet Geſiae defendere nomen,
Si non proficiunt artes, veniamus ad arma.
Nos quoque de sfodro ſciremus ducere ſpadas,
Vidimus atque (2) Lupo zuffum nos ante cucullum,
Baſtanteſque ſumus viſum monſtrare bravoſis.
Attamen hic habitus quia ſancta pace renidet,
Cercamus pacem cum Sanctis, cumque Diablis,
Si pax nil prodeſt, opus eſt admittere brigam.
Ergo meum gentes conſejum prehendite, nunc nunc
Baldum de ſcura preſone cavate profanum,
Cui mozzate caput, veniat ne forte Fracaſſus,
Liberet hunc, & mox grandis vindicta fiatur.
Hunc tamen in primis volo confeſſare Giotonum,
Namque animam ſalvare ſuam confeſſio poſſet.
Dixerat haec Cingar cunctis praeſentibus illic,
Contremuere omnes juveneſque, ſeneſque debottum,
Fit rumor, populuſque ruens, ignara canaja
Per cunctas Urbis ſtradas incerta vagatur.
Omnes Praetoris fugiunt ad grande palazzum,
Tela parant, ponteſque levant, clauduntque botegas,
Congregat illuſtres homines, ſanctumque ſenatum
Praetor, & ad muros conſejant ponere guardas,
Inque torionos (3) altos portare comandant
Spingardas (4) ferri, colubrinas, paſſavolantes,
Mortaros, arcosbuſos, bronzique canones.
Terribile interea don don Campana bachioccat,

(1) *Saepe brilans &c.* Optime expreſſa ſententia, quae aliis verbis non niſi longiori ſermone, et minus vivide exprimi poterat; ſignificat enim Religioſi viri mens, quae zelo, vel ira excandeſcens, ſui Status quandoque obliviſcitur.

(2) *Vidimus &c.* Antequam Cucullo indueremur, rixis interſuimus ſine timore.

(3) *Inque torionos &c.* Super altas turres

(4) *Spingardas &c.* Omne tormentorum bellicorum genus.

Pro cujus ſonitu pars it animoſa Palazzo,
Pars (1) petit in frettam ruptis cagatoria ſtringhis.
Ad Tamburorum ſtrepitum, tararanque tubarum,
Calca fit armati populi, timor omnia verſat.
Qui portat lanzam, qui roncam, quive zanettam,
Hic piccam, hic ſpetum, hic dardum, hic giavarinam.
Ante Poteſtatem Cingar jam venerat ultro,
Et confirmavit falſo juramine dictum,
Ad quem ducatos doros tunc mille dederunt,
Nam ſacramentabat gladio ſcannaſſe ſeipſum.
Quos cepit (2) guantis, dicens, non tangere poſſe.
Tunc omni populo reſerantur munitiones,
Ut ſe, quiſquis eget, de finis induat armis.
Concurrunt, omnes intrant, armaria verſant
Omnia, nec deſunt pulcherrima fantibus arma.
Hic piat elmettum, ſcutum, brazzale, corazzam,
Hic quoque panceram, ſpallazzos, atque ſcheneras,
Hic gorzarinum, guantos, fiancalia, bragas.
Non tali (3) furia cernis properare pitoccos,
Quum Defunctorum giornus celebratur ubique,
Quod favam coctam furfantis quiſque miniſtrat.
Interea Cingar Zambellum tollere vadit,
Quem modo cum carico ſolum laſſarat áſello;
Is ſtupefactus enim tanto pro murmure ſtabat.
Cingar eum vocat, & nulli parlare comandat,
Dicens, quod Fratres ſervare ſilentia debent.
Mox illum duxit ſecum, ſupraque palazzum

Scan-

(1) *Pars petit &c.* Pars timore exanimatur.

(2) *Quos cepit guantis &c.* Cingar Religionem ficte praeſeferens, ſed pecuniae lucro inhians, chirothecis numos arripuit, dicens ſe illos tangere non poſſe, ſed facto oſtendens, ſe poſſidere poſſe.

(3) *Non tali furia &c.* Vetuſtiſſima eſt conſuetudo fabas die, in quo Defunctorum recolitur memoria, Pauperibus diſtribuendi. Hanc conſuetudinem a Gentilibus ad nos perveniſſe, optime infert P. Carmelus (Storia di varj coſtumi t. 1. c. XIV.) et probat ex eo, quod Fabas Veteres mortuis offerebant, et Lemuribus, Spiritibus videlicet adverſis effugandis valere putabantur.

Scandit: (1) quiſque ſibi brettam Reverendo cavabat;
Dicebant: hic eſt qui noſtram liberat urbem.
Cingar eos audit, paſſat, (2) zocoloſque ſonantes
Per pavimenta trahit: jam ſalam jungit in amplam,
Dumque oculis terrae baſſis, dumque arte (3) galozzas
Retro tirat, quarum ſonitu devotio creſcit,
Officiumque, velut Fratres, dum dicere fingit,
Hoſti datque fidem, ſuſpectaque pectora tollit.
Jamque paratus erat (4) ceppus, quo perdere teſtam
Baldus debebat, populo ſpectacla daturus.
Sollicitat Cingar, Praetorem ſpeſſiter orat,
Quod Confeſſorem Baldo concedat, ut almam
Non miſer amittat, ſed forte volabit ad aſtra.
Latro memento mei dicens, fuit illico ſalvus.
Praetor nil meditans ultra, Reverentia veſtra
Sit confeſſor, ait, talem concedere coſam
Obligor, immo precor magnum ſalvate ribaldum.
Heus Bariſelle, menes hunc Patrem, voſque Miniſtri
Compagnate illum, cui baſſum (5) ſchiudite fornum,
Ut confeſſetur Baldus, nec linquite portam,
Sed firmate bonam, dum ſit confeſſio, guardam.
Cingar habebat aquam fortam, ſurdas quoque limas,
Omnia portabat ſancta ſub veſte latenter.
Ecce (6) cadenazzos aperiri Baldus orecchiat,
Jam penſat, quod ſit teſta moriturus adempta.
Stabat ibi terrae fletu proſtratus amaro,
Saepe vocans ſocios, Bertam, caroſque Fiolos.
Senſerat ante diu martellamenta ſonantum

Cam-

(1) *Quiſque ſibi brettam &c.* Reverentia Religioſis debita quiſque ſibi caput detegebat.

(2) *Zoccoloſque ſonantes.* Scalponeis, qui male pedibus haerent, ſonitum edere conſulto ſludet.

(3) *Galozzas.* Supra explicatum. Crepidas, vel ſcalponeas.

(4) *Ceppus.* Locus capiti obtruncando coaptatus.

(5) *Schiudite fornum.* Furnum recludite. Nomen Carceris, in quo Baldus ſepultus jacebat.

(6) *Cadenazzos.* Peſſulos magno cum ſtrepitu ſentit Baldus aperiri.

Campanonarum, Populi voceſque frementis.
Se debere mori ſcampanizatio talis
Indicat, ac ſtrepitus fieri quem ſentit in armis.
Non confeſſandi miſero datur ulla facultas;
Ergo Deum ſic ſic gemebundo corde precatur:
„ Summi dextra Patris (1), noſtraeque propaginis Auctor,
„ Chriſte, redemiſti quam primi labe parentis,
„ Horrida quippe crucis paſſum ludibria ſolum
„ Te ſcio, (2) non propter juſtos, at propter iniquos.
„ En ego tantorum ſcelerum, tantaeque miniſtras
„ Caedis tendo manus, ſtygias habitabilis umbras.
„ Da veniam, foedaſque tuo, precor, ablue palmas
„ Sanguine, te lacrimis Latro flexiſſe benignum
„ Creditur, et Meretrix, tua quae veſtigia crine
„ Terſit, meque pari videas pietate miſellum,
„ Namque pari fletu modo te proſtratus adoro.
Jamque (3) Cavalerus portam recluſerat omnem,
Ac centum chiavis patefecerat oſtia centum.
Cingar maturus ficta gravitate ſubintrat,
Ad quem paſſantem cuncti flexere zenocchios.
Zambellus ſeguitare negans, ſe retro retirat,
Preſonem quoniam vult non intrare Maruffus.
Tunc Cingar vocat hunc: veniatis Frater Erine,
Namque duos fratres ſemper nos eſſe biſognat.
Hunc ob ſermonem Zambellus pretinus intrat,
Atque Bariſellus (4) portas ancora ſeravit.
Baldus habet longam longo pro tempore barbam,

Quae

(1) *Summi dextra Patris &c.* Carminum elegantiam in tam gravi ſermone adverte. Adverte praeterea ingens doctrinae ſpecimen in Auctore noſtro vocante Filium Dei Patris aeterni Dexteram, ſic enim a Patribus vocatur, quia eandem omnino habens naturam cum Patre, per Verbum *Omnia facta ſunt, et ſine ipſo factum eſt nihil* Jo. 1. 3.

(2) *Non propter juſtos &c.* Immo tum pro juſtis, tum pro Reprobis Chriſtus mortuus eſt, ſed ad illud reſpicit Redemptoris noſtri dulciſſimum Verbum: *Non opus eſt valentibus Medicus, ſed male habentibus ...... Non enim veni vocare juſtos, ſed peccatores*. Math. 9. 13

(3) *Cavalerus*. Carcerum famulus.

(4) *Portas &c.* Portas rurſus clauſit.

Quae ad centuram cooperto pectore tendit.
Cingar it, hunc ſequitur tremuloſus Frater Erinus,
Barbottat Patres noſtros, ac Avemarias.
Nam caſtionazzus Fratrem ſe penſitat eſſe.
Sed poſtquam Cingar Baldo pervenit apreſſum
Bertezando (1) illum tali ſermone provavit:
Quid Manigolde facis? quid Latro? quid mala pianta?
Nunc pro peccatis dabitur tibi poena ſceleſtis,
Nunc exemplar eris quibus eſt tam cura robandi.
Non te Fracaſſus, Falchettus, Cingar aitant,
Quatuor in quartis nam ſquartavere Fracaſſum,
Quatuor et forcas portam per quamlibet urbis
Plantarunt, ubi ſtant gambae, brazzique tacati.
Cingar dorato (2) slongavit colla ſoghetto,
Inque triligniferam trabucavit denique forcam:
Deſuper illius teſtam ſic metra notantur,
„ Cingar doratam meruit robando colanam,
„ Inter boſchicolas nam Rex fuit ipſe Ladrones.
Collo ſemicanis Falchetti petra molini
Appicata fuit, (3) quos chiuſa Governolis hauſit.
Tu quoque nunc trades collum, Scelerate, tajandum,
Ac ſuper (4) horarum turrim tua fixa ladrones
Teſta ſpaventabit Saſſinos, et Homicidas.
Vix alzans oculos Baldus, (5) frontemque rapatam
Obſtupet, ex habitu ſancto, capitiſque toſura
Tam male penſatas, ſtultaſque uſcire parolas.

Inde

(1) *Bertezando.* Irridens illi.

(2) *Cingar dorato &c* Propter artis excellentiam talis illi honos debitus.

(3) *Quos Chiuſa Governolis &c.* Decem ab Urbe noſtra lapides Oppidum reperitur, cui Gubernolo nomen eſt. Hic Mincii aquae miro ingenio ad notabilem altitudinem ſuſtentatae, per ingentem cataractam magno cum ſtrepitu decidunt, quae ab Oppidanis vocatur *la Chiuſa.*

(4) *Ac ſuper horarum Turrim.* Mantuae *Torre delle ore* dicitur quaedam turris, ex qua ſingulis horis manu hominis ad id conducti, totius Urbis commodo, ingentibus Campanis pulſantur, et repetuntur horae. Turris haec ſuponitur aedificata ante annum 1227. nam eodem anno aedificata fuit Communitatis domus turri eidem contigua.

(5) *Frontemque rapatam.* Frontem propter aegritudinem rugoſam.

Digitized by Google

Inde caput baſſans, non ultra mirat in illum,
Nec dare dignatur Fratri reſponſa gajoſſo.
Cingar (1) ſcaltritus verbis mage percitat illum:
Jam tua, dicebat, tua dic peccata, Ribalde.
Baldus nil contra baſſato vertice parlat,
Invergognoſum (2) nam viderat eſſe capuzzum.
At miſer illacrimans ſummiſſa voce gemebat:
O Cingar, clamat, morior, mi Cingar, et ante
Quam moriar, non te potui, comiteſque videre!
Tunc Cingar nimio tactus pietate, cucurrit,
Voceque ſupreſſa ſic ſe parlando paleſat:
Non te plus lateo, mi, mi cariſſime Balde,
O mi dulcis amor, mi cor, mea ſpeſque, decorque,
Sum tuus ille quidem Cingar, non noſcis amicum?
Non, mi Balde comes, noſcis me? reſpice quaeſo,
Cingar ego, qui te ſolita cum fraude cavandum
Carcere de caeco veni diſſolvere: non te,
Non te, Balde, mori patiuntur Numina coeli,
Nec quod tanti hominis magnum ſit nomen ademptum.
Sic dicens, veltas bis centum baſiat illum,
Abbrazzat, ſtringit, lacrimis ſua pectora bagnat:
Ille tuus ſum Cingar, ait, jam pone timorem;
Ne dubita, ſum Cingar ego, ſum Cingar onuſtus.
Veſte ſub hac ficta, martellis, atque tenajis.
Qualia (3) ſunt equidem lacrimoſae gaudia matris,
Quae dudum mortum penſaverat eſſe fiolum,
Mox illum reddi ſibi vivum reſpicit, immo
Corpore gajardum, rubicunda fronte galantum;
Talia ſunt equidem praeviſo Cingare Baldi,
Qui velut a ſomno torpenti corda ſolutus,
Atque reviviſcens, inſpexit fronte caduca,

Por-

(1) *Cingar ſcaltritus*. Aſtutus.
(2) *Invergognoſum*. A quo pudor omnis, et verecundia exulat.

(3) *Qualia ſunt equidem*. Notiſſima Virgilii ſimilitudo ab Areoſto deinde, et a Torquato Taſſo deprompta.

Porrexitque oculos in Cingaris ora paventes;
Sed pro laetitia tanta parlare vetatur,
Quodque oculis propriis cernit, ſibi ſomnia paret.
Zambellus notat Baldum, ſtat (1) quacchius in uno
Angulo, et ingenti terrore cagatur adoſſum.
Cingar ait, non non parlandi tempus habetur,
Perdimus interdum propter tardare boconem.
Tunc Franciſcanam tollens de corpore cappam,
Ferramenta cito ſolitam cavat extra ſachellam,
Fundit aquam fortam, ſurdis roſegando limettis,
Vincula quaeque tajat leviter, manicaſque, bogaſque;
Poſt intervallum modicum levat in pede Baldus,
Sed vix extrema ſtat pro (2) ſtracchedine rectus,
Unde (3) Pignocadae Cingar piat octo bocones,
Ac (4) Malvaſiae, quem geſſit apoſta, Fiaſcum,
Illum pro longo ſtabilivit carcere ſtancum,
Nam quid ſit preſon tam ſaepe provaverat ipſe.
Poſt haec Zambellum clamat: mi Frater Erine,
Cur non auditis, dormitis forſitan? olà!
Zambellus parlat pavefacto corde nientum.
Pauper homazzolus deſiderat eſſe deforas.
Cingar item clamat: veniatis Frater Erine.
Baldus miratur: quid clamas, inquit, adeſſum?
An latet hic aliquis? dic quaeſo: Cingar ad illum
Omnia ſubridens breviter narravit ad unguem.
Obſtupuit Baldus tanta pro Cingaris arte.
Denique (5) Cingar eum vadens retrovare gridavit,
Ah poverelle, voco ter vos, et ſic pigritatis
Reſpondere mihi? Sic obedire magiſtro.
Diſcitis? Eſſet enim vobis poenitentia danda.

H h Zam-

(1) *Stat quacchius.* Timore plenus ſilet.
(2) *Pro ſtracchedine.* Propter laſſitudinem, propter imbecilles vires.
(3) *Pignocadae.* Belarium ex Sacaro, et pinnis confectum.
(4) *Ac Malvaſiae.* Et vini Cretici.
(5) *Denique &c.* Ad Zambellum timore exanimem, et obmuteſcentem acceſſendum pergit, ipſique accedit.

Zambellus dixit: rogo vos, mihi parcite, namque
Debemus Fratres ſervare ſilentia ſemper:
Sic, Quintine Pater, peradeſſum me docuiſtis.
Cingar ad iſta nihil quid reſponderet habebat,
Se caſtronatum caſtrono cernit ab uno:
Hunc tamen extemplo Cingar, Baldusque piarunt,
Quem, Franciſcanam (1) deſcortigando gonellam,
Ad terram mittunt, ac omnia membra cadenant,
Sbadacchiumque (2) ſibi ficcant, ne gridet, in ore.
Continuo turris ſcampanizabat (3) Arengam,
Nam Baldo teſtam confeſſo tollere debent;
Sollicitans aperit portam Bariſellus, et extra
Stans gridat: olà, Pater, quae tanta induſia? non eſt
Confeſſatus adhuc? prudentia veſtra (4) viluppet
Omnia: nam ſi vult ſua ſingula dicere facta,
Non annus baſtaret ei narrare rapinas.
Baldus id aſcoltans, voluit ſaltare deforas,
Diſplicuere ſibi nam talia verba ſuperbo.
Cingar eum pavidus tenuit per brachia, dicens:
Pone, ſi vis, cerebrum num tu pauliſper a caſam,
Es doventatus numquid vir abſque governo?
Mox cito reſpondet Bariſello: nunc veniemus.
Oh quantis plenus vitiis erat iſte caveſter,
Non meritat veniam, ſed centum, milleque forcas,
Quem nunc abſolvo; ſed vos, o Frater Erine,
Exorate Deum devota mente fratantum.
Dum ſic parlabat, Pſalmum Miſerere comenzat,
Vel De profundis, primam gridando parolam,
Sed reſtum Pſalmi quia non finire ſciebat,
Ore ſuſurrabat, veniens ad Gloria Patri.

Jam

(1) *Deſcortigando*. Per metaphoram. Per vim detrahendo.

(2) *Sbadacchiumque*. Lignum ori tranſverſum, quod loquutionem impedit.

(3) *Arengam*. Hoc Mantuae vocatur nomine Campana, cujus uſus ad indicandam publicae Juſtitiae exequutionem unice reſervatur.

(4) *Viluppet*. Paucis omnia complectatur.

Jam (1) Franciſcanam Baldum veſtire gonellam
Ceperat, atque docet, qua forma debeat ire,
Ne foret ignotus, faciens in fronte capuzzum,
Sub ſancto martellum portat uterque cucullo,
Ut menare manus poſſint urgente biſogno.
Ad portam vadunt pariter, Cavalerus apertam
Quam facit: egreditur Cingar prius, inde chinato
Cum capite exivit Baldus, quem nullus adocchiat.
Tunc (2) intrare cito poltrona sbiraja volebat;
Sed Cingar dixit Cavalero: quo venit iſta
Frezzoſitas? (3) immo, Sancte Deus, concedite tempus,
Quo fleat almancum, vel quo poenitenza fiatur.
Sic ait, et ſcapolans Baldo ſeguitante caminat.
Ingentes hominum reſcontrant undique turmas,
Cum ronchis, ſpadis, ſchioppettis, atque baleſtris,
Baldum expectabant nunc nunc de carcere trandum:
Hunc omnes tanta pro laude morire peroptant.
Nuper (4) ſtopparant portas, ponteſque levarant.
Neſcit enim Cingar qua banda cedat ab urbe,
Plus curat Baldum, quam ſe, quia diligit illum.
Arrivat portam, dum ſic meditatur, ad unam,
Gens ubi cum ſolito faciebant ordine guardam,
Nec ſolam Praetor muſcam paſſare volebat.
Baldus habet vojam ſguarnazzam trare dabandam,
Et cum martello plures confringere teſtas;
Cingar eum placat dicens: fac ſtulte pianum,
Deſine me penſare modum, formamque ſcapandi.
Dum ſic ambo ſimul paſſu celerante loquuntur,
En prope viderunt grandem tranſire Baronem,
Quem ſoldatorum non poca brigata ſequebat.
Iſte valoroſus Leonardum nomen habebat:

Hh 2 San-

(1) *Jam Franciſcanam*. Cingar ſuis manibus Baldum tunica veſtivit, et diligentiſſime edocuit.

(2) *Tunc intrare*. Cupientes Baldi mortem.

(3) *Frezzoſitas*. Sollicitudo.

(4) *Stopparant*. Diligentiſſime clauſerant.

Sanguine (1) progenitus claro, de ſtirpe Colonnae;
Namque Colonneſus pater eſt, Urſinaque mater.
Altivagam Baldi famam praeſenſerat olim:
Venerat huc igitur, Baldum cagione videndi,
Parlandique ſibi: pavidam ſed repperit Urbem,
Attonitcſque homines, (2) ſtippantes corpora ferro.
Domandat cauſam: reſpondent: guerra paratur
Contra Moros, Turcoſque ſimul, guidante Fracaſſo.
Talibus auditis, armatum cernere Baldum
Forte Capitanium ſperat, ſquadraſque regentem.
It ſuper immenſum, groſſum, bajumque Friſonem,
Et rutilo Baldi galonem cinxerat enſe,
Quem Romae (3) allatum comprarat trenta ducatis,
Nec ſcit, cur Baldus tam bellam liquerit armam;
Sed potius penſat ſibi fraude fuiſſe robatam.
Ergo levans oculos Baldus, ſubtiliter omnem
Conſpicit ornatum Juvenis, ſed maxime ſpadam:
Namque valenthominum ſemper fuit uſus ad enſem,
Ad Corſerum oculos voltare, aut tangere dextra.
Protinus agnovit pomo rutilante dorato
Ipſe ſuum brandum: vult illum: turbidat occhios:
Diſponit penitus, ſi debet perdere vitam.
Velle ſuam ſpadam, celeremus preſtiter, inquit,
O Cingar, nam poſſe modum ſcampare trovavi:
Ille meum portat brandum gallone Guererus,
Hunc volo, me ſeguita, meus eſt de jure, camina;
At Cingar Baldi furiam regit, atque governat
Dextriter: i, parla, ſpadam, ſis certus, habebis;
Et ſic dicentes, illum ſeguitare comenzant,

Qui

(1) *Sanguine &c.* Ex ſpectatiſſimis, et toti Orbi celeberrimis Familiis heroem ſuum Leonardum fingit progenitum, quarum amicitia, et familiaritate fruebatur. De Urſina Familia jam dictum eſt in Vita.

(2) *Stippantes*. Circumdantes.

(3) *Allatum*. Poſtquam illum caſu projecit Baldus, ut Macar. 3. dictum eſt, Romam fuit allatum, ibique a bellicoſo, et ſtrenuo Leonardo pluris emptum.

Qui tandem ſubiit coetu ſectante Tavernam,
Quem ſequitur Cingar ſubito, donanſque caparram,
Lectum cum Camera ſupplex accepit ab Oſto.
Tum Leonardus equos Oſto recomandat eidem,
Quos, in qua ſtalla ponuntur, Cingar adocchiat.
Primus de razza turca Rocaforta vocatur;
Groſſior eſt alter natus de prole Reammi,
Quem nominavit Leonardus Spezzacadenam;
Tertius alter erat pulcher, non altior aequo,
Sed Barbareſchae natus de prole cavallae,
Nomine Pardus erat, curſu robuſtior altris,
Cujus de razza veniet Dragus ille Liardus,
Qui Gonzagarum ſtallis portabit (1) avantum,
Et (2) magnum, Franciſce, tibi aquiſtabit honorem,
Maxime quum fueris Venetae Capitanius urbis,
Contraque Francigenas ad Tarrum bella movebis,
Immortalis (3) erit tunc magno fama Ridulpho.
Oſtus in inſtanti quae ſunt coenanda parecchiat,
Namque Leonardus menſam fornire comandat.
Accubuere omnes, ſtat Menſae in fronte Lonardus;
Undique buttarat panceras, atque celatas,
Corrazzas, elmos, quae coenat, turba Lonardi,
Ut fit, quando volunt ſoldati paſcere ventrem.
Baldus at in portae fiſſuram pronus adocchiat,
Oh quam pulchra ſibi Leonardi forma placebat!
Alter (4) honeſtus erat Joſeph, pulcher Ganimedes

Fa-

(1) *Avantum*. Palmam feret. *Porta il vanto*. De Equis a Gonzagiacis nutritis ſolitis jam diximus Mac. 3

(2) *Et magnum &c.* Franciſcus IV. Marchio, Venetorum Supremus Dux prope forum Naevii in agro Parmenſi duodecim ab Urbe lapides Carolum VIII. Galliae Regem ſtrenuiſſime fregit.

(3) *Immortalis erit &c.* Rodulphus Gonzaga ejuſdem Avus in medios hoſtes irrupit, et Cadaverum aggere ſeptus Immortalem ſibi famam, ſtrenue pugnans, et moriens, comparavit. Memorabilis haec pugna Pridie Non. Julii Anni 1495. habita eſt.

(4) *Alter honeſtus*. Leonardi tum animum, tum corpus paucis deſcribit.

Facundus (1) Cicero, Cato prudens, ferreus Hector,
Semper habet ſpadam lateri, quam Baldus habere
Geſticulat, tamen hanc contentat habere Lonardum:
Sic fovet una duos natura, ſed inſcia mens eſt.
Dumque igitur comedunt, Leonardus dixit ad Oſtum:
Fer cauſam, quare ſic urbs agitatur in arma?
Oſtus ait: quidam Fracaſſus nomine venit,
Aſſediaturus multis cum gentibus urbem,
Namque valoroſum vult vendicare Baronem,
Quem tam fama canit per mundum nomine Baldum,
Cui nunc in platea teſtam mutilare parecchiant.
Quando Leonardus ſenſit quae dixerat Oſtus,
Vix potuit laeto cum vultu condere (2) dojam.
Sollicitat ſubito proprios mangiare ſequaces,
Dicit, quod penitus vult illum cernere Baldum,
Baldus et aſcoltat quae parlabatur ab illo.
Interea Cingar paulatim tela robabat,
Inque ſuam cameram, Baldo gaudente, ferebat;
Tandem (3) bretinas ſpoliarunt ambo gonellas,
A capite ad plantas ſtippantes corpora ferro.
Qualis (4) equus juvenis, quem dicimus eſſe poledrum,
Egrediens triſtem longo poſt tempore ſtallam,
Paſſutuſque novo de foeno ſemper, et orzo,
Vellet, ſi poſſet, rupta ſaltare cavezza,
Hunc appena valet (5) ſtallae retinere famejus.
Talis Baldus erat, qui de preſone cavatus,
Poſtquam ſe totum rutilantia veſtiit arma,
Bramat preſto foras ſolus (6) borrire per urbem,

Atque

(1) *Facundus Cicero*. Adverte, quam paucis multa.

(2) *Dojam*. Adeo contriſtatus eſt Leonardus talibus Cauponis verbis, ut vix celare potuerit dolorem, quem ob ingentem Baldi periculum ſenſerat.

(3) *Bretinas*. Exuerunt ſe Tunicis, quas cinericio colore Franciſcanis Fratribus arripuit Cingar, ſeque armis circumdederunt.

(4) *Qualis &c.* Vide, nihil elegantius, opportunius nihil hac ſimilitudine inveniri poſſe, quod melius ardentem Baldi confligendi cupiditatem oſtendat.

(5) *Stallae*. Stabuli Famulus, qui Equos gubernat, illiſque inſervit.

(6) *Borrire*. Irruere.

Atque cruentatis cum teſtis, atque budellis
Diſturbare (1) Jovem, Terram, ſtigiamque Maſonem;
At pro reſpectu prohibentis Cingaris urget
Poſſanzas nimias animi, coleraeque bruſorem.
At quae terribilis, poſt haec, battaja ſonabit,
Non, Comina, (2) tuis pro ſpallis ſoma videtur.
Eſt opus altorii majoris: claude botazzum,
Nam tua vina mihi penitus muſolenta videntur.

(1) *Diſturbare*. In hanc Hyperbolem inducitur Poëta, ut maximam Baldi ſtrenuitatem, ejuſque animi audaciam pateſaciat.

(2) *Comina*. Majora dicturus, novae Muſae auxilium invocare eſt opus. Tali etiam modo pluribus in locis tum in Buc. tum Aeneid. cecinit Virgilius. Cum enim ex veris novem Parnaſſi Muſis quaelibet diverſis artibus, ac Carminis ſpeciebus praeſit, ut Clio Hyſtoriae, Calliope Heroico, Erato amatorio carmini &c. hic ita robur ingens, ac mirabilia Baldi facinora in ſequenti Mac. oſtenſurus Poëta, ex ſuarum idcirco Muſarum numero illius opem invocare decernit, cui ipſe ex libito ad tale Carminis genus, quod in dicta Mac. aliquanto ſublimius, elegantiuſque futurum videtur, fingendum, vim, facultatem, et aptitudinem tribuit.



AR-

ARGUMENTUM

IN DECIMAM MACARONICEN.

Cingaris ars patuit, Zambello carcere tracto,
Baldus cercatur, detegit Oſtus eum.
Expugnare ſuam properat gens tota tavernam,
Cingar Lonardi jamque parecchiat equos.
Baldus in hoſtaria contra duo mille reſiſtit,
Donec cum ſocio Cingare montat equos.
Ad portam fugiunt urbis, fugiendo ſcolengat
Baldus Zambellum, datque Lonardus opem.
Major guerra furit, comites periere Lonardi,
Baldus Praetorem captat, et inde fugit;
Nam Cingar pontem valvis baſſarat apertis,
Et ſic tres pariter ſcapolavere viam.
Cingar Praetorem caſtrat, tum forfice ſnervat,
Qui tandem Muſcis potus, et eſca fuit.



MER-

Digitized by Google



MERLINI COCAII

POETAE MANTUANI.

MACARONICE DECIMA.

ALtins, o Muſae, nos tollere vela biſognat,
Miſterumque (1) facit gravius diſtendere
ſchenam,
Uſque modo (2) calcavit aquas mea barca
Cipadae,
Ranarum quae voce cridant, redolentque lavacchium,
Nunc aliquantilum reſonent mea metra Thaliam,

(1) *Miſterumque facit*. Opus eſt. *Fa di meſtiert*.

(2) *Uſque modo*. In exemplari Amſtelodamienſi haec tria carmina habentur.

*Uſque modo fregavit aquas mea barca
Poazzi,
Qui dormentato Portum facit amne Nolani,
Uſque modo baſſum calzavit Goſa Stivallum*.

Sed verbum illud *fregavit* minus aptum, et nunquam adhuc quidquam ceciniſſe Praetam noſtrum de Portu Nolani, vel de Eridano, plura vero de Cipada, haec, quae expunximus, ſuppoſita fuiſſe, in animum inducit.

Nunc mare tentandum, cui vitam credere mors eſt.
Magnanimi Baldi celeberrima geſta canenti,
Dexter (1) ades, Serraffe pater, vatumque magiſter.
Jam Zambellus erat pavidus de carcere ductus,
Praetor (2) oſellatum ſe norat, (3) trat via bragas,
Beſſaque contradas volitat manifeſta per omnes.
Noſcuntur fraudes, noſcuntur Cingaris artes,
Nam ſimiles rufas faciebat ſaepe caveſter.
Mantua tota levat populum ſotoſora balordum,
Ipſeque Praetori Zambellus cuncta (4) recunctat.
Deſdegnatus erat, trombam facit ire per urbem:
Qui Franciſcanos Fratres invenerit illos,
Ille guadagnabit ſine fallo mille Zechinos.
Diſcurrunt omnes, veſtigant undique Sbirri,
Non laſſant buſos, non foppas, atque caminos,
Subvertuntque caſas, Geſias, palatia, turres.
Uſque in latrinas (5) callant, puteoſque profundos,
Inque cagatores alii per ſtercora rugant,
Propter denarios ſunt abſque pudore gajoffi.
Senſerat haec oſtus, Pedrazzum nomine dicunt,
Cujus in oſtaria Cingar, Balduſque latebant:
Ante Poteſtatem ſubito manigoldus arivat,
Inque ſua, iniquit, Fratres albergare taverna.
Eſt inter ſtultos ſtultiſſimus ille tenendus,
Qui ſe, reſque ſuas oſtis vult credere ladris.
Nonne (6) Geometras aſinos, Strologoſque cavallos
Miſurare magis coelum, numerareque ſtellas

Aſpi-

(1) *Dexter ades, Seraffe.* Seraffus ſapiens Senex in magica arte praeſtantiſſimus, cujus ope Baldus innumera evaſit pericula. Reperitur Mac. 21.

(2) *Oſellatum*. Deceptum.

(3) *Trat via bragas*. Ira extra rationis limites effertur.

(4) *Recunctat*. Narrat.

(5) *Uſque in latrinas*. Carmen hic expunximus, quia ad rem non videbatur, et ſenſu carens.

(6) *Nonne Geometras*. Duo hic carmina ex noſtro Exemplari ſupplevimus, quia quae in Exemplari Hollandico leguntur, ſenſu carent. Hic vero loquitur de iis Geometris, et de iis Aſtrologis, qui tales ſe profitentur, quum rudes omnino ſint.

Aſpiciam, quam poſſe bonus reperirier oſtus?
Non (1) oſti curam peragunt, magis immo latronis.
Extra balconem diſtendit pertica circhium,
Quae procul aſpicitur parvo ficcata (2) ſcovino,
Ad quam vel gambar, vel lignea ſpada tacatur.
Quando Tavernarus ſentit piſtare cavallos,
Ferratiſque viae calcagnis tondere petras,
Aut naturali motu (3) rognire biavam,
Preſto recordatus Chriſti mandata jubentis,
Veſtris in domibus peregrinos ſumite ſtancos,
Protinus apparet cingens gremiale biſunctum.
In primis teſtam viſazzo (4) ſbrettat alegro,
Quamvis non illam velis allozare tavernam,
Ad ſtaffam tamen ille tuam compagniter intrat,
Et ſimulatrici laetas facit arte carezzas,
Scongiurat quod habet polaſtros, atque capones,
Deque vitellina fecit modo carne guazettum,
Pro cujus poſſent bonitate reſurgere morti.
Non mancant illis (5) (de nugis) leſſus, aroſtus,
Tres vini fortes, dulcis prius, inde (6) recentis,
Et qui, dum bibitur, ventris penetralia raſpat.
Non deſunt albi (7) lenzoles, optima ſtalla,
Mazaticum foenum, tandem bona ciera fietur;
Cuncta ſed intratus retrovas contraria ſemper,
Praeteritae quoniam coenae reſcaldat avanzum,
Et giurat quantos vivunt ſuper aethera Sanctos,
Atque ſacramentat, quod allora coxerit illum;
Sed nimium coenare cave, nam quiſque boconus

 Scri-

(1) *Non Oſti.* Non Tabernarios ſe exhibent, ſed latrones.

(2) *Scovino.* Hoc verbum in utroque exemplari legitur; ejus tamen ſignificationem ignoramus, niſi forte ſignificet parvum foramen a *ſcobe*, quod *foveam* ſignificat.

(3) *Rognire biavam.* Hinnitibus cibum expoſcere.

(4) *Sbrettat.* Hilari vultu caput aperit.

(5) *De nugis.* De rebus, quae nihil ſunt.

(6) *Recentis.* Aliquantillum aſperi.

(7) *Lenzoles.* Linteamina. *Lenzuoli.*

Scribitur, ad finem tua geſtat burſa malannum.
Dum ſatiare gulam tendit, ſcarſella vodatur.
Impleri gula vult, ſed non vult taſca vodari,
Non nunquam potuit gradire guloſus avaro.
Mox tibi lenzoles fingit mutare biancos,
Quos nunc nunc alio (1) pigaverat hoſpite ceſſo,
Ut poſſit donare fidem pigatio talis.
Sanguine ſi carnes opilatas forſan haberes,
Ne dubita quoniam cimices, puliceſve ſalaſſant;
Ante (2) cornettis melius guarrire valebunt
Bagna Luchae, quam gens purgans cimicina cruorem,
Nos vigilare docent, ladroſque cavere latentes.
Sed poſtquam noctis totas numeraveris horas,
Surgis, et ad ſtallam vadis guarnire giumentum,
Teque trovas abiens robbatum ſemper ab illo.
Sic Baldus, Cingar falſo trapulantur ab Oſto.
Tunc omnis mundus, Praetore jubente, levatur,
Arma capit, celeratque illam aſſaltare tavernam.
Protinus adviſat (3) Martin trombetta Lonardum,
Ut ſe oſtaria ſubito dipartet ab illa.
Cingar id attendens, ſic Baldo territus inquit:
Heu mi Balde, mori nos convenit, ecce periclum
Imminet, in trapolam tandem vulpecula caſcat.
Baldus eum guardat, quid ais, mi Cingar? honoris
Eſſe poteſt melius, quam bello tradere vitam?
Soldatis equidem laus eſt certando morire.
Cingar diſcazzat Baldi ſermone pauram,
Extraque balconem per cordam callat abaſſum,
Namque Leonardi ſperat robbare cavallos.
Sed famuli ſtallae poſitis arzonibus illos
In punctum ſtatuunt, quia vult equitare Lonardus.

Bal-

(1) *Pigaverat*. Linteamina complicaverat ſtudioſe poſt hoſpitis diſceſſum, ut recens dealbata appareant.

(2) *An te Cornettis*. Dicuntur etiam ventoſe. Chirurgicae artis inſtrumentum notum.

(3) *Martin Trombetta*. Martinus Tubicen.

Baldus ibi ſolus reſtat generoſus in armis,
Mille animos una hora ſibi eſt certare daverum.
Ignorans cauſam Leonardus, preſto reſurgit,
Imperat et famulis, ſociiſque reſumere tela,
Currunt ad ſtaliam propter montare cavallos,
Jam poſito in ſtaffam pede vult equitare Lonardus.
Sed Cingar clamans per frenum corripit illum,
Sta ſaldus, dixit, tibi (1) Res, Patreſque comandant,
Ut deſnoutatus ſuccurras prendere Baldum,
Qui latet hic, pretiumque tui portabis ajuti.
Cui Leonardus ait: meus hic num Baldus alozat?
Immo giuro Deos, pro Baldo ſumere mortem
Diſpono: ſeguitate cito, ſeguitate ſodales,
Nunc mihi dulce mori, nunc nunc gratiſſima mors eſt.
Et levis in curvo ſaltans arzone ficatur.
Cingar alegrus ei ſe ſe manifeſtat apertum,
Supplicat atque velit ſortes preſtare cavallos,
Cum quibus hoc Baldus poterit ſchifare periclum.
Tunc ſe butavit preſtus de arzone Lonardus,
Cingaris in faciem lacrimans dedit oſcula centum.
Mox ait: indarnum nil nos modo ſtare biſognat,
Non non parlandi, nunc tempus facta requirit.
I, ſequar, atque meos faciam ſeguitare Barones,
Pro magno ſtatui Baldo dimittere vitam.
Cingar Equos tantum rechiedit, ſed Leonardus
Non dat equos tantum, Baldi cito porrigit enſem,
Quem laetus Cingar brancat, cingitque galono.
Mox juvenem pregat, atque ſuos devote ſodales,
Ut pariter portam feſtinent urbis ad unam,
Ac ibi ſtent prompti, ſi forſan Baldus, et ipſe
Ad totam briliam veniant ſtringendo cavallos,
Protinus arma pient, pontemque calare fatigent.

Sic

(1) *Tibi res.* Reſpublica, et Senatus. Quod in Hollandico exemplari reperitur eo quod ſenſu careat, tanquam mendoſum rejecimus.

Sic faciam, Leonardus ait, tunc preſtiter altrum
Scandit Equum, properatque ſua ſectante caterva.
Jamque propinquabat (1) grandis ſquadrazza bravorum,
Oſtus eam guidat lucratus mille zechinos,
Ut quondam fecit Judas tradendo Magiſtrum.
Ecce domus turbis repletur cuncta bravoſis,
Orantem Chriſtum qui velle piare videntur,
Quum ſurgens illis dixit: quem quaeritis? adſum.
Nec tamen his Baldus dixit: quem quaeritis? adſum;
Non expectavit quod Cingar ſguainet enſem,
Auriculamque tajet Malcho, qui primus iniqua
Praeſumpſit (2) vincire manu, quae bracchia Coelum,
Quae Terram, Mariumque ſinus, quae Tartara ſiſtunt.
Non dixit Baldus guarda, ſed (3) menat abaſſum.
Ecce ſuper ſalam populi ſquadronus arivat,
Unde tremit coelum vaſto reboante cridoro.
Namque ſimul ſbrajant: exite, exite, Ribaldi.
Oſtus adeſt primus, cameram deſignat apertam,
In qua ſtat Baldus ſolo gianetone paratus,
Qui camerae portam quando ſibi vidit apertam,
Mille quoque haſtarum ſtippantes limina punctas,
Protinus ad primum gianetonis vulnere colpum
Trat Conteſtabilem paſſato pectore mortum,
Quem poltronzonem Sbirri dixere Vigazzum.
Inde cito revocans gianetonem vulnerat altrum,
Quem veluti ranam medio ventramine paſſat.
Plura ſuper limen fit conculcatio gentis,
Quos (4) gianetonatis crebris fat ſtare dacantum.
Cingar equos habet in certo cantone paratos,
Expectans Baldum, donec deſcenderet illuc,

Bavi-

(1) *Jamque propinquabat &c.* Hoc, carmini ſenſu carenti ex noſtro Exemplari ſubſtituimus.

(2) *Praeſumpſit &c.* Adverte carminum elegantiam ubi argumenti gravitas exigit

(3) *Sed menat abaſſum.* Sed percutit

(4) *Gianetonatis.* Ingentis baculi ictibus.

Baviger aſpectu digitos mordebat acerbo,
Seque, modum penſans fugiendi, macerat intus.
Naſcitur immenſus per vaſtam clamor olympum,
Prehende, cridant, ladrum, ſta ſaldus, prehende ribaldum,
Ferte focum, ſcalas, intra, day, percute, guarda.
Baldus in ignivoma facie, dum certat, avampat.
Non ſecus, (1) ut quando Vulcanus forbice gremit
Dudum ſufflanti braſatum manice ferrum,
Quod Brontis, Steropiſque cito martellus aſſaltat,
Undique ſintillant, tich, toch piſtante, favillae.
Trans gianetonatas omnes ſotoſora butabat,
Et veluti dainus ſtans, ſemper in aëre pirlat,
More leonino rabidam ſtrigaverat iram,
Nilque loquebatur, tandem ſic ore gridavit:
Quod facere, o triſtes capellazzi, creditis unquam?
Vos tamquam vaccas sforachiabo more Becari,
Te nil formido, te nil tremo, brutta canaja.
Talia parlando zanetonis ſaepe tiratas
Concitat, et gambis omnes facit ire ſtravoltis.
Nemo (licet brazzo targonem portet apiccum)
Audet ſanguifluam camerae tranſcendere portam;
Nam targas veluti (2) maſcherpas trajicit omnes;
Non tamen ipſe foras oculatus vadere curat,
Sic nimiam contra gentem combattere laudat.
Non pluſquam ſeptem poſſunt certare, vel octo,
Caetera turba gridat ſolum, procul atque minazzat.
Ergo per intornum muros ſcalzare comenzant,
Quo poſſint omnes partem pugnare per omnem,
Quam rem cognovit Baldus, terienſque repenſat.

Quid

(1) *Non ſecus &c.* Hanc deſcriptionem videtur a Virgilio hauſiſſe. Aen. VIII.
Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro,
Brontesque, Steropesque, et nudus membra Pyragmon.
..... at illi
Ocyus incubuere omnes ......
..... alii ventoſis follibus auras
Accipiunt, redduntque, alii ſtridentia tingunt
Aera lacu; gemit impoſitis incudibus antrum.
Illi inter ſe ſe multa vi bracchia tollunt
Certatis, verſantque tenaci forcipe ferrum.

(2) *Maſcherpas*. Flore a lactis, de quo dictum a nobis eſt Zanit.

Quid faciat? vel de ſumma ſaltare feneſtra,
Vel ruere in medios, morti contrarius, hoſtes,
Contra Bombardas velut audet currere (1) Sguizzer.
Talia dum meditat, ruit alti machina tecti,
Quae miſerum vaſto ſepelivit murmure Baldum.
Praeſtiter accurrunt omnes, ſub mille quadrellos
Lapſum trare volunt; at Baldus fortius extra
Se cavat, et ſcorians teſtam, dedit ore gridorem,
Lanzonemque tirat de ſaxis; at ſine ferro,
Namque dishaſtatus nimio ſub pondere manſit.
Stringitur ambabus tamen (2) haſtae fractio palmis,
Baldus et in plebem ſaltu ſe gettat in uno,
Targones ſpezzat, majam sfrantummat, apertam
Quiſque viam praebet voltans calcanea fronti,
Tartufolas naſare ſuas non ullus (3) ariſgat.
Sed banda ſemper gens ingroſſatur ab omni;
Urbs ibi tota ruit, vult hunc omnino tajatum
Millibus in pezzis, canibuſque butare coradam.
Clauditur intornum Baldus; parat hic, parat illic,
Qui ferit in fianchis, qui retro, qui ferit ante,
Quive manu drittos, qui punctas, quive roverſos,
Montanoſque tirat: ſuper illum tela fioccant:
Sbrajatur: ſta ſalde ladro, ſta ſalde caveſter:
Vocibus innumeris Coelum, Mare, Terra boaxat,
De fundo ad culmen trambaltigat illa Taverna.
Nil sbigottitur Baldus, cor pectore ſaldum
Stat, velut ob ventos Turris famoſa Cremonae;
Deventatque magis conſpecto ſanguine durus.
Cingar ad ingentem ſtrepitum drizzabat orecchias;
Nec ſe, nec Baldum ſperat montare cavallos:
Corripit ignotus quadam foraveſte ſpedazzum,
Atque ſuper ſcalam properans en obviat oſto,

Qui

(1) *Sguizzer*. Rhoeticus miles, qui pericula non metuit.

(2) *Haſtae fractio*. Haſtae fragmentum.
(3) *Ariſgat*. Audet ſe periculo exponere.

Qui deſcopertum Baldum Traditorus habebat.
Non ſtetit induſians, nec dicere, guarda, ſed illum
Uſque in prolixas ſpeti trajecit orecchias,
Unde sforacchiato patuerunt ventre budellae.
Vidimus experti, quod quiſquis fallere cercat,
Deceptum tandem ſe cernit tempore quoquo.
Sed non antiquae (1) ſmemoratus Cingar uſanzae,
Quamprimum cecidit mortus miſer ille tereno,
Dat griffum ad borſam gravidam nimis, atque peſantem,
Quam, velut uſanza eſt, ſervans braghetta tenebat.
Hanc locat in manica, ſalamque deinde ſubintrat.
Hic videt horrendam guerram, miſerumque travajum,
Hic inter centum ſpadas, centumque pugnales
Stare trovat Baldum, ſola qui fulminat haſta.
Hic inter centum Maſtinos invenit urſum,
Inter falcones aquilam diſtendere griffas.
Tunc ubi combattit ſe ſic parlando butavit:
Cingar ego, mi Balde comes, ſta ſaldus ad arma,
In quibus ante pient quam nos, moriemur in unum.
Inde gridat: ſcampate viam poltronica turba,
Non vergognatis non non zentaja ferire
Contra duos tanti? quae laus? quae gloria veſtri?
Dum ſic bravabat, media ſe gente ficavit,
Et monſtrat, quod poſt dictum, benefacta ſequuntur.
Innanimat ſemper Baldum, filzatque budellas,
Nunc de calce tirat, nunc ferro ſaltat in altum,
Circumcirca rotat pedibus, parat undique bottas.
Cingaris altorium quum Baldus ſenſit adeſſe,
Fraxineam menat tantis cum forcibus haſtam,
Quod faciens illam in centum, milleque pezzos,
Plus de trenta viros colpo aterravit in uno.

(1) *Sed non antiquae*. Quinque hic carmina ſupplevimus, quia ab iis, quae dicenda ſunt neceſſario requiruntur.

Sed quando (1) fractam gens peſſima viderat haſtam,
Protinus inſemmam calca coëuntur in una,
Et contra Baldum veluti montagna ruinant.
Nil tenet in manibus, niſi guantos, ipſe miſellus,
Unde feiat pugnos, et dentibus ore chiavatis,
Cum pugnis, calciſque ſtudet non perdere vitam.
Dat nihil in fallum, colpo cadit unus ab omni,
Si quandoque virum ferit in culamine quemquam,
Ille ſibi collum ſolaro frangit in alto.
Cingar habens oculos (ut dicitur) (2) ante padellam,
Scilicet ut Baldus ſoratutrum non moriatur,
Hunc videt a tantis fracto lanzone feratum;
Ergo ruit qualis porcus Cingiarus in illos,
Seque valenthomini Baldo piantavit apreſſum;
Ac ibi cum ſpeto facit undique ſtare dabandam.
Sbarratat gentem, ſforacchiat, et arma fracaſſat;
Mox rutilam Baldi ſpadam tulit extra guainam,
Quam porgens illi magna cum voce gridabat:
Ecce tuus jam brandus adeſt, hunc accipe, Balde,
Quem rogo fac ſimilem corallo ſanguine roſſum.
Baldus alegrus eum ſubito ſbalzando piavit,
Perſtrinxitque illum manibus furibunde duabus.
Incipit en tanto crudelem quippe macellum
Quantum non fecit ſub Roncis valle Rinaldus.
Tu niſi per celſum (3) camerae truncata ſolarum
Brachia cernebas, teſtas, gambaſque volare.
Jam tenet optatam longo tam tempore ſpadam.
Nil pavet (4) ulterius, Caeſar paret alter in armis,

Im-

(1) *Sed quando &c.* Hic hemiſtichium omiſimus, quia ſenſum inutiliter perturbat, et manifeſte a Corruptore aliquo intruſum apparet.

(2) *Ante padellam.* Oculos intentos habens. Proverbium adhuc habemus: *Tener gli occhi alla padella.*

(3) *Camerae truncata.* Vide locum antea manifeſte corruptum. In Exemplari Hollandico habetur: *Palazzi monca.* Palatium non poteſt vocari quod tamquam tenuebat. Contubernium poſt pauca deſcribitur.

(4) *Nil pavet ulterius.* Heroem ſuum laudat comparatione illorum, qui clariores ſunt primo in Romana hiſtoria, deinde in hiſtoria Sacra, tandem apud Romanenſes Poëtas.

Digitized by Google

Immo Pompejus, Tarquinius, alter Achilles,
Pentheſilea furens, Alcides, Hector, et Ajax,
Vel de Judaico populo Rex David, et ille
Terribilis Sanſon, Judas, Macabaeaque proles.
Vel magis Orlandus, Daneſius, atque Rinaldus,
Dudon, Ricardus, Vivianus, Berliger, Otto,
Buſon et Aſtolfus ſemper caſcare paratus.
Hos omnes Baldus magnis cum forcibus aequat.
Non Anchroja fuit tantum poſſenta, nec ille
Qui fadatus erat Feraguttus, vel Balugantus,
Nil fuit ad Baldum Sacripas, Rodomonſque pagani,
Nil quoque Durastans, vel Squercia, Berra, Buratus,
Nil quoque Centauri fratres Taraſſus, Ignarus,
Hos aequat Baldus fortiſſimus, immo ſuperchiat.
Non valeo contare quidem quam fortiter obſtat.
Cum quali furia taurus ſub amore vedellae,
Millibus a canibus quando aſſaltatur in agro,
Nunc pedibus ferit, nunc illos cornibus urtat,
Spernazzat (1) ſabiam, magnos trat in aëre calzos,
Oreque ſpumigero coelum mugitibus implet;
Sic inter gentem Baldus ſuccenditur illam,
Teſtas, et gambas truncat, brazzoſque, manuſque,
Subvoltatque oculos nigra ſub fronte (2) braſatos,
Mandrittos vibrat, montanos, atque roverſos,
Eſtque ſuum corpus diverſo turpe cruore,
Qui cruor emanat per ſalam fluminis inſtar.
Cingar ſtat lateri, multo (3) ſofiamine pugnat,
Qui clamans Baldum, cunctis oldentibus, inquit.
Balde comes, venias poſt me, deſcendere ſcalam
Jam volo: ſic dicens rubro ſecat agmina ſpeto,
Incipit et ſcalam per vim ſmontare gradatim

(1) *Spernazzat*. Spargit.
(2) *Braſatos*. Ardentes.
(3) *Sofiamine*. *Quatit aeger anhelitus artus.* Virg. Aen. 5.

Semper eum ſeguitat Baldus, reparatque feritas;
Sed gens tota ruens vibrabat ſaxa, quadrellos,
Et (1) quod pejus, aquae caldaria plena bojenta
Verſantur ſummis de tectis ſupra bagordum,
Nec guardatur ibi quis amicus, quiſve nemicus:
Unde buſaliaci centum manſere pelati,
Ut malatia pelat nunc malfranzoſa famatos
Mille putaneos, ut brodica tegna Pitoccos.
Non tamen abſque aqua tunc calda, Cingar, abiſti,
Namque tui capitis multi cecidere capilli,
Teque cò pellatum, cò pellatum quique vocabat.
Alter (2) afogatas non ceſſat fundere braſas,
Alter, ne fugiant, lazzos hinc inde parecchiat.
Cingar at inſultans ſcala deſcendit ab illa,
Quem ſequitur Baldus, multam faciendo fadigam,
Tandem Cingar equos arrivat, ſeque reducit,
Cum pede dans calcem portam ſotoſora butavit,
Et ſubito ſtallam Baldo prior intrat apertam,
Sed Baldus, dum Cingar equo ſaltare fretabat,
Tanquam pilaſtrum firmat ſe in limina portae,
Hanc intrare quidem pro Baldo quiſque ſtopinat,
Namque ibi tam ſcuram cepit replicare baruffam,
Quod de mazzatis in poco tempore fit mons.
Cingar copertas de maja ſupra cavallos
Straverat, ergo ſuper Rocaſortam pelle griſonum,
Nil mittendo pedes in ſtaffam, concite ſaltat,
Accipienſque unum Lanzonem forte catatum,
Imbrazzat ſcutum, ſtallamque repentiter exit.
Protinus et Baldus, dum poſſidet hoſtia Cingar,
Supra diabolicum ſaltavit Spezzacadenam.
Tunc ambo ſtrictis cum calcibus, inſtar aquoſi

Tur.

(1) *Et quod pejus*. Aliquot hic carmina ex Auctoris correctione ſupplevimus. Qui utrumque exemplar contulerit, cauſam deprehendet.

(2) *Alter affogatos*. Succenſos carbones.

Turbinis in ſegetes, quando Jovis ira fracaſſat,
Eſt ubi calca magis faciunt ſlanzare cavallos.
Quales Grifones, Tigres, fulvique Leones,
Tales ſunt iſti repetantes quippe cavalli,
Qui modo (1) cum calcis feriunt, modo curſibus urtant,
Frena biaſſantes, oculorum lumina torquent,
Seque tumeſcenti rectos ut pectore drizzant:
Poſtea callantes feriunt cum calcibus aequis,
Et volitare viros faciunt ad nubila mortos.
Nil fuit ad tales Corſeros nempe (2) Bajardus,
Quamvis diablos ſeptem portaret adoſſum.
Nil Rondellus erat, Briafortis, nil Briadorus,
Nilque Valentinus, Mambrini, Alphana, Morellus.
Hos omnes iſti ſuperant forzaque, fugaque.
Calcibus iſtorum non durant arma, virique.
Gaudet Baldus, habens talem bellando Cavallum.
Quadruplicat forzas ſoldati forza cavalli.
Sed gens tanta quidem canto renovatur ab omni,
Quo plus ammazzant, plus illi creſcere parent.
Jam ſtraccatus erat Cingar, jam Baldus habebat,
Quamvis non eſſent mortales, quinque feritas.
Cingar eum clamat, Baldus ſeguitare comenzat,
Et contraſtantes ſemper gajardius illis
Egrediuntur eam fracto ſquadrone Tavernam.
Tunc Urbis verſus portam ſperonat uterque,
Atque levi curſu, parent dare vela cavalli;
Sed populus currendo dretum, sbrajabat ad auras:
Piglia ladrones, dai, dai, ne andare ſinatis.
Quando Leonardus venientes proſpicit illos,
Atque cavallorum ſtimulari calce fiancos,
Protinus eripiens brandum, fendente tirato,

Ad

(1) *Qui modo &c.* En carmen ex Amſtelodamienſi exemplari.
Qui modo cum calcis urtant, modo dentibus offant.
Qui ſenſum intelligit, illum prodat. Corruptum judicamus.

(2) *Bajardus &c.* Apud Romanenſes Equi omnes celebriores.

Ad Portinarum teſtam de netto levavit.
Tunc gens, quae facit hic guardam, concurrit ad arma,
Circumdatque alto Juvenem clamore galantum,
Et jam ſtoccatas centum ſuſceperat ille.
Ergo ſuum ſtringens validum furioſe cavallum,
Sexaginta viros balzo ſuperavit in uno.
Extra giavarinas, zanettas, extraque piccas,
Ille cavallus eum rapido balzamine portat.
Ipſa Leonardi gens preſtiter arma ſguainat,
Quando videre ſuum dominum ſic undique ſeptum.
Non ſtant, ut faciunt poltroni, cernere factum.
Protinus in calca ſtricti, groppoque reducti,
Auxilium ſpreta dant charo morte Patrono.
Hic quadraginta viri contra duo mille repugnant,
Hic centum ſtoccos audis confringere targas,
Hic brazzos, gambaſque vides, ſpallaſque tajari,
Hic variae voces morientum ſidera tangunt,
Hicve Leonardus fert ſpadam ſanguine roſſam.
Qui clamat Sanctum Petrum, Sanctamque Mariam,
Qui gridat, miſerere Deus, sborrando fiatum,
Qui ſtravacatus humo pedibus follatur equorum,
Qui perdit natos, qui uxorem, quique fradellos,
Qui (1) fugit, et portat ſcopertam ventre coradam,
Qui jacet abſque manu, qui ſaucius intra budellas.
Hic ferit, ille parat, fugit hic, ſequit ille fugatum.
Aſt ubi cum Baldo Cingar comitante propinquat,
Nec bene praecipiti curſu arrivaverat illuc,
En procul apparens Zambellus valde minazzat:
State, Ribaldones, gridabat, ſtate, Gajoffi,
Nunc ego ſum juſſu Praetoris Boja creatus,
Hoc datur officium mihi vos raſone picandi.
Sic ait, et raſco vult infilzare cavallos.

Bal-

(1) *Qui fugit &c.* Hoc carmen alteri ſenſu carenti ſubſtituimus. En illud. | *Qui fugit, et prolat retro linquendo coradam.*

Digitized by Google

Baldus per collum, dum paſſat, corripit illum,
Ac ſuper arzonem nil diſconzatus aferrat,
Cui brancando pedes, et collum more polaſtri,
Strangulat, et jacens, tamquam ſi galla fuiſſet,
Hunc facit immenſi culmen ſuperare palazzi.
Quo jactu multi ſtupuere, nec amplius illos
Perſeguitant, immo pavidi calcanea voltant.
Occiderat (1) juvenis jam tota fameja Lonardi,
Junxerat huc gentis nam maxima turba novellae,
Quae quoque formoſum Leonardum forte necaſſet,
Illuc ni Baldus ſpronaſſet Spezzacadenam,
Qui cernens juvenem trans agmina tanta feratum,
Erripit horrendum tumido de pectore gridum,
Perſtringitque Enſem tali sfronzante roverſo,
Quod teſtas ſeptem ſine buſto mittit arenae.
Poſt haec ad ſummam (2) palazzi ſtare feneſtram
Vidit Praetorem bravoſa voce gridantem:
Prehendite ladrones, quae vos induſia tardat?
Cur non tres ſolos comprehendere mille valetis?
Tanta codardia eſt in noſtris ergo guereris?
Baldus ad offeſas revocat penſiria vecchias.
Intrat Palazzum per centum millia ſpadas,
Ad ſcalaeque pedem sbalzat de Spezzacadena:
Spezzacadena (3) manet, nec ſe comprehendere laſſat,
Quum quis acoſtatur, giocat deſchena bizarrus,
Datque ſuum reſtum ſellam toccare volenti,
Tanta Cavallorum ſapientia ſaepe catata eſt.
Cervellis ſua ſpada colat, rubeoque cruore,
Sed quamvis habeat naturae munere forzam,
Majores odium dat vires attamen illi,

Prae-

(1) *Occiderat.* Ceciderat.

(2) *Palazzi.* Non Curiae prope Plateam ſitae, ſed Palatii, in quo habitabat, prope Urbis Portam ſiti.

(3) *Spezzacadena.* Aliquot hic Carmina ſupplevimus in Hollandico exemplari omiſſa, quia ſenſui nimis ſunt neceſſaria. Mirum enim, et contra id, quod veriſimile eſt nimis apparet, vacuum equum neminem abduxiſſe.

Praetorem penitus vult ammazzare gajoffum.
Aſcendit ſcalam, cui trantur ſemper adoſſum
Saxa, trabes, flagranſque cinis, ſpezzique matones.
Denique ſupravenit, Praetor fugit, ipſe gridorem
Ingentem laxat pariter, tiratque roverſum,
At non colſit eum, ſed ſpezzat grande pilaſtrum,
Unde ruinavit zoſum pars multa ſolari,
Innumerique homines ſubter periere quadrellis.
Nil tamen interea deſiſtit currere Baldus,
Praetorem incalzat, qui meſchinellus ubique
It latitando, petens veniam; ſed Baldus orecchias
Stoppat, ſordinamque ſonat; vult prendere vivum,
Parque referre pari, dare cui reſponſa refudat.
Praetor ducatos dare ſeptem mille ſpopondit,
Ut ſit contentus vitam concedere vivam.
Baldus ſdegnatur, nec reſpondere volebat.
Quo magis ille rogat, crudus magis ipſe deventat,
Si dare tunc Venetum voluiſſet nempe teſorum,
Non accepiſſet (1) probitas generoſa Guereri
Quiſque auro incagat, proprio ſibi guardat honori.
De quodam cantone rapit finaliter illum,
Non valet hic hominum gridor, arma, bravoſaque verba;
Per medias ſpadas portat ſe fortiter extra.
Semper habet, ſtrictumque tenet ſub tegmine brazzi
Praetorem, qui clamat opem, qui gridat ajutum.
Regreditur Baldus, mens creſcit, forza, vigorque,
Nec bene ceſſarat totam deſcendere ſcalam,
Quod tercentum homines (2) dentegavere terenum.
Denique ſe accoſtat per forzam Spezzacadenae,
Sbalzat, et in ſellā ſe reperit eſſe ficatum,
Antequam pedis intraviſſet planta ſtafilum.
Non aliter miſeram vides portarier agnam

Ore

(1) *Non accepiſſet*. Duo haec carmina, quia ſenſu carent in aliis Exemplaribus, de more ex noſtro exemplari ſupplevimus.

(2) *Dentegavere*. Momorderunt.


Ore lupi, quam mille canes, quam mille vilani
Scodere non poſſunt cum factis, atque parolis,
Sicut Praetorem fert inter brachia Baldus.
Cingar at interea ſpadam vibrare (1) rafinat,
Jamque fores aperit, pons callat, aperta ſcapandi
Fit via; quod cernens Baldus, vocat ante Lonardum.
Mox ſperone fugam rapit, illico ſubſequit alter,
Et ſic tres ipſi pariter carneria portant.
Non illos curant ſtracchi ſeguitare gazani,
Gaudent immo nimis tres evaſiſſe diablos:
Sunt affannati, redeunt languendo, pregantes,
Ut de deſtreris valeant ſibi rumpere collum,
Namque fadigarum tantarum cauſa fuere.
Qui truncatus erat brazzum, gambamque, pedemque,
Quiſque valoroſi Baldi guſtaverat enſem.
Baldus Mantoum ſgombrat fugiendo terenum,
Donec campagnam Veronae ſtraccus arivat.
Hic affannatos diſmontavere cavallos,
Inde Poteſtatem nulla mercede ligantes,
Totum vimineis (2) tambuſſavere flagellis:
Moxque baricocolos, membrumque virile ſecarunt,
Ipſemet ingordo quos mandat gutture zoſum.
Poſt haec inſtar equi ſnervarunt forfice (3) nares,
Truncarunt aures, oculos, denteſque cavarunt.
Hunc ſic fornitum retro liquere bonhomum,
Qui factus tandem moſchonis eſca bovinis,
Tradidit infelix animam ſimilandus iniquo
Herodi, vivendo fuit qui vermibus eſca.
Sed quoniam ſtraccor Baldi cantare prodezzas,
Vos quoque jam decimum phantaſma relinquite Muſae.

(1) *Rafinat*. Deſinit.
(2) *Tambuſſavere*. Crebris ictibus percuſſere.
(3) *Nares*. Suſpicamur legendum: *nates*.


ARGUMENTUM

IN UNDECIMAM MACARONICEN.

COlligat altus amor Baldum, ſimul atque Lonardum,
Cingar et ad Chiozae littora ſguazzat equos.
Imbarcantur ibi, mare namque videre peroptant,
Menat et illuc oves turba Teſina ſuas.
Cingar caſtronem pegoraro comprat ab uno,
Quem getat in pelagum, quaeque ovis hunc ſequitur.
Omnis anegatur pegorarum ſquadra; Teſini
Dum bravare volunt, Baldus amazzat eos.
Nauta procelloſum fieri mare ſentit, et ante
Contra fortunam ſe parat ire trucem.
Maxima ventorum contraſtamenta fremiſcunt,
Tempeſtas pelagi multa roverſat aquas.



MER-



MERLINI COCAII

POETAE MANTUANI.

MACARONICE UNDECIMA.

Tempus erat quando Sol Tauri cornua ſcaldat,
Impregnata novos emittunt arva fiores,
Frondificant boſchi, ſalices viridare comenzant,
Provocat et ſomnum cantu roſignolus in umbris,
Undiculis tremulis fontanae prata bagnaſcunt,
Quando ſimul Baldus, Cingar, belluſque Lonardus
In quemdam roſeis completum floribus agrum
Non procul (1) a Chioza deſmontavere cavallos.

Ll 2 Hic

(1) *A Chioza*. Clodia foſſa, ſeu Clodia Urbs vigintiquinque millia paſſuum Venetiis diſtans, dicta poſtea Cluſia. De Clodienſibus Poëta noſter perperam loquitur, ac injuria. Honeſtos enim, ac fideles Glodienſes ſe praeſeferunt. Clodiae plurimum aliis ex nominibus nos debemus; verum praecipue quod praeclariſſimus Clodienſis Epiſcopus Theophili noſtri actionibus digerendis plurimum contulit.

Hic Pinus celſam porgebat in aethera cimam,
Quae prohibet ramis penetrare bruſamina Phaebi,
Ac pulchram ſpiſſis cum frondibus explicat umbram.
Hic ſtrazzant elmos capiti, ponuntque corazzas,
Accipiuntque novos zephyro boffante vigores.
Hicve diceriis longis, variiſque parolis
Antiquum Baldo retegit Leonardus amorem:
Unde ſodalicium nunquam ſmembrabile naſcit,
Namque ragionantes ſimul agroppantur amici.
Me tua diverſum conduxit fama per orbem,
Per freta, per montes, per valles, perque pianum,
Tandem poſt longos errores, ſortis ajuto,
Talem te reperi, qualem perſenſimus olim,
Scilicet eximium ſenſu, guerriſque probatum,
Maturum, placidum, mitem, laudeſque per omnes
Dicendum, (1) quem vir non tantum debet amare,
Sed fera, vel ſaxum, vel guardia Cerberus orci.
Baldus ait: ſtupeo cum ſis generoſus, et alto
Stemmate progenitus, gracilis, rudis, atque vilani
Quaeris amicitiam; non haec, dilecte Lonarde,
Non haec, inquam, homini bene ſtant praeconia baſſo.
Talia dum ſimul humano ſermone loquuntur,
Cingar equos leviat ſellis, ponitque cavezzas,
Quos voltare ſuper ſtrammum, ſtallareque fecit.
Hinc mare non procul eſt ad quod ſguazzare cavallos
Cingar abit, ſecum bellam cantando Roſinam.
Adveniens pelagi quo pulſant littora fluctus,
En videt immenſam navem (2) Zenoveſibus aptam,
Quae tenet in largis (3) buttas ſex mille cavernis.
Haec in Turchiam multas onerata (4) facendas
Ferre parat, quoniam proſper tenet aequora ventus.

Im-

(1) *Dicendum &c.* Celebrandum omni laude.
(2) *Navem Zenoveſibus*. Navem aptam Januenſibus.
(3) *Buttas*. Ingentia Dolia.
(4) *Facendas*. Onera, et merces.

Immediate vocat Cingar, cignatque Patrono,
Cui parlans multam ſpondet pagare monetam,
Si compagneros vult tres, totidemque cavallos,
Ducere Turchiam verſus, patriamque Mororum.
Eſt res difficilis, reſponderat ille, daverum,
Namque modo venient pegorari trenta (1) Teſini,
Qui navem debent pegoris caricare Teſinis.
Cingar ait, quid ad hoc? age quaeſo, care Patrone,
Tres ſumus, exiguum ſpatium gens pauca rechiedit.
Annuit ille, tamen faciat frezzoſe pregabat.
Sic faciam, cui Cingar ait, vertitque cavallum,
Mox ad connexos in amore cucurrit amicos,
Narrat eis factum; laeto qui corde levati
Diſpoſuere maris, terraeque videre paeſos,
Cernere namque novas coſas juvat ire per orbem,
Et verſus pelagum ceperunt flectere brenas.
Tandem conveniunt ubi maxima barca moratur,
Quae non barca quidem, magis urbs parebat in undis.
Hic mercadantes propriam introducere robbam
Valde fadigabant. Cernebas mille fachinos,
Per ſex marchettos humeris imponere (2) ſomas.
Ut Cato noſter ait: nemo ſine crimine vivit,
Si Bergamaſchi damnantur crimine quoquo,
Crimen avaritiae ſpecialiter imputat illos.
Non Bergamaſcos habitantes dico per urbem,
Sed quos paſſutos caſtagnis, atque (3) goſatos,
Vel (4) macco ſaturos mandat montagna deorſum.

In

(1) *Teſini*. Ticinenſes Ruſtici.
(2) *Somas*. Ingentia onera.
(3) *Goſatos*. Tumenti gutture praeditos. Ital. *Gozzo*, *Gozzaja*. Lat. *Struma*. E Bergomenſibus Montibus, vallibuſque homines, et mulieres ingenti Strumate donati egrediuntur, et ingenti adeo, ut qui non videt, haud facile credit: quod quum pleriſque, immo ferme omnibus contingat, illud ſequitur, monſtruoſum hominem ab Incolis cenſeri, qui tam ingenti ſtrumate non eſt a natura donatus: quod mox innuit Poëta noſter.
(4) *Vel macco*. Pulmento ex fabis aqua ſolutis.

Digitized by Google

In ſpallam portant ſaccum, togamque recinctam,
Et (1) cantant vacui coram latrone viantes.
Sunt homines baſſi, largique in tergora, pingues,
Et dicunt, alias gentes non eſſe dolatas
Perfecto ligno, nec habent ſua congrua membra,
Namque goſa mancant, naſcuntur et abſque (2) gavozzo;
Unde ſuperbeſcunt, quod eos natura creavit
Diſſimiles aliis forma, belloque decore.
Semper habent pectus, ſtomacumque pilamine foltum,
Nec geſtant pezzam ſcarlati deſuper illum,
Struthio (3) namque minus poſſet ſmaltire piombum,
Quam poſſent ferrum graſſi padire fachini.
Ad paſtum mangiant formaggi quinque librettas,
Formaggio quoniam ſolidant mangiamine ſchenam.
Caſeus ingroſſat cervellum, non tamen iſti
Sunt (4) groſſi cerebro propriam contando raſonem.
Bergomiete genti gens Florentinica cedat;
Plus (5) Bergamaſco fert vermocanus in ore,
Quam centum chiachiarae, quas o Florentia dicis.
Non urbs, non caſtrum, quod non ſit plena fachinis.
Arte fachinandi nil ſe gens altra fatigat,
Sunt Bergamaſcha ſolum de prole fachini.
Felices equidem, quoniam verſantur ubique,
Nobiliumque domos habitant, retrovantque frequenter
Venturam magnam Domino, Dominaeque placentes.
Hanc igitur navem tendunt onerare fachini,
Supra quam ſaltant Baldus, Cingarque, Lonardus,
Atque (6) gubernarunt quodam cantone cavallos.

Inte-

(1) *Et cantant &c.* Ex Horatio. *Cantabit vacuus coram latrone viator.*

(2) *Gavozzo.* Inde ſupra dixit *Goſatos.*

(3) *Struthio.* Avis ſpecies, Italis *Struzzo, Struzzolo*; quae tam ingenti calore, vel acidis in ventriculo praedita fertur, ut plumbo, vel ferro digerendo ſit ſatis. Quod facile credendum eſt; margaritas enim nos ipſi vidimus a Pica deglutitas, et inſtar liquefactae cerae in excrementis digeſtas.

(4) *Sunt groſſi cerebro.* Mente rudes.

(5) *Plus Bergamaſco.* Tamquam in loquendo diſſolutos eos notat Poëta, quod tamen Italae plebeculae cujuſcumque Urbis commune nimium quidem evaſit.

(6) *Gubernarunt.* Locarunt.

Interea veniunt ciſilantes ſaepe Teſini,
Qui tria de pegoris ducebant agmina ſecum,
Quodque agmen pegoras forſan duo mille governat.
Prima per orecchias ſurſum nolendo tiratur,
Hanc ſeguitant aliae quam preſtiter abſque labore,
Nam pegoris natura dedit ſeguitare priorem.
Sed quando Baldum, ſocioſque Teſinica turba,
Mejoremque locum ſic impediſſe Cavallis,
Vidit equis navem impediſſe: quid, iniquit, alogias
Soldatos iſtos pegorarum ſepta (1) cupantes?
Quidve cavallazzos iſtos te ſumere fecit?
Non audis, Patrone ratis? quin ejicis illos?
Ejice ſoldatos, inimicos ejice noſtros,
Nam contadinus cum milite vivere neſcit,
Atque ſofriremus mutuas mangiare budellas,
Sed baſtonatas, quas aſſagiamus ab illis,
Reddere voja venit, detur ergo licentia vandi,
Detur eis, inquam, combiatus, eantque Latrones.
Navita non audit, convicia plurima dicunt,
Tollere non alios in barcam namque ſpopondit;
Sed Barcarolos quis non trovat eſſe bosardos?
Baldus ut audivit bravamina, (2) ſcoriat enſem,
Nam ſibi diſplicuit villanos eſſe ſuperbos.
Cingar eum tenuit dicens, mihi, deprecor, iſtam
Deſine vindictam, nunc nunc miranda videbis:
Eſt villanorum toleranda ſuperbia nunquam.
Altri ridebunt, altri ſed forte piangent.
Baldus ei paret, ſodroque recondidit enſem.
Interea ventus cepit ſoſiare galantus.
Stat mare (3) criſpatum levibus tremolantibus undis.

Di-

(1) *Cupantes*. Occupantes.

(2) *Scorlat*. E vagina tamquam e cortice extrahit.

(3) *Stat mare*. Sic ex Auctore haec carmina longe emendatiora ſubſtituimus. Sic autem in Hollandicis exemplaribus ea reperies.

Stat mare quacchiatum levibus tremolantibus undis.
Diſceſſant gravidam curvo de littere navem.
Paulatim quae ſe mare diruunterat in altum.
Vela reſolvuntur, Zephyriſque tumentia plentur,
Deque maris golfo jam littora nulla videntur.
Denique cantantes longum rapuere viaggium.

Diſcoſtatus abit curvo de littore (1) Grippus,
Paulatimque tenet medium, laſſatque terenum,
Qui fugit, et ſecum fert urbes, fertque paeſos.
Apparent nullae jam ſylvae, cuncta videntur
Plena mari, et coelo, nautaeque canendo repoſſant.
Fraudifer ergo loquit paſtorem Cingar ad unum:
Vis, compagne, mihi caſtronem vendere graſſum?
Sum contentus ego, vendam, Pegorarius inquit,
Sed des almancum Carlinos octo per unum:
Abſque (2) ſotiezza mercati, Cingar eidem
Sborſavit nummos tolto caſtrone doloſus,
Sub terra quoniam falſos impreſſerat illos.
Hic Mercadantes optant rei cernere finem,
Expectat Baldus fraudem, ridetque Lonardus,
Nam bene ſquadravit, quod erat malus ille (3) ghiſellus.
Cingar per binas caſtronem brancat orecchias,
Quem buttat in medio cernentibus aequore cunctis.
Illico (nam mos eſt ovium ſeguitare priorem)
Omnis grex ſequitur, praecepſque nodare caminat,
Poſtque (4) Caporalem certatim mandra ruinat,
Immo gaudenti cantabant carmine bè bè.
Non fuit una quidem, quae non ſcampaſſet in undas.
Totum lanigeris impletur piſcibus aequor.
Se sforzant illas cifilando tenere Teſini,
Aſt ad bellaſum poſſunt cifilare gazani,
Jam totae paſcunt aliud quam gramen, et herbam.
Tempore diluvii (5) ſuper alta cacumina piſces
Errabant nemorum, diſcurrebantque per ulmos,
Sed modo lanoſum beſtiamen paſcolat undas.

Et

(1) *Grippus*. Navis.

(2) *Abſque ſotiezza*. Contractus aequitatem, et utilitatem non ſubtiliter proſequens.

(3) *Ghiſellus*. Aſtutia plenus.

(4) *Poſtque Caporalem*. Poſt agminis caput, et Ducem.

E dove l' una và, l' altre pur vanno cecinit Danthes noſter.

(5) *Tempore Diluvii*. Oppoſitum contigit Diluvii tempore. Poeticam deſcriptionem habes ex Ovidio.

Et lanam bagnaſſe ſuam jam dicere poſſunt.
Neptunus magnum poſſedit allora (1) botinum;
Qui maraviabat pegoras deſcendere tantas,
Cum quibus et nymphis, propriiſque baronibus unam
Egregiam coenam, nec non duo prandia fecit.
Omnia mangiarunt, adeo quod Gatta dolebat,
Namque polita nimis ſub menſis oſſa cadebant.
De riſu Baldus (2) ſchioppat, creppatque Lonardus,
Ac mercatores omnes ſtrepitoſe cachinnant.
Cingar nil ridet, ſed velle jutare videtur,
Atque (3) trabuccanti pecudi ſuccurrere fingit,
Sed magis in fluctus buttans quoque, (4) clamitat oh, oh!
Ad parteſanas chiappum dant praeſto Teſini,
Providus at Cingar zanettam corripit unam,
Inde vocat Baldum, monſtrat zuffamque Teſinis.
Quid, loquitur, vultis mecum bravare Vilani?
Quo veſtram cauſam defendere jure poteſtis?
Eſt nunquid talis veſtris uſanza paeſis?
Nonne meam poſſum, ſicut volo, ſpendere robbam?
Caſtronus meus eſt, modo quem mea taſca pagavit.
Deque meis rebus facio quod voja comandat.
Hi gentilhombres, ibi quos aſtare videtis,
Juſto jure ſuum poſſunt narrare parerum,
Si mihi tortus erit, veſtrum ſperate (5) doverum;
Si vobis, jubeo ruginentas ponite dagas;
Nos altramentum, quid ſit ſoldatus in armis,
Vobis cum factis moſtrabimus abſque parolis.
Eſt ſacrificium ſanctum ammazzare vilanos.
Stat male gentili ſub corde ſuperbia certe;
Peſſima ſed res eſt, vos rozzos eſſe ſuperbos.

(1) *Botinum*. Praedam.
(2) *Schioppat*. Effuſiſſime ridet.
(3) *Trabuccanti*. Decidenti.
(4) *Clamitat oh oh.* Optime naturam pingit: Quaſi ex inopinato eveniat, quod ex induſtria, ut eveniret, ipſe curavit.
(5) *Doverum*. Quod debitum eſt.

Nec toto in mundo reperitur abuſio major,
Quam ſi vilana quiſquam de ſtirpe ſuperbit.
Dixerat haec Cingar (1) ſtans in guardare cagneſco,
Zanettamque tenet baſſam, tirare paratus,
Si ſibi Villani dare nojam forte comenzent;
At nolunt timidi (2) gattam affrontare gaioffi.
Non tunc tempus erat ſat aconzum, ſatque ſpeditum,
Non ſat eis, inquam, tutum, nec allora parebat
Congruus ille locus; ſed ad altras texitur horas
Proditio, (3) coleraeque focos in pectore ſervant;
Stant timidi, quacchioſque tenet praeſentia Baldi.
Aeolus interea Auſtrorum Rex, atque magiſter,
Sceptra pians vaſtam montagnae ſcandidit alpem:
Hic girans oculos ſpatioſa per aequora circum,
Nullam proſpexit navem, nullamque galeam,
Nam quae terribilis caricatur pondere Baldi,
Tam lontana fuit, quod (4) ochialibus Aeolus ipſis
(Multum vechius erat) non comprendivit ab undis:
Ergo ſuos recreare Notos ſibi voja venivit,
Concavus (5) hic mons eſt, qui culmine toccat olympum,
Fun-

(1) *Stans in guardare cagneſco*. Torvis oculis aſpiciens. Hoc, et ſequentia carmina, uſque ad *Aeolus interea* ex Auctoris emendatione ſupplevimus. Mutandi rationes ex eorumdem lectione facile deprehendes.

(2) *Gattam*. Litem aggredi, et pugnam

(3) *Proditio*. Improborum hominum conſuetudo, ſub amicitiae ſpecie inimicitias contegunt.

(4) *Ochialibus*. Italice dicimus *Occhiale* Inſtrumentum notum ad oculorum imbecillium juvamen, cujus Veteres non meminerunt, niſi forte illud ſignificet apud Plautum in Fragmentis *Ocularius*, et *Faber Ocularius*, quod in quibuſdam Sepulcralibus lapidibus paſſim legitur. Mihi veriſimile videtur, Archimedi, qui Specula uſtoria primum excogitavit, primum etiam ocularium inventum tribuendum. Scrupulum ingerit, hujus inſtrumenti veteres Auctores, neque Plinium ipſum uſquam meminiſſe, niſi in recitaris verbis, quae ambiguitatem continent. Dicendum itaque primum Inventorem fuiſſe Archimedem. Paucos omnino ex Veteribus iis uſos fuiſſe. Saeculo deinde XIII labente, Alexandrum Spinam ex Ordine Praedicatorum Piſis hoc inſtrumenti genus ad communem uſum produxiſſe.

(5) *Concavus hic &c.* Ventorum habitationem deſcribit Virgilius, ex quo imitationem hauſit Poëta noſter. Ita Virgil. Aeneid. I.

Nimborum in Patriam, loca foeta furentibus Auſtris,
Aeoliam venit: hic vaſto Rex Aeolus antro
Luctantes ventos, tempeſtateſque ſonoras
Imperio premit, ac vinclis, et carcere froenat.

Illi

Fundamenta tenens maris inficcata ſub undis,
Groſſibus eſt aſper de ſaxis, atque predazzis.
Non illic frondent ſilvae, non herba vireſcit,
Montis & ad cimam ſtat porta chiavata frequenter,
Quae ferri tota eſt, Vulcani facta boteghis,
Claudit, & horrendum ſcabris ſub cautibus antrum,
In quo ſunt Venti ſub portis mille chiavati,
Atque cadenati vario boſſamine ſtrident,
Attenti ſemper ſi porta recluditur illis.
Mille annos una hora ſibi eſt ſaltare deforas,
Atque proceloſo pelagum vexare travajo.
Qualis Cazzator bracchos, volucreſque lepreros
In preſone tenet, mangiandi datque nientum,
Plus bene quo valeant morſu boccare famato
Salvadicinas, leviuſque nettare caminum,
Sic & in obſcuro ventos Rex Aeolus antro
Chiavat, ut optantes groppis exire ſolutis,
Atque videre diem, crudelius aequora verſent.
O miſer illa Ratis, ſed plus miſer ille nochierus,
Quem improviſa rapit ventorum ſquadra boantum,
Vel quem cum ſociis ferus ille Siroccus acolat.
Oh quantum praeſtat ſit praticus ille patronus,
Qui pugnat tantam ventorum contra (1) lovagnam!
Aeolus ergo videns mare navibus eſſe vodatum
(Nondum quae guidat Baldum arrivaverat illuc)
Praeſto cadenazzos tirat extra foramina groſſos,
Ferratasque aperit valvas, intratque dedrentum.
Qua propter venti rident, feſtamque comenzant,

Illi indignantes magno cum murmure, Montis
Circum clauſtra fremunt. Celſa ſedet Aeolus arce
Sceptra tenens, mollitque animos, et temperat iras.
Ni faciat, maria, ac terras, coelumque profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, verrantque per auras.
Sed Pater Omnipotens ſpeluncis abdidit atris,
Hoc metuens, molemque, et Montes inſuper altos
Impoſuit, Regemque dedit, qui foedere certo,
Et premere, et laxas ſciret dare juſſus habenas.

(1) *Lovagnam*. Turbam.

Vixque tenent illos ferracea vincla frementes.
Increpat illorum ſmaniam, multumque minazzat
Aeolus, et ſchenas crebro baſtone flagellat,
Quippe furunt, ruptiſque optant borrire cadenis,
Atque mare, et terras, coelumque butare ſtravoltum.
Eſt ibi (1) Siroccus vento crudelior omni:
Eſt ibi Garbinus, Graecus, Levantus, et Oſter,
Eſt Tramontanae Baſtardus Borra fiolus,
Eſt Viſcinellus, Libecchius, deinde Maeſtrus.
Libecchius ſpumam rabioſo fundit ab ore,
Fodratoſque oculos portat de carne ſalata.
Numquam ſuſfiaret, niſi centum mille diablos
Afferret ſecum, quibus aſtra, fretumque volutet.
Ex Africa genuit Garbinum conjuge natum,
Libecchius pater eſt, Garbinus filius, uxor
Africa, quapropter Libecchius graece vocatur
Africus, et Lygurum tantummodo praticat aequor;
Et (2) ſdegnatur aquas Veneti ſofiare marelli,
Ad quem Garbinum mittit ſolummodo Natum.
Garbinus quando pelagum fantaſticus urtat,
Si non contraſtum ſociorum ſentit habere,
Semper maturo ſpatiatur in aequora paſſu

Sors

(1) *Eſt ibi &c.* Ventorum nomina, et indolem, ſicut in prooemio pollicitus eſt, ingenioſe deſcribit. Primum quatuor praecipui venti, qui ab Italis vocantur: *Tramontana*, *Oſtro*, *Ponente*, *e Levante*. A Latinis: *Septemtrio*, *Auſter*, *vel Notus*, *Favonius*, *vel Zephyrus*, *et Subſolanus*. Deinde qui vocantur Collaterales. Nobis: *Greco*, *Libeccio*, *Maeſtro*, *Sirocco*; apud Latinos *Greco* caret nomine. Reliqui *Lybicus*, *vel Africus*, *Corus*, *Euro - Auſter*, Mentionem facit praeterea *Boreae*, allorumque, quos vocat *Garbino*, et *Viſcinello*. Duo priores, adhuc minores ſunt, et Boreae reſpondet, quod a Nautis dicitur *Greco - Tramontana*; *Garbino*, quod vocatur *Ponente - Libeccio*. Ille autem, cui *Viſcinello* nomen ab Auctore tribuitur, quaqua perflet, quoties aër vorticoſo fertur motu, hoc nomine a Nautis vocatur; qui ſi validius perflet, illud contigit, quod de Carybdi refert Virgilius Aeneid. 3., et imitatus eſt more ſuo Poeta noſter.

. . . . laevum implacata Carybdis
Obſidet, atque imo barathri ter gurgite vaſto
Sorbet in abruptum fluctus, rurſuſque ſub auras
Erigit alternos, et ſidera verberat unda.

(2) *Et ſdegnatur &c.* Ventus hic Mediterraneo mari, quod Liguſticum etiam aliqua ex parte vocatur familiaris, dedignatur in Adriatico ſaevire, quod ſi Mediterraneo comparetur, anguſtum dici jure poteſt.

Sors ſua cum Graeco data ſit, gioſtrare Levanto,
Fert haedi barbam de ſtizza, et ſanguine plenam,
Deque ſuo rabido fluit ore (1) cagnacea bava.
Tramontana colit gelidos ventiſſa paeſos,
Quae Boream (2) genuit, coeli impregnata biolco,
Qui ſupra carrum Cinoſuram menat atornum.
Tramontana gelans vult, nos portare pelizzas,
Unde biſognoſa eſt caſtronis lana toſari.
Tota bianchezat gelidis ſua teſta pruinis,
Deque ſuis pendent horrentia ſtiria trezzis.
Ipſa diabolicum generavit peſſime Borram.
Quidnam ſcribendum de te, fantaſtice Borra?
Quando repugnaris, vel contraſtaris ab Oſtro,
Oh miſeram Barcam, quae tunc in gurgite vogat!
Non durant remi, non arbor, vela, Timonus,
Omnia sfracaſſas, rumpis, ſpezzaſque, rapiſque.
Te barcaroli formidant, aequora ſolus
Conturbas, agitaſque undas ad nubila ruptas.
Fert appena tuam (3) ſpagnola galea ruinam,
Quam, veluti ballam, sbalzare per aequora cogis
Ne bravare (4) velit Navis zenoeſa, quod ampla,
Quod major reliquis, quod ubique Carbaſa tendat,
Quando Borra furis, curas hanc quippe negottam.
Contraſtum Borrae (5) morbatus dicitur Oſter,
Quem Graeci clamant Auſtrum, Notus eſt pater ipſi,
De quo nunc dicam Sirocchi nomen habente.
Oſter habet ſecum mala quanta catantur in orbe,
Anteque quam ſuflat, ſtygias ſe portat ad umbras,
Cerbereaſque prius ſe meſcolat intra ganaſſas,
Atque venenatis ſua foedat pectora bavis,

Inde

(1) *Cagnacea bava.* Spuma inſtar canis.

(2) *Quae Boream &c.* Haec carmina ex emendatione ſupplevimus. Vide ſuo loco quae expunximus, nam ſenſu carent.

(3) *Spagnola.* Hiſpana navis.

(4) *Ne bravare &c.* Ne ſe jactet janüenſis navis, quamvis fortiſſima.

(5) *Morbatus.* Morboſus.

Inde tenebroſa revolutus nube Baratri,
Tres ſerpentinas trangiottit in ore ſorellas,
Nec tantum pelago, ſed Romae dat (1) malapaſcham,
Maxime quando tuas, o Roma ſuperba, latrinas
Perflat, et intenerat cagatores mille per urbem.
Palleſcunt homines, ſcuro tinguntur averno,
Incurrunt nullo tutos medicamine morbos.
His equidem tantum nocuit peſtiferus Oſter,
Morbida vaccarum quod facta eſt mandria Roma,
Quae Tiberim ſiccant, Urbemque putredine turpant.
Illic (2) cancreſcunt gentes, Francaeque Barones
Deventant, plus Roma parit, quam Francia, gallos.
Sirocchus pater eſt Auſtri, quem diximus Oſtrum,
Qui contra placidum certat ſpirando Maeſtrum,
Quique gignit (3) quaſdam ballottas, ſive granellos,
Quae componuntur per nubes, grando vocatae.
Iſtaec tempeſtas non caſcat tempore freddi,
Sed tantum quando Terram nimis urit Apollo.
Humida (4) materies cum calda jungitur, atque
Ingarbojatur, donec ſolidatio quaedam
Concipitur ſimul in duris voltata balottis.
Poltronos facit haec ſe deſperare vilanos:
Quas uno fruges acquiſtat ſudor in anno,
Tempeſtas una raptim deſertat in hora;
Vignas fracaſſat teneras, molleſque racemos,
Frangit ariſtarum ſpiccas, rumpitque canellos.
Audis gajoffos tali pro ſorte vilanos
Blaſphemare Deum, coeloque (5) oſtendere ficas.
Sirocchi mos eſt boffare culamine tantum.
Oh quales mollat per nubila quippe corezas,

Quae

(1) *Malapaſcham*. Infortunia. *Malanno*.

(2) *Illic cancreſcunt &c.* Tabe infectus Populus, ita pallenti, et crocea ſe facie oſtentat, ut Gallica lue infectus videatur.

(3) *Quique gignit &c.* Grandinis efformatio.

(4) *Humida materies*. Ex antiperiſtaſi; grandinem veteres repetebant, quae a ſalinis particulis eſt repetenda.

(5) *Oſtendere ficas*. Illudere coelo.

Quae nos penſamus ſint magna tonitrua coeli!
Credite daverum non eſſe tonitrua coeli,
Aſt appontando (1) pettos Sirocchus alentat.
Spongoſas alas portat, gravidaſque piozas.
Hoc Venetas ſpirante vides plorare murajas.
Deſcazzare poteſt humorem ſola nocivum
Malvaſia, tamen nihil eſt adaquanda bibenti,
Eſt quoniam facinus dulcem jugulare falernum.
At prius incedit matura fronte Maeſtrus,
Reſtaurat perſos Nautas, ſpezzata reformat,
Atque favorezat grato ſpiramine poppae.
Hoc afflante cadunt triſtes de pectore curae,
Amiſſi redeunt animi, fugiuntque timores,
Confortat, relevat, ſuccurrit, reddit alegros,
Quem zephyrum (2) gens graeca vocat, quo florida prata
Quo veniunt ſilvae virides, quo tempus amoenum eſt.
Si vult Sirocchum quandoque demare ſuperbum,
Favonium mandat bizarum, fronte minacem.
Eſt germanus ei, magno contrarius Euro,
Ipſe manus habet, atque pedes Jovis inſtar oſelli,
Gens, quando ſofiat, caveat male pratica ponti,
Namque ſuis ſpeſis quae ſit ſua forza provabit.
Surgit ab Aurora ſuus hoſtis, dicitur Eurus,
Quem melius clamat vulgaris lingua Levantum.
Mitigat ardentes, cum tranſit, Apollo faſellas,
Turbatum ſociis tranquillat ſaepe profundum,
Tunc navaroles multum ſua flamina laudant,
Seu feriat puppim, ſeu Barcam guidet (3) ad orzam;
Forte tamen ventis ſi contraſtatur ab altris,
In coleram ſaltat, pelagumque ſoſopra revoltat.
Eſt quoque venticulus quidam, parvuſque Notinus,

Quem

(1) *Aſt appontando*. Ingenioſa malefici venti origo.

(2) *Quem Zephyrum*. Hic Zephyrum a Favonio diſtinguit, eſt autem Caurus, quem hic innuit, Favonio conſormis, qui conjuncti Euro opponuntur.

(3) *Ad orzam*. Ad latus laevum.

Quem Viſcinellum (1) Nautae dixere vetuſti.
Jugiter his, quando pelagum fortuna rebalzat,
Se ficat in fluctus, et circum circa regirat,
Quapropter gignitur vortex, vel mota vocatur.
At ſi ventorum tot nomina ſcribere vellem,
Lectori faciam pro longis taedia verbis.
Ergo ſcadenatis illis, Rex Aeolus uno
Se cantone tirat, ne forte volaret et ipſe,
Namque ſuum dominum per nubila forte tuliſſent.
Nox obſcura ſuas paſſim diffunderat umbras,
Aſtraque paulatim (2) fumentabantur ab uno
Nimbiculo, (3) faciunt aliquando vela fojadas.
Vidit, et aſcortus jam plurima ſigna Patronus,
Ex quibus agnovit quod magna procella minazzat:
Me miſerum (4) clamat, quam nunc ſcaldabat Apollo,
Nuncve ſub obſcuro nimbone lumina tinxit!
Pallida nunc luna eſt, nunc ignea tota videtur.
Cernite Delphinos qui ſaltant deſuper undas,
Audivere maris ſub fundamenta moveri.
Curavi nil in portu quum tute morabar,
Cernere ſtridentes (5) gavinellos ire per undas,
Scandebatque altum girans (6) Aeronus olympum.
Sic ait, et ſubito ſe contraſtare parecchiat.
Quid facit? appocum ſua vela magiſter abaſſat,
Denudat brazzos, plantans ſe retro timoni.
Plurima ſollicitis famulis gridando comandat,
Cui parent omnes facientes mille facendas.
Hic molat cordam, tirat ipſe, revinculat alter,
Et centum raucas audis cantare cirellas,

Et

(1) *Quam Viſcinellum*. De hoc ſupra dictum a nobis ſatis.

(2) *Fumentabantur*. Obſcurabantur.

(3) *Faciunt &c.* Vento excuſſae ſtrepitum edunt.

(4) *Me miſerum &c.* Palinurus apud Virgilium Aeneid. 5.
Heu quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?
Quidve Pater Neptune paras?

(5) *Gavinellos*. Aquatica avis, tempeſtatis inditium praeferens.

(6) *Aeronus*. Altera avium ſpecies tempeſtatem portendens.

Et centum voces hominum faciuntque, jubentque.
Nobilis in quodam ſtabat cantone Lonardus,
Cum Baldo (1) ludens cum datibus ad tavolerum.
Nil ponunt animum tempeſtatem eſſe propinquam,
Illorum mentem plexam Sbarainus habebat.
Aſt alia Cingar ſolettus parte jacebat,
Ac dormentatus ronfabat more bovino.
Quiſque facit quicquam propter defendere navem,
Sed tantum Cingar fornacchiat fronte ſupina,
Cui non ſpingardae potuiſſent rumpere ſomnum,
Morpheus ipſius totos ſummerſerat artus.
Hunc ſcorozzatus quidam (2) Schiavonus adocchiat,
Cingaris et magno percuſſit calce culamen,
Sic, ait, attendis, latro, ſuccurrere Navi?
Cingar apena levans oculos, ferus in pede ſaltat,
Schiavonemque illum vibrato concite pugno,
In medium pelagi fecit tommare deſactum,
Qui ſtramortitus nodandi perdidit artem,
Ac repletus aqua deſcendit ad Aequoris imum.
Quo facto reliqui Schiavones illico ſurgunt,
Namque ſuper naves gens talis plena pedocchis
Stare ſolet, currunt veluti rabioſa canaja,
Et per traverſum brancato Cingare, buttant
Illum ſalſigeras, ut moreretur in undas.
Sed ſibi ſorte bona pur avantum traxerat arma.
Incipit aequoream brazzos menare per undam
Tam bene, quod cunctis nodando rana videtur.
Interea ſenſit Baldus, quod Cingar in undis
Poſtulat altorium, terrae tavoleria buttat,
Atque videre quid eſt currit ſociante Lonardo.
Proh dolor! ut reperit, quod carus Cingar anegat,
Per quem preſonem nuper ſcappaverat atram,

(1) *Cum Baldo*. De hoc ludo in Zanitonella ſermo eſt ad. Ecl. 1.

(2) *Schiavonus*. Illyricus

Et quod Schiavones buttantes ſaxa, travelles,
Nolunt, quod manibus navi ſe Cingar atacchet,
Quali ſit captus, poteris penſare, dolore.
Infuriatus enim patefactum ſguainat enſem,
Ad primum tractum ſex miſit in aequora teſtas,
Propter quam bottam ſpallas gens porcida voltat,
Nec tentare volunt Baldenſis vulnera ſpadae.
Illos inſeguitat per navim Baldus ubique,
Ad mare ſe potius donant, quam cernere Baldum;
Quos (1) repetare videns rubefacta per aequora Cingar,
Non ceſſat nodans illos ſeguitare per undas,
Quos manibus prehendens in collum ſtricte negabat.
Miſerat et plures Leonardus in aequora mortos,
Qui porgens haſtam clamabat: Cingar adeſto,
Teque huic haſtae brancans exibis ab unda.
Tunc Cingar nando remeat, ſe chiappat ad haſtam,
Quem Leonardus aquas pilians tirat extra marinas.
Patronus Barchae laxaverat ante timonem,
Ut precibus poſſet Baldi lenîre furorem,
Ipſius ante pedes tremulo ſe corde ſtravaccat,
Atque petit veniam, quia ſaeva procella minazzat,
Et dubitat, quod gens, robbae, naviſque peribit.
Quo ſermone pius ceſſavit currere Baldus,
Incuſatque ſuos mortem meruiſſe famejos.
Tunc forbet ſpadam rubro pro ſanguine rubram,
Inque locum poſuit, comitemque jutare cucurrit,
Quem reperit pagnos ſub Lunae luce fugantem,
Et Leonardus eum multo sbeffamine ſojat.
Ecce repentinus ventorum Stolus arivat:
Borra prior (2), contraque furit peſtiferus Oſter.

En

(1) *Quos repetare &c.* Manibus, et cruribus ſibi opitulari.

(2) *Borra prior.* Alio in loco ſequentis libri principium conſtituimus ex Auctoris ipſius emendatione, quia ſequentibus videbatur opportunius. Sic autem in aliis Editionibus XI. libro finem imponit.

Sed quia murmur adeſt Ponti, rabieſque Sirocchi,
Pallida Togna fugit, ſine qua nil dicere poſſum.

Sic

En Libecchius adeſt, ſylvas, caſamenta ſtravaccat,
Spolverizando volat, ſtipulas ad ſidera portat.
Solus et in (1) Zennae placidum quatit aequora portum.
Sed rebruſcatur valido ſoſiamine Greghi,
Tergore qui montes sburlando vadit aquarum.
Non habet (2) oppoſitum Sirocchus allora Maeſtrum,
Contra Favonium ſtringas culamine mollat,
Pro quibus aſtra tonant, tremit orbis, nutat olympus,
Peſtifer Oſter aquas implet, coelumque tenebris.
Jam mare turbatum montagnas concipit altas,
Caſtroneſque (3) freti paſcuntur ubique bianchi.
Jam gridor aetherias hominum quatiebat abyſſos,
Sentiturque ingens cordarum ſtridor, et omnis
Pontus habet pavidos vultus, mortiſque colores.
Non plus bianca diem ſparpagnat Luna per orbem,
Nubila, terra volat ventis agitata nefandis.
Fulgure flammigero tantum lampezat olympus,
Poſt quem fulgorem pettos Sirocchus alentat,
Inde procelloſas agitat, sborratque piogias.
Verberat; hinc vomitat concretas flamine ballas,
Vela forata micant crebris lacerata balottis.
Tramontana ſuos crines, gelidoſque capillos
Explicat, et ſtabulis ſeptem (4) diſceſſa bovorum,
Occultat ſtellam pro qua Calamita regirat.
Schiavones nequeunt deponere vela tremantes,
Maxima ventorum quia vis, pluviaeque repugnant.
Nunc ferus Oſter habet palmam, nunc Borra ſuperchiat,
Irrugit pelagus, tangit quoque fluctibus aſtra,

 Hor-

Sic autem XII. exorditur:
Ecce repentino mea verſu Togna comenzat,
Namque repentinus Ventorum Stolus arivat
Borra prior &c.
Tognam autem fugientem, quid nunc intrepidam reddit? Conſultius haec carmina omittuntur.

(1) *Zennae*. Januenſis Urbis.

(2) *Non habet &c.* Optime ventorum indicat, et vitat oppoſitionem.

(3) *Caſtroneſque*. Undae ſpumoſae albedinem praeſeferunt, et curvae quum ſint, arietum tergora repraeſentant.

(4) *Diſceſſa*. A Septemtrione diſcedens. Quae de Boote, Septemque Trionibus fabulantur Poëtae nota ſupponimus.

Horrendam mortem Nautis ea cuncta minazzant,
Qui ſine ſperanza voces ad nubila mittunt,
Atque ſimul feriunt laceris, heu, pectora pugnis.
Stant mercatores pavidi, mortemque paveſcunt,
Praeteritos coguntur enim deflere labores:
Heu cui divitias, ajunt, cumulavimus iſtas?
Heu quibus in rebus noſtros negleximus annos?
Duximus hanc fruſtra per tanta pericula vitam,
Mercibus his noſtris multo aſpiravimus auro,
Mercibus his noſtris ita nunc demergimur undis?
Heu cur non potius, Monachi vel norma ſeveri,
Vel mage Eremitae placuit ſacra cellula nobis,
Quam rabioſa fames auri, quam ſenſus habendi?
O Deus, o coeli Factor, noſtrique Redemptor,
Ne memora fraudes, quas egimus: ecce precantes
Lugemus commiſſa, fuit non aequa, fatemur,
Mens tibi noſtra, ſumus fragiles, lapſuque frequenti
Decidimus, tetrum quo ſaepe meruimus Orcum.
Tu ſpeciale tamen ſalvantis nomen Ieſu
Semper habens, pietaſque premit tua crimina noſtra.
Perdimus (1) heu miſeri nil proficentia verba,
Quae nequeunt diſperſa Notis contingere coelum.
Jugiter ira Jovis magis, ac magis horrida creſcit,
Juſta ſui tangunt noſtri nec pectora fletus.
Fallitur (2) extremam qui ſe conducit ad horam,
Sperans deleri modico ſua crimina luctu,
Non amor hunc tangit, baratri ſed maximus horror.
Cernite qui montes undarum nubila vexant,
Cernite quae piceos involvunt flamina nimbos.
Nullam Baldus habet tantum ſub pectore temam,

Cur-

(1) *Perdimus &c.* Poërico more loquitur. Audi quid ſimile in Ovidio Triſt. *l.* 2. El. 2.
Verba miſer fruſtra uon proficentia perdo,
Ipſa graves ſpargunt ora loquentis aquae:
Terribiliſque Notus jactat mea dicta, preceſque
Ad quos mittuntur non ſinit ire Deos.

(2) *Fallitur &c.* Notanda, et veriſſima ſententia eleganter expreſſa, et non mimicis verbis, quemadmodum in rota hac timentium Mercatorum oratione admirari pot eſt.

Currit ad hortandum nautam formidine pregnum,
Cui dat ſuffragium, torquet, preſſatque timonem,
Sollicitat famulos barchae, facit hic, jubet illic,
Nuncve tirat cordas, nunc mollat, praticus extat
Nochierus, quem non facit ars, ſed (1) Nympha biformis.
Jugiter intrepida ſolatur voce timentes.
Ob nimiam coelum pluviam sfondare videtur,
Nil tamen in teſta ſeu brettam, ſive capellum
Baldus habet, dicens illam montare nientum,
Dummodo ſcampentur reliqui, vult ipſe negari.
Ponite, clamabat Patronus, ponite velam,
Nam pluvia caricata nimis ſcarpabitur arbor.
Aſt intricatas nequeunt diſſolvere cordas,
Immo cadens forza ventorum quiſque trabuccat.
Preſtus alabardam ſolerter Baldus achiappat,
Cordazzaſque novem tractu mozzavit in uno,
Velaque ſcarpatis caſcarunt prona cirellis.
Cingar ſolettus cantone jacebat in uno,
Qui metuendo mori cagarolam triſtis habebat.
Gallitiae (2) vovit ſanctum viſitare Jacobum,
Cui faciet binas per Pretum dicere Miſſas.
Vult quoque Loreti ſanctam viſitare Mariam,
Candelaſque duas vult illi ferre biancas.
Omnibus oh quales ſanctis facit iſte pregheras,
Seque met incuſat plures robaſſe botegas,
Sgardinaſſe domos, et ſgallinaſſe polaros!
At ſi de tantis ſcampabit forte periclis
Omnia reſtituet, poveros aut induet omnes,
Mox eremo ſanctam menabit denique vitam.
Poenitet et lingua, factuque fuiſſe moleſtus
Religioſorum (3) normis, variiſque ſtatutis,

Et

(1) *Sed Nympha biformis*. Fortuna.

(2) *Gallitiae*. Navigantium conſuetudo, Vota concipere, quae cum ventis diſpereunt.

(3) *Religioſorum normis*. Supra vide, quum Chiarinam Fratres eripuerunt.

Et quod pejus (1) erat fratres ſpoliaſſe, vel aras.
Talia dum Cingar trepido ſub pectore voltat,
En rupta ſublimis aquae montagna ruinat,
Quae totam ſuperando ratem denetto (2) ſtravaccat,
Et mercadantes convolvit in aequora plures.
Baldus firma ſtetit veluti vechiſſima quercus.
Cingar ſe manibus lignum attacavit ad unum,
Se tunc ſpazzatum penſaverat eſſe debottum.
Jam tundus medium noctis voltaverat orbis,
Saevit acerba magis rapidas fortuna per undas.
Perdiderat (3) ſcrimam tremebundus Guida timoni,
Unde sbigotitus gridat: Brigata negamur.
Ibimus ad coenam (4) cum Mortis ante treſhoras;
Vergotina (5) tamen ſperanzae ancora videtur,
Si tot ſomarum ſcarichetur barca fagottis.
Eja age, quid ſtatis? vitam praeponite robbis,
Quidquid valde peſat donetur piſcibus, horsù
Orlandi brancate animos, gittate valiſas.
Tunc omnes parent monitis, dubiaeque ſaluti
Proſpiciunt ſavii, quae plus oneroſa trabuccant.
Plena velutorum forciria, plena raſorum,
Scarlattos, granas, ſpalleria fina, tapetos,
Omnia praecipitant pelago, quae tempore mortis
Tanti ſtimantur, quanti nix tempore freddo.
Stant Mercadantes taciti, ſtatuaeque videntur.
Heu cui (6) divitias, ajunt, cumulavimus iſtas?
Heu quibus in fraſchis noſtrum (7) fruſtavimus aevum?
Talia lugentes miſera formidine pregni,
Coguntur pelago pretioſas tradere ballas,

Nam

(1) *Et quod pejus*. Pariter hoc facinus ſupra perpetratum a Cingare vidimus.

(2) *Stravaccat*. Subvertit.

(3) *Perdiderat scrimam*. Artis erat immemor. Plura hic ex Auctore ſupplevimus. Lector facile cauſam conjiciet ex rerum, quae hic habentur, opportunitate, et quae omiſimus, ſuo loco inveniet.

(4) *Ibimus ad coenam*. Cum Mortuis erimus.

(5) *Vergotina*. Modicum omnino.

(6) *Heu cui &c.* Morales ſententiae, quas exprimit dolor, et deſperatio.

(7) *Fruſtavimus*. Conſumpſimus.

Nam plus vita placet, quam centum mille teſori.
Nocchierus replicat voces: annuntio vobis,
Quae peſenta magis ſunt vobis, quiſque refudet,
Quiſque det ingordo, quae ſunt oneroſa, profundo.
His verbis quidam vir praeſens porrexit orecchias,
Qui nullam ſecum Valiſam pauper habebat,
Juxta quem ſtabat conjux ſua propria, qua non
Turpior altra fuit, nec plus diavolata marito.
Hanc rapit (1) in brazzum ſubitus, jactuque gajardo
Slanzat eam longe gridans: i merda Diabli,
I, quia non habeo majori pondere ſomam.
Illa per aequoreas hinc inde buttata (2) cavallas,
Volvitur in teſtam, rapiturque negata ſub undas.
Sic vadant quantae ſunt bruttae, ſuntque bizarae.
Heu, quidnam dixi? ſenſit Maſelina, nec ultra
Vult mecum ragionare, tamen placabimus illam.

(1) *In brazzum.* Amplectitur.
(2) *Cavallas.* Jactata per undas aequoreas, hac, illac ſalientes, et excurrentes.




AR-

ARGUMENTUM


IN DUODECIMAM MACARONICEN.

NEptunus, ſua qui caſamenta revolvere ventos
Senſerat, iratus cedere fecit eos.
Quos in Vulcani trapolatus rete latentis,
Baſtonare fecit Jupiter ante Deos.
Aeolus imperium ventorum perdit, et iſtud
Poſſidet Ambitio ſola, volente Deo.
Baldi navis adit ſcopulum, quo Fata Fedrigo
Gonzagae Manto ricca ſepulcra locat.



MER-

Digitized by Google



MERLINI COCAII

POETAE MANTUANI.

MACARONICE DUODECIMA.

STabat Neptunus ſolio tumefactus in alto,
Qui ſua (1) ſub pelagi fundamine regna gubernat;
Huic maris in fundo ſtant urbes, caſtra, palazzi,
Atque ſuis divis ibi cors bandita tenetur.
En (2) Cimottus adeſt: Delphini terga cavalcat,
Quem pavido vultu ſperonat more cavalli;

O o Quiſ-

(1) *Qui ſua ſub Pelagi &c.* Hoc carmen, quia ex Auctoris ſententia melius cum dicendis cohaeret, huic alteri ſubſtituimus.

Qui viridi crines ſquamatus cinxerat alga.

(2) *En Cimottus.* Non Cimottus, ſed Cymothoe eſt Nympha maris, Nerei, et Doridis filia. Heſiodo in Theogon ſic dicta, quod per fluctus diſcurrat Virg. 1. Aeneid.

Cymothoe ſimul et Triton adnixus acuto
Detrudunt naves ſcopulo.

Quiſque facit largum, neſcit quid dicere vojat.
Illico Delphini curvo de tergore ſaltat,
Inde cavans brettam contextam cortice Cappae,
Ante pedes regis Neptuni crura pigavit:
Quonam, proclamat, Rex, tanta ſuperbia venit?
Quae quoque ſub triſti praeſumptio corpore bravat?
Ergo Jovis frater cum ſis, vaſtique profundi
Rector, et imperium ſuper omnia flumina portes,
Quod tua guaſtentur poteris caſamenta per unum
Furfantem, indignumque tibi ſlazzare mudandas?
Aeolus eſt iſte, qui neſcio, qualia ſaxa
Sub tenet arbitrio, rupes ab Apolline coſtas,
Caſtigatque rudes ventos de more pedanti,
Quem quoque Junonis Roſianum credimus eſſe,
Ardimentum habuit ſine veſtro quippe ſapero
Speluncas montis vaſtas aperire buſati,
Atque ſcadenatis ventis, boghiſque slegatis,
Omnes de ſpecu (1) volta dimiſit in una.
Tanta roverſarunt undarum culmina ponto,
Ac modo non ceſſant tot in aethera mittere fluctus,
Quod Superi metuere diu, metuuntque negari,
Mancavitque pocum (2) quin trabuccaret ab arce
Jupiter aetheria, credens hos nempe Gigantes,
Qui ſibi terribilem quondam fecere ſcagaitam.
En quoque nunc noſtras ingombravere maſones,
Atque ruinarunt, et tuttavia ruinant
Atria noſtra, caſas, Nymphas, me, teque ſpaventant;
Et tempeſtati niſi tu provideris iſti,
O Rex magne, tuis fortaſſe negabimur undis.
Intumuit Neptunus, eos ſentendo tumultus.
Terque (3) tridentino concuſſit littora ferro.

Trom-

(1) *Volta dimiſit in una.* Uno impetu.
(2) *Mancavitque pocum.* Parum defuit.
(3) *Terque tridentino &c.* Ferro Tridenti, cujuſmodi Neptuni fuiſſe ſceptrum fingitur.

Trombettam primum mandat Tritona vocari
Ad ſe ſe ſubito; quem praeſtiter, atque debottum
Drizzat ad Aeolios ſcojos, rupeſque pelatas,
Hic trovet hunc Regem (1) talqualem, cui data cura eſt
A Jove (2) ſtrigiandi ventos, ſtallaſque ſgurandi;
Huic de parte ſua convicia talia dicat,
Qualia conveniunt poltronibus, atque dapochis.
Triton id adſcoltans celer inde recedit, et unam
Inſtar equi Phocam ſcandit, ſpronatque fiancos
Piſcis, et accepto cornu de dente Balenae
Carpit iter, pelagique ſecans extrema ſtafezat.
Ut ſuperas (3) adjungit aquas, danzare comenzat,
Namque procelloſis hinc inde getatur ab undis.
Perveniens ſiccis ubi terminat aequor arenis,
Aeolus ecce venit, rupem qui liquerat altam,
Undarumque godit ludentum cernere danzam,
Laudabat forzam Greghi, rabiemque Sirocchi;
Ambaſſariam tunc fecit Triton acerbam
Conviciis, qua re trepidat Rex parvulus altum
Regem, cui pontus, cui flumina, ſtagnaque ſubſunt.
Nil dubita, dixit, dubita nil, ſplendide Triton,
Nunc nunc in proprios tumulos volo chiudere ventos.
I celer, atque ſonabis terque per aequora cornu,
Altera frattantum per me proviſio fiet.
Dixerat, et montis culmen repetivit aguzzum,
Ingrediens antrum, cito ventum diſligat illum,
Quem dicunt (veluti dixi de ſopra) Maeſtrum,
Ut reliquos valeat de ponto ſtollere ventos,
Et motos dulci fluctus lenire bonazza.
Jupiter extrema pro tempeſtate gridabat,
Et ſcorozzatus vult fulmine ſternere ventos,

(1) *Tal qualem*. Vox contumeliae, et contemptus.
(2) *Strigiandi*. Coërcendi.
(3) *Ut ſuperas &c.* Ut pervenit ad aquae ſuperficiem.

Non jactare (1) tamen ſine ventis fulmina poſſet.
Sed niſi (2) praeſidium meretrix tunc Juno dediſſet,
Aeolus omnino ſchegniſſet perdere teſtam.
Attamen imperium ventorum Jupiter illi
Suſtulit, et coeli miſerum privavit honore.
Credite (3) mortales, non ventos Aeolus arcet
Amplius arbitrio, nec ſolvit, et inde catenat;
Verum conſilio Divum, monituque Senatus,
Traditur imperium ventorum preſtiter illis,
Quos ſtigat ambitio, quos alta ſuperbia vexat.
Vult nihil ambitio, vacuos niſi paſcere ventos.
Ambitioſus alit colubrem ſub pectore dirum.
Ambitioſus habet ſuſpectum mortis ubique.
Ambitioſus adeſt, ubicumque parantur honores.
Ambitioſus abeſt, ubicumque ſtat unica virtus.
Ambitioſus agit pro ſe, nil propter amicos.
Ambitioſus amat ſua tantum, caetera temnit.
Ambitioſus arat, dum maxima tendit, arenam.
Ambitioſus (4) edens faſtidia, digerit angues.
Ambitioſus (5) emit, ſed vitam perdit, honores.
Ambitioſus (6), eget ſi voto, ſemet adurit.
Ambitioſus (7), habet ſi votum, ſemet adorat.
Ambitioſus ineſt livoris ſemper Avernus.
Ambitioſus obeſt famae, decorique bonorum.
Ambitioſus agros vicini jugiter ambit.

Am-

(1) *Non jactare &c.* Philoſopho digna ſententia. Nam fulmina motu aëris feruntur.

(2) *Sed niſi praeſidium &c.* Eodem ſenſu dicta eſt Juno meretrix Aeolo favere; Juno enim aër eſt, et ventos nihil aliud efficit, quam aëris motus.

(3) *Credite mortales &c.* Haec digreſſio contra ambitioſos in Auctoris emendato codice non repetitur, et merito, nam, longa quum ſit, nullam continet ex proprietatibus, quae juxta artis praecepta in digreſſionibus requiruntur. Quum vero plures contineat morales ſententias, eaſque veriſſimas, non rejiciendam putavimus.

(4) *Ambitioſus edens faſtidia*. Ingenioſe deſcribitur Ambitioſus, qui moleſtiis veſcitur, et angues in ſtomaco gerit.

(5) *Ambitioſus emit*. Senſus eſt: Ambitioſus honores emit, et vitam perdit.

(6) *Ambitioſus eget*. Uritur Ambitioſus, cui in Electionibus deſunt ſuffragia.

(7) *Ambitioſus habet &c.* Si aliorum ſuffragiis immerens juvetur, non alienae indulgentiae, ſed proprio merito ſuperbe id tribuit.

Ambitioſus (1) inops fidei, comitumque, Deûmque.
Ambitioſus, (2) opus quod ſanctum ſancta vetuſtas
Inſtituit, legem faciens tyronibus aptam,
Divellit morſus, mordet, livore venenat.
Ambitioſus erit, ſi quando rector habenae,
Plebis ſubjectae normas extorquet avitas.
Neſcio quas leges nullo ſtruit ordine vanas,
Et quas non ſibi, ſed populo tantumodo librat.
Ambitioſus (3) idem eſt quod ſtultum, quod rude, falſum,
Futile, deſpectum, delirans, turpe, malignum,
Illepidum, demens, inſulſum, molle, ferinum,
Ridiculum, mendax, timidum, mutabile, vecors,
Incertumque ſui, fatuum, leve, fertile nugis,
Moribus effoetum, dirum, crudele, doloſum.
Sed quid ego rumpo cercando vocabula teſtam?
Ambitioſus homo, nec homo, ſed beſtia baſti eſt.
Poltronus, ſguatarus, manigoldus, ladro, vilanus,
Villanus dico, quia nil niſi (4) vila vilanos
Excacat ambitio ſibi, quos legit, atque moleſtat.
Ambitioſum hominem cernens, dic eſſe vilanum,
Qui facilis tornat poſt ſedis culmina zappae.
Neſcio quos vidi gajoffos ire vilanos,
Qui quando beccam portant, vaduntque togati,
Se reputant alios Cicerones, atque Catones,
Ac ſi monſtrarent in veſtibus eſſe galantis.
Doctrinam, pulchraſque tument equitando mulettas,
Diſprezzant homines quibus eſt fortuna ſiniſtra,
Primajas optant ſedes, dominique vocari,

Se

(1) *Ambitioſus inops fide*. Et fidei, et amicorum, et Superum Ambitioſus obliviſcitur.

(2) *Ambitioſus opus*. Haec ſcripſit Poëta, ad Ignatii Squarcialupi mores, et ambitionem alludens, de quibus in vita dictum a nobis eſt. Hic enim gratia, et eloquentia abutens, Sanctas, et veteres Religiones, Inſtitutiones convellere conabatur.

(3) *Ambitioſus &c.* Omnia crimina Ambitio complectitur.

(4) *Vila Vilanos &c.* Hoc verbum *Vila* vernacule dictum eſt pro *Vilis*. Et ſenſus eſt: Vilis ambitio non producit niſi Ruſticos, et inurbanos.

Se gonſiant, ſolique tenent andando caminum.
Si quis non illi brettam cavat, ille notatur.
Denique poſt tantos faſtus, tantoſque tumores,
Supra lombardum ſe firmant ecce quajottum,
Unde ſuus finis tandem niſi merda vocatur.
Non aliter (1) ſicut muſcam perſaepe notavi,
Quae ſimiles auro fert alas, atque véluto,
Quae quoque, dum volat, dulcem movet ore camoenam,
Nunc huc, nunc illuc volitans vaditque, reditque,
Quam facere egregiam coſam tunc velle putamus:
Forſan odoriferum ſe imponere ſupra fiorem,
Quo bibat inſtar apis ſeu mannam, ſive roſadam,
Quis non id penſet cum ſit tam pulcher oſellus?
Dulciſonamque canens frotolam Sirena videtur?
Verum poſt longos modulos, varioſque volatus,
Poſtque bravariam (videas quam turpis habetur
Exitus) en ſtronzùm plantat ſe deſuper unum.
Oh bellam punctam, quam noſtra ſuperbia tentat!
Ambitio vanos paſcit, mihi credite, ventos.
Hi poſtquam fuerint nebulis, flatuque pieni,
Ecce repentino fortunae verbere crepant,
Dantque ſtramazzonem talem, talemque culadam,
Quod numquam ſurgunt in toto tempore vitae.
Credunt inſani ſemper cumulare Triumphos,
Et quod habent, perdunt, veluti Maſtinus Eſopi.
Hic dum robatam geſtabat in ore coradam,
Miravit propriam liquidis in fontibus umbram,
Ac umbram carnis majorem credidit eſſe
Bocconem, quapropter aquas ſe jecit in illas,
Et carnem linquens, umbram deceptus aboccat,
Nam bocconadam pro carne piavit aquarum.
Sic non contenti magna de parte ſuperbi
Ad totum ſpirant, et partem denique perdunt.

Cum

(1) *Non aliter*. Nota ingenioſam ſimilitudinem, quamvis turpiuſculam.

Cum quibus hunc mundi pelagum, nautaſque moleſtant.
Sed de (1) propoſito video caſcaſſe Cominam,
Parcite, non vini, colerae ſed copia fecit.
Semper ero, ſemperque fui, non eſſe raſinam
Hipocritis, nec non contrarius ambitioſis,
Qui poſſint utinam medium ſibi rumpere collum.
Per freta jam placidus girat confuſa Maeſtrus,
Ex quo ventorum cito controverſia ceſſat.
Paulatim fluctus ſe ſe nihilare comenzant,
Incipit et cornu Triton gonfiare ganaſſas.
Illico diffugiunt venti, (2) nettantque paeſum.
Sed faber interea Vulcanus, Patre jubente,
Rete magiſteria vaſtum fabricaverat arte,
Quod circa pelagi fines abſcondit arena.
Ergo dum pavidi portant carneria venti,
Et baſtonatas Neptuni valde timeſcunt,
En infelices trapolam vilupantur in illam,
Ut vilupantur aves in viſchio ſupra bachettas.
Sbirrorum (3) coeli praeſens fuit illico ſtolus:
Mars bariſellus erat, coetu ſeguitante praeibat,
Mercurio tantum meſtrali cura dabatur,
Eſt nam qui vadit per mundum tollere pegnos:
Diſcordes menant ſtrictos in vincula fratres,
Atque cadenatos ſtraſſinant ante Tonantem.
Cernere meſchini nollent Jovis ora furentis,
Quapropter guizzant, repetant, ut ſaepe videmus,
Cum (4) largum prendit ſpatium piſcator aquarum
Retibus, et laqueo piſces intorniat amplo,
Inde ratem ſmontans, cordas ad littora longas

Con-

(1) *Sed de propoſito &c.* Alibi id dixit.

(2) *Nettantque Paeſum.* Abeunt.

(3) *Sbirrorum coeli &c.* Satellites utique inter Planetas ſecundarios Aſtronomi conſtituunt, circa Jovem, et circa Saturnum. Hi itaque a Marte duce evocati, Ventos ad retem capiunt, et Jovis Tribunali ſubjiciunt.

(4) *Cum largum &c.* Optima ſimilitudo, qua non alia fortaſſis opportunior, et aptior.

Contrahit, unde uno ſe ſaſſo retia ſtringunt.
Ac omnes piſces ad caudam retis adunat,
Et ſguazzant, ſguizzant nolentes ante venire.
Ducuntur venti tandem, quibus ora ferantur
Inſtar vaccarum muſarolibus, atque sbadachis;
Nam ſolo flatu Borae, madidique Sirocchi,
Numina de ſummo caſcaſſent omnia coelo.
Hic baſtonari mandavit Jupiter illos,
Et baſtonatos dimiſit ad antra diabli,
Qui centum ſolito referantur carcere groppis.
Fugerat interea ponti fragor, atque tumultus.
Ecce procul ſcopulum reſpexit Baldus aguzzum,
Non locus herboſus, ſed nudum marmor habetur.
Illuc ſemirutam declinat nauta carinam,
Solis ut ad radium poſſint (1) ſugare camiſas,
Ac miſeram chiodis barcam renovare foratam.
Cingar ſe prora ſaltans diſpiccat ab alta,
Tangere gaudet humum, paſſatas devovet undas;
Baldus eum ſequitur, ſimul & Leonardus, (2) & ille,
Ille galantus homo, qui nuper in aequora bruttam
Jecerat uxorem dicens, non eſſe fagottum,
Fardellumque homini plus laidum, pluſque peſentam,
Quam ſibi Mojeram lateri mirare tacatam,
Quae (3) ſit Oca ingenio, quae vultu ſpazzacaminus.
Is erat (4) è Berghem patria, deſceſus ab illa
Stirpe (5) Maronorum, quam menzonare pudemus,
Vergognantque illam Fomnae nomare Famejam.
Huic nomen Boccalus erat, quo doctior alter

Arte

(1) *Sugare Camiſas*. Haec verba ſubſtituimus ex noſtro Exemplari illis verbis *extendere gazzas*. Si enim fuerant in mare projectae merces, qui poterant ad Solem extendi?

(2) *Et ille &c.* Haec pauca Auctor addere hic decrevit, nam Boccalus hic inter Socios Baldi in ſequentibus libris numeratur; ſed quomodo, aut quando illis admixtus fuerit, nuſquam innoteſcit, niſi ex paucis hiſce, quae hic addita ſunt.

(3) *Quae ſit oca*. Quae tarda ſit ingenio, et facie nigra.

(4) *Is erat a Berghem*. Bergomenſis.

(5) *Stirpe Maronorum*. Fortaſſis ex aliqua familia, quae Bergomi plures ſunt, de Colleonibus.

Arte buſonandi nunquam fuit intra (1) Gonellas.
Succedunt alii, ſaltantes extra Caraccam.
Quiſque locum cercat, quo Soli corpore curent:
Jam litus calcant, et alegra fronte reſultant.
Non per miraclum illic parvula naſcitur herba,
Cunctaque ſunt lapides ſtrinatae ſolis ab igne,
Pendenteſque alto ſcopuli de vertice cautes,
In quibus albergant Falco pelegrinus, et uncus
Accipiter, (2) Smeriollus, item Gavinellaque proles.
Cingar ubique ſuam, dum quaerit, ſervat uſanzam,
Donec ad obſcuri portam devenerat antri.
Non intrare audet, ſed apertam porgit orechiam,
Si quemquam valeat ſtrepitum ſentire deintro.
Quale per Aurificum botegas murmur habetur,
Quum pars martellat, pars limat, pars colat aurum.
Immo quale ſonat per ſtradas quaſque Milani,
Tale per occultam ſentit reboare cavernam.
Annuit, ut veniant, ſociis placet ire dedrentum,
Itur; caeca domus fuligine tota nigreſcit,
Cernere quam poſſunt, ſtizzum portante Bocalo.
Quo plus accedunt, plus martellatio tich toch
Inſonat, et rigidi limatio crebra metalli.
Poſt centum (3) paſſus quadram catavere piazzam,
Quaelibet eſt trenta cubitos quadratio longa,
Porticus (4) in circum ſaxo omni parte columnis
Suſtentata rotat, velut omnis ſphaera polorum,
Vel ſicut Modenae filatojum, ſive Bolognae
Vidimus intornum ſetam volvendo rotare:
Quaeque columna duplex eſt bronzo facta dorato,
Aſt habet ex auro baſes, capitellaque, ſchietto.

(1) *Gonellas*. Inter mulieres, quae in arte decipiendi multum valent.

(2) *Accipiter*, *Smeriollus &c.* Aves partim in ſolitudine degentes, partim circa Mare.

(3) *Poſt centum &c.* Adverte miram loci conſtructionem. Primo Platea quadrata.

(4) *Porticus &c.* Porticus ſuſtentata columnis in gyrum diſpoſitis, quae circa axem rotatur.

Arcus argentum retinent, voltaeque muſaicum,
Aurea circuitum clauſtri cornifia cingunt.
In medio plateae ſuper octo celſa pilaſtros
Arca ſedet ſubter larga teſtudine plumbi,
Ipſa decem cubitos eſt longa, ſed alta triginta,
Pyramidis quoniam ſua cuſpis tenditur inſtar.
Tota laboratur miris ſculptoribus auro,
Per quod (1) Carbo nitet, Topacius, atque Smaragdus,
Candidulae Perlae, Onichinus, Granata, Zaphirus,
Pulcher Amethiſtus, Rubin, radianſque Berillus,
Quae paſſim fulgent, velut alta per aethera ſtellae.
Quiſque Pilaſter erat Criſtallo conditus albo,
Cujus in internam ſplendens Carboncolus alvum
Tranſparet, veluti candela ficata laternis.
Porfida non mancant, Alabaſtraque candida muris,
Nec Calcedoniam, nec vulſa Coralia ponto.
Hic prope ſentitur giratio magna rotarum,
Quas velut Orlojum vaga contrapeſia guidant.
Iſta pro cauſa circum fabricatio currit
Ad formam naſpi, cum foemina fila revolgit.
Arca manet (2) ſolum rutilis impoſta columnis,
Ac inter ſeptem ceu tellus pendula ſphaeras
Eminet, et ſemper moles it ſphaerica circum.
Conſtiterant dudum ſtupidi meditando Barones;
Omnia clara vident, nam ſplendiger eſt ibi luſor,
Quem pretioſarum petrarum copia fundit.
Circum ipſi vadunt, quia circum fabrica vadit,
Sed cum perveniunt ad centrum, quo ſedet Arca,
Stant firmi, tantumque vident girare theatrum,
Sed major ſenſus maravilia ceperat ipſis,
Namque vident (3) etiam circum pirlare ſolarum,

Ire-

(1) *Per quod Carbo &c.* Adverte gemmas prius enumeratas.

(2) *Arca manet &c.* Circa in centro poſita ſubſiſtit.

(3) *Namque vident &c.* Circa Porticum majoribus in ſpatiis Sphaerae diſpoſitae erant, quae et ipſae movebantur.

Ireque dintornum, velut omnis machina coeli,
Plurima quam ducit moles dentata rotarum.
Non ibi comparet nec vir, nec parvula muſca,
Tantum ſentitur, generat quem fabrica, rumor.
Ad martellorum ſonitum vult pergere Baldus,
Marmoream cernens ſcalam, quae girat et ipſa.
Hanc ſalit in circum, facitur quia more lumaghae,
Hanc montant gradibus, tamen it, velut ante, datornum,
Ac ſua (1) fit duplex rotolatio, namque movetur
Omne opus incircum, ſcalam quoque tirat apreſſum,
Ipſaque per ſe ſe circumfert ſcala ſcalinos.
Poſt multos gradulos tandem reperere maſonem,
Quae crebris (2) ſtantem gyris intorniat Arcam.
Septem ſunt ſphaerae varia de ſorte metalli,
Quarum poſtrema eſt cunctis anguſtior altris,
Quarum ſuprema eſt cunctis ſpatioſior altris.
Extrema argentum eſt, fiſſatum ſulphur, et album,
Mercurio mixtum, facit hoc buliente (3) Bodega.
Hoc valet in finum argentum convertere ſtagnum;
Hic plenas athalac, et aceto mille (4) burinas
Effumare vident, quo fumo argentea blancam
Materies perdit ſpeciem, coelique colorem
Veſtit, ut ad viſtas hominum ſit gratior illa.
Circuit haec igitur de argento machina puro,
In qua ſculpita eſt facies cornuta Dianae.
Poſt haec aſcendunt alios cinquanta ſcalinos,
Atque ibi Mercurii fabricam invenere gelatam.
Alphatar (5) inſtabilis fueret, faceretque nientum,
Ni ſimul admixtum Dragantum, (6) ſalque Lyaei

Pp 2 Eſſet

(1) *Fit duplex rotolatio*. Scala climacis in formam aſcendit. Ipſa in porticu eſt; propterea in gyrum rapitur, et ſimul in gyrum moventur homines per ſcalam aſcendentes.

(2) *Quae crebris &c.* Sphaera Lunaris.

(3) *Bodega*. Inſtrumentum chimicum ad fondenda metalla.

(4) *Burinas*. Ahena.

(5) *Alphatar*. Nomen, quod Chimici tribuunt Mercurio.

(6) *Salque Lyaei*. His putant Chimici ſolidum reddi Mercurium.

Eſſet, et ad furnum cuncta haec ſtillaret (1) Aludel.
Voltatur (2) ſinum ſervus fugitivus in aurum,
Si bene juncta ſuos cohibet medicina vapores.
Non ſine Mercurio valeas mutare metalla,
Unde canunt vates, quod nuncius ille Deorum eſt,
Quo ſine nulla quidem vel pax, vel guerra movetur.
Aſcendunt iterum Veneris ſolaria rubrae,
Rammus ibi fulvum tandem voltatur in aurum,
Aſt opus eſt centum carbonum ſpendere ſaccos.
Argenti, et auri naturam rammus aquiſtat,
At nunquam horumdem, (3) Gebber teſtante, colorem,
Unde minor ſpeſa eſt, at rerum major aquiſtus,
Ut rammus maneat rammus, formetque pignattas,
Sive bagatinos praeſtet, quantumque legeros,
Quam cercare aurum (4) tot afannis, totque malhoris,
Nec reperire unquam, niſi poſt ter mille pazias.
De Venere aſcendunt ad cerchium Solis, et auri;
Aureus eſt cerchius, Phoeboque ſimillimus ipſo.
Auctor (5) earumdem rerum, poſt mille fadigas
In caſſum ſpeſas, poſt perſum tempus, et annos,
Hanc fecit veram finaliter improbus artem,
Verbitrium (6) lapidem retrovavit philoſophorum.
Multicolor lapis eſt, elementis quatribus extat:
Igneus, aëreus, terrenus, aquaticus, unde
Siccus in occulto, caldusque, ſed in manifeſto
Humidus, et gelidus, naturave querna ſit una.
Spiritus (7) hic lapis eſt, qui tranſmutatur in unum

No-

(1) *Aludel*. Nomen Chimicum. Hujuſmodi nihil ſignificantia innumera habent Chimici, aurum quaerentes ubi non eſt.

(2) *Voltatur*. Mercurius in aurum vertitur. Si hujuſmodi inventum eſſet poſſibile, aurum non tanti eſſet, et argentum fortaſſe minoris.

(3) *Gebber*. Auctor inter Chimicos celebris.

(4) *Quam cercare &c.* Sanum, et prudens conſilium.

(5) *Auctor &c.* Quis ſcit hic auctor, non innoteſcit.

(6) *Verbitrium*. Lapidem, qui tribus verbis conficitur, nempe tribus rebus, quae tribus verbis exprimuntur.

(7) *Spiritus hic &c.* Myſteria chimica, quae nemo fortaſſe intelliget. Plura hic ex Hollandico Exemplari expunximus, plura ex Auctoris emendatione ſubſtituimus.

Nobile, aduſtivum, pariterque volatile corpus:
Non fugit a flammis, liquidi fluit inſtar olivi,
Multiplicat, ſolidat, preſervat tempore longo,
Atque poteſt mortos primajae rendere vitae.
Hoc tribus in verbis conſiſtit munus, ab alto
Quod Jove donatur ſapientibus, atque beatis,
Ingravidat ſemet, de ſemet concipit, inde
Parturit, et ſibimet vivit, ſibimetque necatur,
Suſcitat hinc ſemet, nam ſic Deus ordinat illum.
Eſt tinctura rubens lapis iſte, biancaque, vivax,
Concipiens aurum, ſi fumo jungitur albo.
Numquid Elithropia eſt? Adamas? Calamita? Lypercol?
Abſit, nam fluitat, ſeu ſit cum corpore, ſeu non.
Eſt vi (num dicam tandem manifeſtius?) eſt A,
Qua vita fruimur, qua verum acquiritur aurum.
Ad Martis veniunt ballam, quae ferrea circum
Dum rotat, inſtrepitat, velut eſae cardine poſtes.
Hac (1) ſine materia noſtros nihil eſſe labores
Judico, nam Zappae, Vanghae, Falx, Ranza, Badilus
Sunt ferrum, quo flava Ceres, quo Bacchus habetur.
Non opus artificum quorumlibet eſſe videtur,
Quod fieri duro ſine ferro poſſet ajuto.
Lignorum fabri texunt lettiria ferro,
Sartores pannum cum ferri forfice tajant,
Dividit ars teneram paſtam fornarica ferro,
Tajat cum ferro ſtirps ſcarpolina zavattas,
Piſtat piſtillo ferri Speciarius herbas,
Cum gucchis ferri Brettas Brettarus agucchiat,
Calcinat & ferro muros Murator, & albat,
Non aufert barbam Barberius abſque raſoro,
Non Herbolatus dentes cavat extra tenaja,

Non

mus. Utrobique myſteria occulta advertimus, ſed in Hollandico Exemplari plura ſunt verba nullius ſignificationis. Quae expunximus ſuo loco inveniet Lector.

(1) *Hac ſine materia.* Adverte Ferri utilitatem, et mirificos uſus.

Non caſtrat Porcos ſine ferro Conzalavezus,
Suffragium quoniam dat ferrum cuilibet arti.
His bene penſatis, Jovis aſcendere biancham
Materiem ſtagni, quod corpora nigra dealbat,
Sed peccat buliens, nam corpus deterit omne,
Praeter (1) Saturnum, et Solem: tum firmiter haeret
Saturno, et Soli, nec ab illis quippe recedit,
Cujus peccatum (ne frangat corpora) quiſquis
Tollere cognoſcet dempto ſit tempore felix,
In quo miri modo ſibi nota rubigo coruſcat.
Oh felix nimium, qui travos, ſaxa, quadrellos,
Ac ſua quaeque cito fulvum cangiabit in aurum!
Sed quia neſcitur mortalibus iſta Recetta,
Felix, oh felix, qui ſcit ſtagnare Padellas,
Atque repezzandi cum ſtagno praeſtat in arte!
Poſt formam ſtagni, Saturni fluxile plumbum
Scanditur: Aurifices hic invenere trecentos.
Illico pulchra, gravis, ſapiens Matrona reſurgit,
Contraque Barones facie veniebat alegra.
Baldus eam curvando genu corteſus honorat,
Mox veniam poſcit, nimium ſi forte protervi
Illius intraſſent aulam, Thalamoſque ſecretos.
Non ego, reſpondet, tantum ſum digna Baronem
Cernere, quem Pontus, Tellus veneratur, & Orcus,
Urbs mea quem genuit, (2) quamvis ingrata videtur.
Illa ego ſum (3) Manto, veſtram quae condidit urbem,
Nomina deque meo contraxit Mantua nomen.
Nec, quaeſo, veſtros animos ſtupor occupet ullus,
Si nunc uſque meam potui deducere vitam,

Nam

(1) *Praeter Saturnum, et Solem.* Quomodo ſtamnum buliens omnia conterat corpora, quomodo Plumbo, et auro, deinde argento firmiter adhaeret, quis intelligit? Opportuna ſunt propterea, quae hic ex Auctoris emendatione ſubjunnimus.

(2) *Quamvis ingrata.* Quia Baldo ipſi infenſa.

(3) *Manto.* De hac dictum a nobis eſt.

Nam datur (1) aeterno cum tempore vivere Fadis.
Hactenus ingemuit mea ſub Praetore gajoſſo
Mantua, quo mores corteſos perderat omnes,
Quem Veroneſi vos amazzaſtis in agro.
At praeclara, ferox, regalis, ſancta propago
Jam Gonzaga prope eſt, Aquilis digniſſima nigris,
Quas natura nigras fecit, dedit atque ferendas
Imperii ſignis, banderis, atque theatris.
Pingere purpureas Aquilas, bizzarica res eſt.
Haec, quam vidiſtis, miro fabricata magiſtro
Stantia, (2) Fedrico Gonzagae ſola dicatur:
Poſt centum guerrae palmas, poſt mille trophaeos,
Poſt vitae laudes, poſt longos Neſtoris annos,
Illius huic magno donabimus oſſa theatro,
Ac inter gyros ſphaerarum nobile buſtum
Uſque ad Juditium fulva requieſcet in arca.
His ego divitiis praeſum, facioque magiſtros
Aurifices iſtos aurum intajare catatum
Ex virtute trium verbornm, nomina quorum
Auribus admotis audite, quod illa docebo:
Ergo ſuſurranti parlavit murmure ſecum,
Quos docuit lapidem, ſtellarum tempora, cauſas
Alchimiae, laetoſque omnes diſcedere fecit.
Nauta ſed (3) interea non poca foramina Barchae
Conzarat, rurſumque parat tentare Diablos.
Baldus ab Aurificum, ſociis comitantibus, antro
Se portat, caricatque ſuo cum corpore lignum.
Nunc dare vela jubet, Zephyri velamina boffant,
Montoaeque Magae ſpallis caſamenta relinquunt.

For-

(1) *Nam datur &c.* Romanenſium Poëtarum fabuloſa opinio.

(2) *Fedrico &c.* Vivebat Poëta Federici Gonzagae primi Mantuae Ducis aevo. De hoc a nobis alias dictum. Hunc vero et bello, et pace praeſtantiſſimum hiſtoriae noſtrae teſtantur.

(3) *Nauta &c.* Quae hic de Giuberto, et de Boccalo ſubſequuntur, ab Auctore in emendatione addita, ommittere noluimus, Lectoribus enim jucunda eſſe poſſe putavimus.

Forte alios inter peregrinos, atque Romeros,
Quos omnes pariter barca illa in ventre ferebat,
Vir vivax oculis aderat, vultuque galantus,
Tam reſpettoſus, tam ſequeſtratus ab altris,
Ut totum per iter non dixerit octo parolas,
Quippe habitu proprio, genioque ſuopte tacebat;
Vergognoſus erat, ſtabatque in parte ſolettus.
Huic nomen Giubertus erat, qui voce, lyraque
Orpheus in ſylvis, inter Delphinas Arion,
Saxorum ad ſe ſe, nemorumque tirabat orecchias.
Baldus eum pridem tacitis guardabat ochiadis.
Ille viri tanti cernens ſibi lumina flecti,
Fronte rubeſcebat, baſſoſque tenebat ocellos.
Captus ob id Baldus, (1) penitus moruiſſet aloram,
Ni prius agnoſcat qui ſit, quo vadat, et unde
Adveniat, mentemque ſuam, ſtudiumque ſuorum.
Ergo ubi cognovit cythara cantare peritum,
Hunc rogat, ut tantum vojat recreare brigatam,
Voceque dulciloqua longum nihilare caminum.
Ille ſtatim cenſet tanto magis eſſe Barono
Parendum, quanto ſe neſcit in arte magiſtrum.
Expedit e panno ſetae mirabile Plectrum,
Sive (2) Lyram dicas potius, quae concinit arcu,
Concentuque ſuo facit omnes ſtare balordos.
Jam rectas, longaſque arcu menat ille tiratas,
Taliaque altandem modulando carmina cepit:
Inſidum arridet ſaepe imprudentibus aequor,
Mentiturque leves Zephyros Aquilone parato.
Hinc veniunt homines cupidi, quos plura videndi
Cura ſubit, ſeu forte Deas in gurgite nantes,
Sive tridentiferi verrentes caerula currus;

Verum

(1) *Penitus moruiſſet*. Ex Virgilio mutuatus Ecl. 3.
Et ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes.

(2) *Sive Lyram*. Quod nos dicimus: *Il Violino*.

Verum ubi ſubducto ventum eſt qua littora circum
Miſceri (1) aſpiciunt coelum aequore, et aequora coelo,
En miſeri avulſo ſingultant viſcere proni
Hinc, atque hinc nautae, nigraeque urgente vomuntur
Bile dapes, foedatque acidus Nereidas humor.
Unde indignantes venti, tam audacter amicas
Commaculare ſuas genus hoc mortale, caducum,
Atque procax, ne ſic evadat crimen inultum,
Cuncurrunt, ſonituque ingenti obnixa profundo
Tergora ſubjiciunt pelago, totumque revellunt.
Heu ſtulti, quos nulla movet jactura priorum!
Tunc ea tempeſtas, ea tunc aſperrima rerum
Debuerat facies animo ſpectarier ante,
Quam nauta inſultans fortunae ſolveret audax,
Mox fruſtra inſani vellent contingere portus.
Talia cantando Giubertus, talia plectrum
Pulſando, ſic ſic hominum ſtupefecerat aures,
Ut niſi Boccalus cito providiſſet ad illos,
Non homines certe navis carigata menaſſet,
Sed tot (2) pignatas, tot zoccos, totque colonnas.
Bergamaſcus erat, ut diximus ante, Bocalus:
Protinus accurrens, trat de cantone ſacozzas
Quaſdam pezzatas, recuſitas, pluſque biſuntas,
Quam gremiale coghi nunquam ſavone lavantis.
Hinc ſibi de medio ſtrazzarum taſcà cavatur,
Quam cito praecingit dextro gallone cadentem.
Mox poſito Tripode, menſam ſibi praeparat ante,
Ac ſi Bancherus vellet numerare monetam.
Praeſtiter hic brazzos tunica, maniciſque camiſae
Liberat ad cubitos, ut ſitur, quando parecchiat
Fluminis ad ripam Fanteſca lavare bugadam,
Atque bretarolis groſſas oſtendere gambas.

(1) *Miſceri aſpiciunt &c.* Quod Virgil. *.... maria undique, et undique coelum;* dixit Aeneid. 1.
(2) *Sed tot pignatas.* Ob Stuporem.

Giubertus cytharam rurſus velamine coprit,
Inde ſedens juxta Baldum, ghignare comenzat,
Namque Bocalus habet jam tractos extra biſazzam
Quoſdam de latta vel tres, vel quinque bicheros,
Inſeminamque leves balotellas, neſcio quantas,
Majores pilulis illis, quas Meſue dixit:
Recipe pro capite, anna, tria ſcropola, fiat.
His bagatellandi tantum gallantiter artem,
Incipit, ut nunquam melius Zaramella giocavit
Ante Ducam Borſum, ſolitus manegiare balottas.
Mirum quam ſubitis manibus de ſuque, de giuque
Stravoltat zaynos, ut tres, cinquanta parerent.
Nunc unum ponit ſuper altrum, nuncve roverſos.
Dividit antrantum, ſtantes culamine coelo,
Atque ſuper fundos, modo tres, modo quinque balottae
Apparent, ac una modo ſoletta videtur.
His bene completis, poſitisque de banda bicheris,
Majus aſaltat opus: facit huc portare caraffam,
Non malvaſiae garbae, ſed dulcis aſattum,
Dicens non aliter fieri, quod fare parecchiat.
Hanc bibit, ad fundum veniens, trat in aequora zuccam,
Mox aperit boccam, monſtrat nihil eſſe dedentrum,
Inde ferans dentes grignantes, atque ſcopertos,
Soffiat; et riſum, dum ſoffiat, excitat illis,
Cernere qui monam Bertuzzam nempe parebant,
Quae tenet in teſta ſcufiam, denteſque rigignat,
Sopiat, et vulgum sberlato lumine ſgognat.
Verum quis credat? dum ſoffiat, ecce farina,
Ecce farina venit largo de gutture, quae jam
Imbrattando omnes, cogit ſcampare brigatam.
Oh puta ſi ſtrepitat plebs hic groſſera cachinnis!
Nil tamen a Baldo valuit plus ducere riſum,
Quam quod in hoc ipſo medemo tempore, zucca,
Zucca gitata viam Boccalo nuper in undas,

Cim-

Cingaris ad collum ſubito (1) ſproviſta pependit,
Dumque illi ſteſſo Boccalus buttat in ora
Bocconem panis, dumque ocyus inde comandat
Hunc ſpudare foras, oh res mirabilis! ecce,
Non ultra eſt panis, ſed merda rotunda cavalli.
Omnia corteſo tolerat coſtumine Cingar,
Dum ſic (2) ſcherzetur, ne ſcherzum doja ſequatur.
Quid plura? ex oculis, coram tot gente, Lonardi
Abſque nocimento gucchias ſtriccavit acutas,
Inque ſinu Baldi mandat cercare Gibertum;
Hinc trahit, oh quantas, qualeſque cum ordine robbas!
Scilicet ampullam, ſpecchium, calamare, ſonajum,
Chiappas (3) piatelli, ſtrigiam, pezzumque bragheri,
Et quos ad Miſſam mocolos Zaghettus avanzat.
Obſtupet his Baldus, nec ſcit penſare qualora
Iverit ad Feram (4) Lanzani, ſeu Racanatae,
Has comprare coſas, non ſoldos quinque valentes.
Denique Giuberto naſum ſopiare comandat,
Non negat hoc Cantor, bis, ter, quater ille ſtranudat,
Evolat ecce foras magno rumore Tavanus,
Quem ſeguitat Grillus, poſt Grillum trenta pedocchi,
Quos mage compitos non dat ſguarnazza pitocchi.
At mea, me ſentis, clamat Fanteſca, Patrone?
Jam depone zoſum pennam, calamaria, cartham,
Coena parecchiatur, frigeſcit calda meneſtra,
Compagni totam jam mangiavere ſalatam.
Iſte liber finit vobis, mihi coena comenzat.

(1) *Sproviſta*. Haud antea viſa.
(2) *Dum ſic ſcherzetur*. Dummodo joco non ſuccedat rixa.
(3) *Chiappas piatelli*. Fictilis patenae fragmina, et alia nullius valoris.
(4) *Lanzani, ſeu Racanatae*. Oppidum, et Urbs in Piceno, ubi celebres nundinae.

CARMINA

Ex Hollandico Exemplari expuncta hic in unum collecta Lectorum oculis ſubjiciuntur, deſignatis locis, in quibus omiſſa ſunt.

Mac. 1. *pag.* 62. *v.* 1. Ni recomandatam veſter ſoccorſus habebit:
Ibidem v. 10. Illic ad nebulas Montagnae culmen inalzant,
Quas ſmiſurato ſi tu componis Olympo,
Collinam potius quam montem credis Olympum;
Nec ſint de petris factae, ſcopuliſque, putato,
Nec ſimiles Aethnae vomitent ad ſidera flammas,
Nec mittat marmor, ceu Tellus iſta, biancum,
Nec Bergomenſes aptae ſint reddere molas,
Quas pirlare vides circum, maſinante molino,
Nec ferrum Breſana velut montagna miniſtrat,
Verum de tenero, duroque probavimus illas
Formajo factas, et Sole calente colantes,
Ad fundum quarum ſunt brodi flumina graſſi,
Undezatque Lacus nivea pro lacte biancus,
Quem ſulcant ſemper barchettae mille nodantes;
Nam piſcatores ibi grandia retia buttant,
Piſcantes gnoccos, tortellos, atque fritellas.
Res obſcura tamen, quando lacus iſte procellis
Turbatur, vaſtiſque perit cum fluctibus aſtra.
Non equidem tantum facis, o Benace, travajum,
Quando repentina te ventus Sover achiappat
Tempeſtate, fremens circum Caſamenta Catulli,
Omnia de freſco ſunt littora facta butiro,
pag. 63. *v.* 25. Non bombardarum ſtimas batimenta lupinum.
pag. 67. *v.* 15. Guido levans oculos aliam pro cernere coſam,
Heu Baldoinam miſer improviſus adochiat,
Atque repercuſſis oculis ab utroque volente,
Labitur in trapolam, ſuſpirat, bruſat, et ardet.
Hinc abit, ad proprium remeant celerando palazzũ.
pag. 69. *v.* 17. . . . . ſibi convicia plurima dicens,
Nunc torpens animo meſchinulus ire refudat.
Dum ſic ambiguus plangorem fudit amarum,
En Sinibaldus Regis Segretarius intrat,
Guidonemque trovat lugentem more putini.
Quid facis, inquit, olà, quid fles? oh coſa novella!
Guido, quis hos miſeros gemitus te fundere cogit?
Me tibi Rex miſit, cur non gioſtrare caminas?
Omnes te clamant, optant, ſimul atque loquuntur:
Guido non venit, ſine quo nil gioſtra valebit.
pag. 71. *v.* 24. Ad Baldovinam voltavit preſto viſaggium.
pag. 72. *v.* 4. Advolat, atque facit curſu tremolare terenum.

Ad

Ad primum fecit coelo monſtrare piantas,
Poſt hunc extraxit curvo de arzone ſecundum.
Tertius in terram poſuit caſcando culatas.
Quartus apud Socios compellitur ire ſtravoltus.
Invidioſus erat quintus, cimigavit et ipſe.
Sextus equeſter erat, quem fecit Guido pedeſtrum.
Septimus en duro ſchenam ſabione piantat.
Octavus reperit ſe deſmontaſſe cavallum,
Sed Nonus ſellam gambis vodavit apertis.
pag. 73. *v.* 10. Viſceramque levam ſtaffam tenus illico baſat.
pag. 74. *v.* 9. Omnes medeſimum ſe veſtivere colorem.
pag. 76. *v.* 2. Apponunt phialas garbi, vinique claretti.
pag. 79. *v.* 6. Non intrare tamen drentum voluere timentes,
Sed magnam retrovant villam, quam non procul Urbi,
Nunc etiam Populi Cipadam nomine dicunt.
Mac. 2. *pag.* 85. *v.* 15. Quaſdam fabellas, factam lignaminis ocham.
Et quidquid fecit ſalſa cum carne Rinaldus.
pag. 92. *v.* 15. Ecce ſuperjungit quidam generoſus, et atrox
Aſpectu, prudens, Auguſtus nomine dictus.
pag. 93. *v.* 6. . . . . . . Poſtquam nil me feciſſe catavi,
Cor ſaldum feci, quia ſaldo corde periclum
Omne ſuperchiamus, cordis manus inde miniſtra
Quid faciat? niſi ſi calice fortaſſe teneret,
Et nihil alterius quo ſe tutaret haberet.
Illico sbalancet calicem comitante patena.
Quam magis ut pugnis, ſaxis, baſtoneque debet,
Obſtupet Auguſtus magni reſponſa puelli,
Atque valenthominem ſubinmaginat eſſe futurum.
Mac. 3. *pag.* 127. *v.* 15. Parcite ſi paucis datur iſta ſcientia, ſed de,
Sed de propoſito video caſcaſſe Cominam.
Dumque panem facio reperi feciſſe fugazzam;
Ergo repoſandum terzo baſtante. Valete.
Mac. 4. *pag.* 135. *v.* 5. Et ſi forte fidem Chriſti renegare biſognat,
Nos Macometani cito deventabimus omnes.
pag. 136. *v.* 1. Hos omnes multa jam praeteriere fadiga,
Namque procul cernens tantos fumare caminos,
Aſcoltanſque ſonum groſſis reboando bachiocchis,
Qui fit campanis in campanilibus altis,
Indretum voluit multo tornare ſpavento,
At ſtraſſinat eum Tognazzus more vedelli,
Quando ſcanandus trahitur perforza becaro,
Cum fuit intratus lignum ſcapuzzat in unum,
Datque ſtramazzonem,chiocatque culamine terram
Reſtat eum ſicut mattum guardare brigata.
Tognazzus loquitur: quid sbigottiris, homazze?
Ut video, ad Modenam urſum menare biſognat,
Mox inclinatus cunctis cum forcibus illum
Adju-

Adjuvat ut ſurgat, vix quem appontando levavit.
Ibat ſtravoltus veluti res matta per urbem,
Et maraviabat tantos guardare palazzos,
Tantas contradas, portas, tantaſque fineſtras,
Tantas botegas, homines, tantoſque cavallos.
Saepe ſtramazzabat, non attendendo viazzum,
Et civetando caput nunc huc, nunc illuc adocchiat,
Saepeque currentem trigat guardare cavallum.
Cui Tognazzus ait: quare Zambelle ſtupeſcis?
Vidiſtin unquam tales, tantoſque lavores?
Ille ſpaventatus reſpondet voce gajarda:
Potta meae matris, quam granda eſt iſta cotala!
Deh Tognazze, precor, me laſſa videre gnecoſam.
Nunquam tam bellas tezas, belloſque caſottos
Sguaitavi, poſtquam mundum ſum ſtatus ad iſtum,
Mò cur plus preſtum non me, Tognazze, menaſti?
Talia dum sbrajat, matronas ecce decoras
Aſpicit ad ſummos balcones, ſive feneſtras,
Quas digito monſtrans diſteſo ſmergolat: ò, ò
O angonaja, vides illas, Tognazze, ſomennas?
Cui Tognazzus: habes el cancar nunquid adoſſum?
Ac mediis pugnum in fianchis dedit, at magis ille
Valde cridat: Tognazze viden, ò, ò, cagalochius,
Cur ſic sberlucent? ſtellis incago daverum,
Si noſtras guardo ſomnas, tot guardo padellas.
Tunc cito deſperans Tognazzus deviat illum
In contradam aliam, ſic ſic parlando pianum,
Claude cito boccam, niſi vis baſtone chiocari,
Nunquid, matte, putas noſtris in boſchibus eſſe?
Dixerat, atque illum ſuper alta palatia duxit.
Ante Poteſtatem Zambellus perſus arivat,
Quo viſo a longe ridebat multa brigata,
Totus erat quoniam ſtraviata mente balordus,
Coctus ſole, niger, ſquarzata veſte, biſunctus,
Monſtrabatque ſuper ſtramum de nocte jacere,
Feſtucis quod habet multis caput inviluppatum,
Stat rizzis, veluti ſpergol, caviara capillis,
Pectinat hanc ſolum feſtis ſua ſtriggia bovorum.
Semper habet longas muſidis in crinibus ongias,
Namque moleſtatur ſchiavonibus ille pedocchis.
pag. 138. v. 18. Huc igitur veniens coram Praetore Gajoſſo,
Smaraviliabat tantam guardare brigatam,
O angonaja (gridat) quo me, Tognazze, menaſti?
Non iſto plus ſtare volo gianduſſa caſotio,
Duc me preſto caſam, quia me cagarula ſcorajat.
Quid sbrajas? Tognazzus ait, non cernis adeſſe
Meſſerum? vadas, horsù, pauliſper avantum,
Quid tantum piger es? cur dico, maruffe? và là,

Tocca

Tocca manum domino.
Accedens igitur Zambellus guardat, et ipſum
Praetorem voluit brazzis brazzare duobus.
Sed populus ridens tunc palmas sbattere cepit,
Conabatur eum a ſe deſcazzare Gajoſſus.
Saltans in coleram ſtangam Tognazzus achiappat,
Cum qua Zambelli ſchenam ſpianare volebar,
Atque ſuper ſpallas unguentum ponere boſchi.
Zambellus tales impreſas illico laſſat,
Voceque sbragifera cunctis oldentibus inquit:
Neſcio quid caghem. Tognazzus tunc furioſus,
Sic ſic, o macaron, docui facere ante? gridabat,
Stamatina tibi non dixi quomodo bellos
Inchinos facias, naſumque tenere mocatum?
I propius, ſi vis, Praetori fac bonavitam.
Tunc voluit Tognazzus eum venerando docere,
Sed grandis mox tunda retro coreza ſcapavit,
Totum palazzi fecitque reboare ſolatum.
Sbigottitus enim Zambellus abire volebat,
pag. 140. v. 24. Induſians ergo Tognazzus allora negottam,
Accepit zaffos pro ſaccomanare Cipadam.
Juſſa Gajoſſi magnum ſecere botinum,
Nam poſtquam Baldum tenet in preſone ligatum,
De fundamentis illam vult ſternere villam,
Quae villas alias, urbes quoque ſola ſpaventat,
Tum Cingar tolerat pro Baldo cuncta liben er,
Cui caſa Barberi manſit plus netta bacino,
Quamvis non illi talis nettiſia gradat.
Hic sfortunatam Bertam regiratque, governat,
Quae ſtentaretur, ni Cingar ferret ajutum.
Namque fiolinos lactat meſchina gemellos.
Haec tamen ut ſenſit poſitum in preſone maritum,
Zambelluſque ſuae fortunae cauſa fuiſſet,
Infuriata levans, ſtangonem corripit unum,
Laenam filantem quo ſmazzolare volebat,
Ut cito cognovit praeviſſam Laena facendam,
Roccam cum fuſo de ſub galone ſpicavit,
In cujus ſtoppam ataccato preſtiter igne,
Cepit cum furia poſt ipſam currere Bertam.
Illa ſciens ſcotare focum, volat inſtar oſelli,
Atque gridat: mea cara ſoror, mea cara ſorella,
Parce, precor, totam heu heu me broſtolat ignis;
Mercadanteſque at Laena tenebat orecchias,
In coleram ſaltata ruit, roccamque bruſantem
Fert altam, ſemper miſeram ſeguitando ſorellam,
Quam per ſocchinum propius jam prendere ſperat.
Berta fugit, ſentitque focum poſt terga ſtrepentem,
Unde caput voltat, flamma videt ecce propinquam,
Qua

Qua propter fugiens per inhoſpita rura viabat;
Non aliter ſi Gatta nimis ſilvatica currit,
Ad cujus caudam Porci veſica tacatur,
Inter quam favae ſunt tres, vel quinque granelli.
Undique dum currit ſemper ſociatur ab illa
Veſica, credens aliquem ſibi currere dretum.
Denique Berta volens quandam tranſcendere ſepem
Factam de groſſis ſtropellis, atque bachettis,
Ut montata fuit, propter ſaltare deorſum,
Se per guarnellum ceſa gathiavit in illa,
Stantibus in coelum pedibus vilupata remanſit,
Fecit ſcoperto lunam tenebrare Quaderno,
Contraque naturam ſuperavit luna maritum.
Non ſtetit indarnum, Roccam cito Laena *cilaſnee*
Quando Berta focum ſenſit *cariplesma roapton*,
Scorlavit teſtam nimio ſuperata dolore,
Qua propter contra Laenam sbofando corezam
Extinxit Roccam; tum protinus in pede ſaltat,
Et medium brancans quadrellum, torſit in illam,
Quem ſaltando ſtatim frendentem Laena ſchifavit.
Inter eas ſtabat ſepes fundata ſorores,
Ultra quam ſe ſe pede gionto Laena butavit.
Tunc ſe brancantes per trezzas, atque capillos,
Dilacerant, mordent, grafiant, ſine forfice toſant.
Illuc audito ſtepitu Viſinanza cucurrit,
Atque quaſi mortas illas catavere jacentes,
Quas vecchius quidam cagnina pace ligavit.
Illuc Tognazzus venit, venit quoque Cingar,
Atque ribaldellus fingit defendere Laenam,
Et contra Bertam convicia plurima dixit.
Immo levans dextram ſimulat dare velle buſettum,
pag. 145. *v.* 17. Cingar ait: verum dicis, venerande Tognazze,
Expertis vecchis nos ſemper credere fas eſt.
Sic dicens, Bertae ſignat, ſibi parcere velle,
Nam ſic parlabat propter caparare Tognazzum;
Mac. 5. *pag.* 152. *v.* 8. Id tamen invidia procedit namque galoſi.
pag. 153. *v.* 23. Eſt mihi ſecretum tibi quod, mi Barba Tognazze
Dicam, ſed tecum teneas, nullique paleſes.
Dic, Tognazzus ait, tibi juro, dicere nunquam.
Cingar ſuſpirans dixit: male quippe libenter
Officium perago Tabachini.
Mac. 7. *pag.* 196. *v.* 24. Addubito, quod pane boni, vinoque carerent.
pag. 197. *v.* 5. Girovagi, molles, nugaces, abſque pudore,
En ſibi Zambellum cernunt occurrere longe,
Qui sfortunatam guidat ſtimulando Chiarinam.
pag. 198. *v.* 22. Aut Vaccam zurat. Quidnam, Pater, inquitis hac re?
pag. 202. *v.* 2. Prae Jacopinus adeſt Cipadae Parochianus
Ibidem v. 18. Diſcitur, ille dici quid ſit cognoverat ante

Ut

Ibidem v. 22. Ut conſtat, ſi vox profert caſtronica b, b.
pag. 203. v. 3. E, arcum caricat chorda retinente ſagittam;
Si bene non eſt iſta forma captare valebat,
Praesbiter effectus didicit, qui ſmergolat: e e.
Ibidem v. 9. Falſificare tamen dinaros noverat hoc F.
Ibidem v. 22. M ſmanicat furcam, vocitans hanc Mantua raſcum.
Ibidem v. 24. N ſtudium docti conſuluit Prae Jacopini,
Namque duos inter lignos fuit ille picatus.
pag. 204. v. 5. P, Paſtoralem multos porrare videbat,
Quos habiles magis eſſe boves cazzare provabat.
Ibidem v. 27. Iſte fuit Pretus, qui, dum ſacroſanta levabat
Corpora, ſupra ſigum vidit montaſſe vilanum,
Unde reclamabat: ſurſum Diabolus ivit,
Parens, quod Chriſtum ſic diceret eſſe Diablum,
Dum confeſſabat, per quatros nempe ſiſinos
Scorras, et ladros vitio ſolviſſet ab omni.
pag. 205. v. 13. Illico Zambellus clamavit, doh cagalochius!
Eſt mea vacca, capram quam Frater dixerat eſſe.
Reſpondet Cingar, ſi capra eſt facta Chiarina,
Crede mihi non eſt Zambellus, eamus ad iſtos
Fratuzzos, tu vade prius Zambelle, camina.
Vel dare convenient coenam, vel reddere vaccam:
Dixit, & ut Preto ſic ſic andando ſuſurrat:
Mi Jacopine, volo de carcere ducere Baldum,
Sed male cognoſco formam, guiſamque, modumque;
Non tamen ab ſolito deſiſto providus aſtu,
Quotidie variis Zambellum rebus agabbo,
Cui me plus dictis, quam factis monſtro ſodalem.
Ingannum pulchrum ſtudioſa mente catavi:
Sumam caſtronis canaruzzum ſanguine plenum,
Aptaboque gulae de ſub velamina Bertae,
Quod tu jurabis nihil illam ſubter habere,
Mox unum gladium captum de rugine tinctum,
Quem clamare volo cortellum, qui ſcoriavit
Per Romagnolos jam ſanctum Bartholomaeum.
Aſt ut beffa queat galantiter ire, novellae
Participes facio te, Bertam, deinde Brioſſum.
Zambello interea faciamus reddere vaccam,
Et ſic andantes tandem venere Motellae.
pag. 206. v. 4. Non ſunt ex illis (video nam ringere naſos)
Qui quo plus richi fiunt, plus debita creſcunt,
Namque tirannorum ingluviem compeſcere ſperant,
Non quos tam fecit bravos arguria Scotti,
Dico bravos verbis, & ſpadis quando biſognat.
Non quos alta ſui tam vexat cura Thomaſi,
Officiumque gerunt aſinis imponere ſtryas.
Non cordovano qui cingunt ilia toto,
Urbibus & ſtantes, & heremi nomen habentes.

Non qui mente volant, curruque feruntur Heliae,
Deque manu Mariae flocum rapuere biancum.
Non quibus (exceptis zocolis) Franciſcus amictum
Bertinum tribuit, reliquis quoque cedere juſſit
Fratibus, unde illos vocitamus rite Minores.
Non qui celſa colunt, nomen ſervile ferentes.
Denique non omnes illi, qui ſponte ſequuntur
Pauperiem, per quos cercatur ad oſtia panis.
De ſero tornant plenis in tergore ſacchis,
Deque pitocato ſe tantum pane ſaginant.
Nil habeant iſti, velut eſt ſententia Pauli,
Cunctaque poſſideant, quibus eſt tantummodo cura
Vivere contenti quo mendicando guadagnant,
Hinc Mendicantes appellant nomine Fratres,
Qui ſpanam nec habent, debent nec habere tereni,
Quae imponunt humeris aliorum, pondera ſumunt,
Hi prius exemplo mage, quam ſermone reducunt,
Orphanulos, viduasque tegunt, ſolantur, adornant
Moribus, & textum veterem que, novumque paleſant.
De Roma Jubilea trahunt, funduntque per orbem,
Et per cantones Geſiarum, perque capellas
Centum capſiculas taccant, ficantque pilaſtris,
Pontificum largae pendent pariete bullae,
Peccatis data ſit quibus indulgentia noſtris;
Qua propter crevit devotio tanta virorum,
Quod non capſiculas numis implere, ſed arcas
Poſſent, Baſilicam nec non fabricare gigantis
Chriſtophori, qui non aliorum templa ſubintrat
Sanctorum, teſta toccaret namque ſolarum.
Oh nimis immenſam bonitatem ſumma Regentis,
Qui (non quod inops ſit, qui parit omne metallum)
Quae bagarottum delet commiſſa per unum!
Non tamen id fieri credamus proter aquiſtum,
Sed templum pariter fabricant, culpasque remittunt,
Praeterea tantis meritis ſua templa redundant,
Ut Chriſti Mater, Virgo Regina Deorum
Illic dignatur miracula prodere tantum.
Undique nunc Geſiae titulantur *Sancta* Maria,
Quae non Principibus, quae non Primatibus unquam
Apparet, reſeratque ſuos dignata nitores;
At ſolum quae paſcit oves, quae paſcolat ocas,
Digna ſit aethereum muliercula cernere Divam.
Illico turba coit, rem poſtulat, illa recontat,
Indicat, atque locum radios ubi viderat almos,
Per quos aurato ſolio Matrona ſedebat.
Credula gens credit (malus eſt, qui credere non vult)
Obſtupet, et tabulam depictam ficcat in ulmo,
Quae fuit arbor opes contingere lecta ſupernas.

Ipſa

Ipſa tabella tribus deſcribitur illico Sanctis,
Virgo prius Mater Cherubini deſuper alas
Pingitur in medium, parvo dans ubera Chriſto.
In dextram ſtat fronte minax Antonius, atque
Igne ſuo quicumque ſibi vult tollere porcam
Bruſat, et inde nimis pavefacta gente timetur.
Ad laevam Rochus gianduſſam monſtrat apertam,
Is quoniam Sanctus pecudum contagia tollit.
De longis veniunt puerique, ſeneſque, paeſis,
Indiavolati, muti, tortique, vel orbi.
Fratres, qui praeſunt, et habent oſtendere curam
Miraclum, ſudant, nam pro pietate laborant,
Vertice nudato vix ſe defendere tanta
Gente queunt, clamant, urtant, faciuntque, jubentq;
Incroſant ad colla ſtolas, cottiſque bianchis
Induti offertam capiunt bis, terque per horam,
Dumque illam brancant, oculos ad ſidera tollunt,
Monſtrantes, quod non dinari propter amorem
Offertam capiunt, Domini ſed propter honorem,
Nunquid eis numis pinguis ſibi coena paratur?
Abſit, comprantur cerae ter mille figurae,
Teſtae, humeri, gambae, vir totus, boſque, cavallus,
Tecta covertantur, muri, pilaſtra, columnae
Corazzis, elmis, ſtatuis, pictiſque tabellis,
Fit rumor vulgi, ſemet gens undique calcat,
Fit marium, nec non mulierum mixtio, Templi
Reſpectatur honor, molles devotio mentes
Cogit, et eſt variae ſtipatio tanta brigatae,
Quod perdunt ſcufias, foveros, bireta, capellos,
Saepe perduntur borſae, vel forte tajantur;
Non tamen in templo fieri nec furta, nec actus
Luxuriae poſſent, ſi Fratres talia ſcirent.
Credo, quod offertas finerent, Templumque ſerarent,
Ne domus ipſa Dei fiat ſpelunca latronum.
Non ſunt Motellae, non ſunt hi denique Fratres,
Non qui larga colunt Benedicti clauſtra modeſti,
Larga quidem fabricis, at vitae moribus arcta.
His Pater almificus dedit urbes, oppida, villas,
Ac latos, veluti promunt annalia, campos,
Ut vivant mundo, quo poſſint vivere coelo,
Quo ſaturant inopes, quo plurima templa locantur,
Quove peregrinos jocundo corde receptent,
Non quia poltrones paſcant, homineſque dapocos,
Non quia forſantes, pilafratres, et ſpadacinos,
Non mangiaferros, rofianos, atque bagaſſas,
Non quia Cardineum quis cerchet habere capellum:
Acedant quos ſola movet devotio cordis,
Illuſtres, Poveri, Mundani, Religioſi,

Hi vadunt non ad piſces, panemque buſetum;
Immo ad divinos cultus, moreſque videndos,
Accedant ſtracchi longe tenuante viazo,
Accedant iterum membris, & ſenſibus aegri,
Iſtis complentur canevae tantummodo vino,
Iſtis ſub ſegetum peſo Granaria languent;
Eſt tamen in vulgo murmur, livore tabeſcunt
Quidam cagnazzi mordaces, nomina quorum
Subticeo pro nunc, illos deſiſtere credam;
Sinautem, Archilochi jactabo furentis Jambos,
Fata novabuntur veteris fortaſſe Lycambe.
Eſt formido nefas cum fari vera timemus.
Fallitur interdum nimis indulgentia Patrum,
Per quam texendi fraudes fiducia creſcit,
Unius ob culpam cagnazzi, tota canaja
Surrexit diris orbem latratibus implens,
Saepe nocet pietas, nam qui pietate medetur,
Non ſaldat vulnus, nec fracta recopulat oſſa.
Saepe lupo dat paſtor oves torpendo vorandas,
Nec, ſi advertit ovem teneros, quae amorbat agnellos
Ubere peſtifero, reliquo ſuccurrit ovili.
Quid dicam, noſco, multos ſpes irrita fallit.
Speramus quandoque facis extinguier ultro,
Parvulus extiterit cum Trojae incendia torris.
Succreſcunt faciles ſpinae, facileſque ſecantur,
Dormitante nemus campus fit inutile raſtro,
Nimbus et interdum tam creſcit, et auget
Humorem, ſegetes quod ſaeva grandine tollit,
Parturient mures, naſcetur terribilis mons,
Vidimus et culices vaſtos aequaſſe gigantes.
Forſitan obſcurus videor, ſapientia Patrum
Multa fuit, per quam mala beſtia ceſſit, et urbem
Incolit, unde cito rediit pax priſtina, dixi.
Dixi, inquam; quiſnam male me dixiſſe probabit?
Attamen eſt melius Zambelli dicere Vaccam,
Quam Mottelicolae Fratres cum pelle vorabant.
Cingar eos reperit quodam cantone cubantes,
Circaque roſtitam vaccam glutiendo ſedebant,
Forſan erant numero vinti, vel trenta capuzzi,
Alter ſpallazzam, ferit alter dente groponem,
Alter vult coſſam, vult alter rodere pectus,
Alter diſpolpat, verum alter membra ſmiolat,
Alter de teſta cavat ochios, inde cerebrum.
Vidiſti forſan quandoque comedere porcos?
Sic illos retrovat Cingar mangiare Chiarinam.
Protinus ad coenam ſociique ſedire jubentur,
Accipit invitum Cingar, tirare coramum.
Incipit, et ſcbincam Zambello tradidit unam,

Nul-

Digitized by Google

Nullus ibi parlat, ſentitur fractio tantum.
Membrorumque ſonus, ſoſiatio ſupra meneſtram,
Nam caldironus trippis ibi plenus habetur,
Chioccant labra ſimul graſſum ſtillantia brodum,
Feſtinanter edunt, quia ſic Scriptura comandat.
Jam caret infelix gambis, humeriſque Chiarina,
Jam caput efficitur vas aptum prendere cancros,
Interiora patent, grandisque corazza videtur,
Quanto magis comedunt, tanto magis ipſa recedit
Ventre fames, pariter decreſcit vacca, fameſque.
Prae Jacopinus olet graſſo, lardoque colanti,
Non vult oſſa, vorat teneras tantummodo polpas,
Saepe ſcudellarum lappans brottalia ſorbet,
Poſt ſorbimentum laxat de pectore rottos.
Centuram mollat, nam ventris panza tiratur,
Dente parum tangit, ſed aperto gutture carnis
Fruſta vorat, groſſoſque facit ſine fine bocones.
Frater Polazzus ſedet illic, Frater et Antoch,
Frater Gelminus, Frater Marmotta, Schirattus,
Frater Pagnocher, Frater Scapocchia, Taſellus,
Frater Bernichus, Frater Scapinus, Arolfus,
Denique Frater Enoch, Bisbaccus, Fra Bagarotta,
Hi ſunt auctores, qui dant praecepta coquinae,
Hique Lecardiae multos fecere magiſtros,
Eſt deus his venter, broda lex, jus inde vocatur.
Jamque polita nimis ſub deſco membra jacebant,
Nulla magis reſtat vaccarum forma Chiarinae,
Oſſa videntur ubi tantum, leccare taeros
Incipiunt, aliter non vaſa lavare ſolebant,
Frigore zelatum pars lardum graſiat ongis,
Pars manicis Tunicae fregat nettando ſcudellas,
Poſt epulas omnes conſurgunt ludere chartis,
Poſt chartas ſcrimmant, poſt ſcrimmam ſaepe merendant.
Sicque ſuam ducunt vitam faciendo beatam.
Bertezant Fratres, qui celſo in pulpite sbrajant,
Qui ſorerant mortos, jejunant, terga flagellant,
Vadunt excalces, ſtudiunt, vigilantque canentes
Ad matutinum, ſervantque ſilentia dudum,
Atque voluntatem propriam ſub judice ponunt,
Quales ſunt Monachi Bernardi, vel Benedicti,
Aut Auguſtini Fratres, qui fortia noſtrae
Moenia ſunt fidei, qui nil, niſi ſacra colentes
Scripta vacant ſtudio, per quos gymnaſia florent,
Per quos hereticas frangens Eccleſia ſectas,
Stat contra ventos, tanquam ſtabiliſſima turris,
Quales ſunt etiam Franciſci templa colentes,
Eſt ubi concurſus populorum maximus, atque

Eſt

Digitized by Google

Eſt ubi pax animi, requies, concordia Fratrum.
Veſper erat, Cingar dum vult diſcedere, vaccam
Zambellus memorat, digito cui denotat Antoch,
Qui capram dixit vaccam, truſante Polazzo.
Cingar ridendo ſaccum tulit, oſſibus implet,
Imponenſque humeris Zambelli, dixit, eamus.
In ſaccum geſtas quoniam, Zambelle, Chiarinam,
Hanc ſub Terrajo, venias, ſoterabimus ambo,
Quam poſt tres giornos faciemus ſurgere vivam.
Ergo ſimul properant, rident Fratres, Jacopinus.
Ante caminabat Cingar, ſub pondere ſudat
Zambellus, boſcum ſubeunt finaliter attum.
Illic reliquias magnae poſuere Chiarinae,
Cantari meruit quoniam ſub vate Cocajo.
Illic venerunt Fauni, Driadeſque, Putellae,
Et ſua planxerunt lacerato funera crine.
Mac. 8. pag. 211. v. 1. Feſta dies aderat Sancti Brancatis, et Umbri,
Quam Cipadiculae celebrantes, undique ballant.
pag. 212. v. 5. Ad Miſſam properant, quam vult celebrare Copinus,
Cumque ſuis pariter vadunt parlando Moroſis.
Cingar Caſtronis canaruzzum ſanguine plenum
Ad collum Bertae, ſicut modo dixit, adaptat,
Quem tegit ut drappo, velut eſt uſanza, bianco.
Tempus opportunum tum viderat eſſe propinquum,
Namque parecchiatur largo ballare ſub ulmo.
Poſt igitur Miſſam celebratam, Prae Jacopinus
Vix in principio Vangelia Sancta Joannis
Dixerat et Verbum Caro factum eſt, piva ſub ulmo
Blilirat. Currunt in frottam mille puellae.
pag. 213. v. 5. Non ſtetit indarnum Jacopinus alora Sacerdos,
Traxerat appena Camiſum, properavit ad ocam,
De qua ſub tavola carcaſſos mille butavit.
Omnia conſumpſit, vix Gattis oſſa ſuperſunt.
Jam non ad coenam ſervari juſſit avanzum,
Nam Teſtamenti ſervans praecepta vetuſti,
Devorat, et non vult, quod avanzet ad uſque dimanſi.
Ergo roſtitam vix ipſe comederat ocam,
Ad ſalices piferis ſe ſe clamarier audit,
Quos Offetta dedit bagatinos portat, et illos
Porrigit ad pivam, jubet atque ſonare Pavanam;
Inde pians bellam, digitos ſtriccando, Gianolam,
Galanteria cepit ſaltare ſtupenda.
Cingar adeſt, ridetque ſuo ballante Copino.
Vir quidam Bertam, ſi vult ballare, dimandat;
Cingar ei cignat, quem Berta intelligit, inde
Annuit, et porgens laevam ballare comenzat.
Cingar item claudens oculum cignavit, et illa
Optime docta prius, quae Cingaris adnotat artem,
Bal-

Ballantem ſecum ſimulat baſare gazanum,
Quem jam tirarat cativa ſub arbore glandis.
pag. 215. *v.* 5. Stans ſuper, ille gridat, me cur occidere vultis?
pag. 216. *v.* 12. Sic dicens bis, terque Crucis ſignacula format,
Quinquies et Berram toccat per quinque piagas.
Ibidem *v.* 20. Berta refert: confeſſo quidem cornaſſe maritum,
Parcite, non poſſum ſine maſchio vivere facto,
Qualiter ut ſexum muliebri jugiter extet.
pag. 217. *v.* 7. Tum ſuper altarum Cingar ſaltaverat unum,
Voceque cortelli meritum ſic praedicat alta,
Hunc equidem fratrem giurabant eſſe Robertum,
Allegat in primis ſextum, Decretalc, decretum,
Angelicam, Gloſas, Bibliam, Sanctumque Thomaſū,
Albertum magnum, Scottum, commenta Ricardi,
Mox Bonaventuram, Piſanellam, mox Origenem,
Hieronymum, Joſeph, Bernardum, Gregoriumque,
Totum Auguſtini voltat ſotoſora volumeu,
Non Clementinam dimenticabat, et altros
Doctores ſacrae legis, fideique pilaſtros.
Mox alios plures, quos non memorarier unquam
Noverat, ut credo, fingebat nomen eorum,
Eraſmum quendam, Martinum Luther, et unum
Sylveſtrum, qui non bleumetica ſcrimilat ochnoc,
Mox ad Chaldeos venit, Graecoſque, Zudaeos,
Berith, Gnephot, Jobobu, Schiriotta, Boachen,
Crofnec, Baptonau, Mengir, pluresque Propheras.
Hunc probat eſſe quidem cortellum ſanctificatum,
Qui Divum quondam ſcoriavit Bartholomaeum,,
Quem Romagnoli ſcorregaviſſe ſarentur,
Qui quoque de ſacro nunc reſtat ſanguine tinctus,
Quem probat et Turcis olim robaſſe malignis.
Ergo vilanzones ad ſidera tollere gridos
Incipiunt, miſerere Deus, miſerere, sbrajantes.
Judicii veniſſe diem parebat aloram.
Sed mage cum fictis lachrimis ſe Cingar aſogat,
Cernite Cortellum clamabat, cernite, gentes,
Hic eſt, qui veſtras porerit ſaldare piagas,
Hic eſt, qui ſanat mortali peſte malatos,
Hic eſt, qui morros vivos facit, atque gajardos,
Sicut vidiſtis per adeſſum ſurgere Bertam.
Currite, quid ſtatis? jam quaeſo currite gentes,
Hunc baſare ſacrum cortellum currite preſtum.
Protinus illa ruens multo sbrajore canaja,
Aſſimilabantur, quando ad brottalia porci
Currunt, et retinenr moſtazzum ſemper in albi.
Illum cortellum properant baſare bricones,
Quem retinens manibus, Pax tecum, Cingar ajebat,

Ut

Ut fit, quando facit Pretus baſare manipol.
Tunc etiam ſcufiam de teſta Berta levavit,
Qua Contadini multos poſuere quatrinos.
pag. 220. *v.* 10. Vel potius quantos habet inclita Roma Simones.
pag. 225. *v.* 3. Compagnis Baldi patiar contrarius eſſe,
Cum quibus ipſe fui teneris nutritus ab annis,
Sumque iſtis ſociis ſemper parere tenutus,
Qui me ſuſtentant diverſos dando guadagnos.
A me nec modicum penſetis habere juvamen.
Dixerat; at Gobbus dixit montatus in iram:
Non dabis altorium? oh grandis perdita certe!
Contraſtare tuo non abſque juvamine poſſunt.
Scilicet impreſam pro re laſſabimus iſtam.
Impatiens iterum ſurſum levat ecce Guronus,
Credo, inquit, non te rem iſtam laſſare dacantum,
Namque tibi ſoli dabit haec impreſa guadagnum,
Quotidie perges bis, ter pro conſule Mantu,
Non ut Cipadae valeas defendere ſtatum,
Aſt ut Cipadae marchettos mille guadagnes.
O Cipadicolae, vultis nam credere Gobbo?
Si ſguerzos caveo, zottos, quantum mage gobbos?
Mac. 9. *pag.* 229. *v.* 1. Cingar amans Baldum nec dum preſone cavatum,
Nil ſolitas artes patitur dimittere zoſum.
Dicebat Bertae: vel Baldum e carcere traho,
Millibus in quartis vel corpus veneris iſtud,
Et ſic parlatus, ſubito diſcedit ab illa.
pag. 230. *v.* 8. Ac ſi vellet eos occidere more Tognazzi.
Ibidem v. 13. Ergo bertinum veſtivit Cingar amictum,
Ac mediam truncat barbam (riſibile viſu)
Quadam tenaja, quoniam de forfice mancat.
pag. 231. *v.* 17. Diſgatiaeque meae ſtat Cingar cauſa giotonus,
Cui mangiare ſuam poſſit gianduſſa coradam.
pag. 232. *v.* 5. Tunc illum Cingar ſpojavit veſte miſella,
Atque caviaram capitis ſine forfice toſat;
Hunc ſibi compagnum fecit, Fratremque vocavit
Erinum; ſed ſe Quintinum nomine clamat.
Ibidem v. 32. Sic gridare igitur cepit gridore tonanti:
Oh, Oh neſcitis, neſcitis certe, brigata:
Eſt adhuc una dies, poſtquam bruſabitur haec urbs,
Ni ſubito teſtam Baldo truncabitis illi,
pag. 233. *v.* 28. Praeterea quemdam Vecchiettum perpede cepit,
Quem magni fecit montis ſuperare cacumen.
pag. 235 *v.* 10 Cercamus pacem, brigas ſufferre parati.
Ibidem v. 29. Interea magnus fit campanonus ab alto
Culmine pulſatus, Don, Don, reboante bachiocco.
Tanto pro ſonitu cunctorum corda tremiſcunt.
Ad Campanoni martellum quiſque caminat:
Alter habet roncam, lanzonem protrahit alter,
Hic

Hic ſpetum, hic lanzam, hic dardum, hic giaverinam,
Et parvo in ſpatio convenit tanta brigata,
Quod non in vallem Joſaphatti tanta reſurget,
Palazzum varia ſtipant cum voce loquentes.
pag. 237. *v.* 3. Cingar habens oculos humiles, ſapientior ibat
Ibidem v. 15. Praetor nil meditans ulterius annuit illi,
Vos eritis Confeſſor, ait.
Attamen armatos ſoldatos mille deforam
Conſtituit, ſtantes ad guardam carceris omnes
pag. 239. *v.* 24. Extollens oculos Baldus, frontemque rapatam,
Suſpicienſque illum tranſverſa tuentibus hircis,
Dixit: verba licet non hæc reſponſa merentur,
Attamen hinc abeas, Frater ſchierigate, proterve.
Si modo tam ſtrictum non ferrea vincla tenerent,
Tamquam polaſtro tibi, peſſime, colla tirarem.
Vade viam, niſi vis mihi ſteſſo incidere linguam,
Inque tuam faciem fremitu ſpudare canino.
Tu qui deberes ſolanti voce dolorem
Alleviare meum, barathrique arcere pavorem,
Sic agis, ut perdat me deſperatio mentis.
Impie Frater, habes in pectore mille diablos,
Reſpice te ſteſſum, turpesque redargue mores,
Tonſuram portas, renegas quam mille fiatis.
Nil niſi broda fuit ſemper tua vita, guloſe,
Te Deus ingratum tantorum quippe bonorum
Expellet coelo, & relegabit ad ima.
Hinc procul a noſtris oculis, Fratuzze, recedas,
Spurcitiae foetent capucino mille ſub illo.
Quam te fraude, dolis, gravidumque libidine, vade.
pag. 242. *v.* 13. Stans vocat: em, necdum confeſſus iſte giotonus?
Confeſſate cito, Pater, hunc, Quintine, ladronem.
pag. 243. *v.* 31. Iſte valentus erat, Leonardus nomine, claro
Sanguine progenitus, virtuti deditus omni,
Altivagam Baldi famam praeſenſerat olim,
Cujus in ardentem ſe tam ſuccenſit amorem,
Ut jam per totum longis erroribus orbem
Circuerat, ſi fata darent, quo cerneret illum.
Venerat huc igitur, totam ſed repperit urbem,
Attonitosque omnes, ac arma minantia coelo.
Ignorat quae ſit rumoris cauſa nefandi,
Eſt ſuper ingentem, bellum, groſſumque cavallum.
Et rutilo Baldi galonem cinxerat enſe;
Viderat ut Baldus ſpadam, cito noverat illam,
pag. 245. *v.* 2. Cingar dans falſos dinaros cepit ab Oſtò.
pag. 247. *v*, 5. Aſt ego ſat dixi; ſervo praecepta Catonis:
Interpone tuis interdum gaudia curis.
Mac. 10. *pag.* 249. *v.* 2. Uſque modo fregavit aquas mea Barca Poazzi,

Qui dormentato portum facit amne Nolani,
Uſque modo baſſum calzavit Goſa ſtivallum.
pag. 250. *v.* 17. Ac ſi Roſſinum Mantoum quaerere vellent
Ibidem v. 26. Nonne Geometras factos diſtinguere terram,
Vel magis aſtrologos aſinos ſtrologare videbo,
Quam credam quis poſſe bonus reperirier Oſtus.
pag. 252. *v.* 10. Non te cornettis melius guarire ficatis
Lucaquiret, quam gens purgans cimicina cruorem.
Ibidem v. 28. Extraque balconem parvum ſe preſtus aſogar.
pag. 253. *v.* 8. Sta, dixit, ſaldus, mandat tibi noſtra Poteſtas,
pag. 254. *v.* 3. Jamque propinquabat vaſtus de gente canaja
Ibidem v. 16. Nubila verſantur magno clamore gridantum.
pag. 255 *v* 18. Sic inſultanti gianetonem voce cruentum
pag. 256. *v.* 6. Cingar ſalottum nullo terrore ſubintrat
Ibidem v. 31. Cingar pro tanto ſtrepitu cedivit.
pag. 260. *v.* 3. Alter aquam gettat ſummo balcone bojentam,
Ex illis multi quamvis manſere Pilati,
Non tamen abſque aqua calda tunc Cingar abivit,
Namque ſuo Capiti plures crodavere capilli.
pag. 261. *v.* 5. Qui modo cum calcis urtant, modo dentibus oſſant.
pag. 262. *v.* 23. Qui fugit, et prolat retro linquendo coradam.
pag. 263. *v.* 21. Baldus ad offenſam revocat ſua pectora vecchiam.
Intrat Palazzum trans centum mille gianettas,
Ad Scalaeque pedem ſaltat de Spezza cadena.
pag. 265. *v.* 29. Novimus hunc merito poltrona morte necatum.
Cujus vita fuit fraus, broda, libido Gajoffi.
Mac. 11. *pag.* 268. *v.* 4. Sub qua, projectis armis, dant membra quieti,
Atque reaſumunt in laſſo corpore forzam.
Hic tacitum Baldo promit Leonardus amorem,
Unde Sodalitium nunquam ſmembrabile natum eſt,
Namque ragionantes ſimul ingroppantur amici;
Baldus dimandat, qua ſit de prole creatus?
Cui Leonardus: Ego verum, mi Balde, fatebor
De Pompejanis Romae ſum gentibus ortus.
pag. 271 *v.* 30. Diſcoſtant gravidam curvo de littore navem,
Paulatim quae ſe diluntanat in altum.
Vela reſolvuntur, zephyroque tumentia plentur,
Deque maris golfo jam littora nulla videntur,
Denique cantantes longum rapuere viagium.
pag. 272. *v.* 9. Da mihi quinque Tronos, ſi vis, aut quatuor ad plus
pag. 273. *v.* 26. Nos altramentum quid ſit ſoldaica proles
Vobis monſtrandum eſt factis, et abſque parolis
pag. 274. *v.* 3. Has Villanias non ſofrivere Teſini,
Cingaris ad panzam trat quidam concite dardum,
Quem ſimilis daino Cingar ſaltando ſchivavit.
Illico ſurrexit Baldus, cignatque Lonardo,
Amboque brazzatis ſcutis, brandiſque cavatis
Im-

Impetuoſe rudes aſſaltavere bricones.
Qui male penſantes aliquos hos eſſe gazanos,
Cum parteſanis rubeis bravezare comenzant.
Sed Baldus ſubito miſeros de pane cavavit,
Figere ſdegnatur cum tajo vulnera brandi.
Sanguine vult ſpadam nec ſpegazzare vilano.
Sed piatonadas illis tantummodo tirat,
Quae nimis horrendae teſtas & brachia ſpiccant
Poſtque ſuas pegoras vadunt finaliter omnes.
Finierat Baldus nec dum ammazzare Teſinos.
pag. 276. *v.* 3. Aeolus, & ſceptro repetentes ſaepe flagellat,
Qui vellent extra ruptis borrire cadenis,
Et neptuniacam cito ſtravajare quietem
pag. 277. *v.* 5. Quae Borram genuit praegnas aquilonis abuſu,
Hanc vocitant Boream de nati nomine Graeci.
Ipſa gelans nimium cogit portare pelizzas,
Per quam Caſtronis, pegoris quoque lana toſatur,
Ut nos pelle ſua poſſimus vadere freddum.
pag. 281. *v.* 25. Sed per venturam ſpoliaverat arma pradeſſum.
pag. 282. *v.* 29. Sed quia murmur adeſt ponti, rabieſque ſirocchi
Pallida Togna fugit, ſine qua nil dicere poſſum
pag. 284. *v.* 30. Dum ſic plorantes miſeranda voce ſtopinant,
Coguntur proprias de navi trare richezzas,
Plus quia vita placet, quam centum mille teſori.
pag. 286. *v.* 11. Perdiderat ſcrimmam tremulentus nauta timoni,
Ulterius neſcit qua drizzer parte caminum,
Ad quas ducatur bandas, ad quoſve paeſos.
Continuo grandis ventorum forza repugnat,
Nunc sbalzato ratis ſummum toccabat olympum
Nunc ſubit infernam undas sbadacchiante paludem
Mac. 12. *pag.* 289. *v.* 1. Ecce repentino mea verſu Togna comenzat,
Namque repentinus ventorum ſtolus arivat.
Ibidem v. 2. Qui viridi crines ſquamatus cinxerat alga
pag. 291. *v.* 6. Quem facit Aeolios ad ſcojos ire defactum,
Ad quos inveniat Regem, qui flamina ſtreggiat,
Juppiter officium dederat cui tale regazzo
pag. 294. *v.* 33. Imperium donat ventorum Juppiter iſtis,
pag. 296. *v.* 15. Solis ut ad radium poſſint extendere gazas.
pag. 299. *v.* 8. Poſt multos gradulos potuerunt cernere cuncti,
Quae de materia bronzi ſit machina Lunae,
Quae crebris ſtantem giris intorniat arcam.
Haec erat argentum, quod fixum ſulphur & album
Mercurio mixtum fecit bullente Bodega.
Hoc valet in propriam ſpeciem convertere ſtagnum,
Mixtum non frangit, potius ſubtiliat aurum,
Cum quo ſpiſſatum non rumpit malleus illud.
Hic plenas atalach, & aceto mille burinas
Perfu-

Perſumare vident, quo fumo argentea blondam
Materies perdit ſpeciem, cœlique colorem
Veſtit, & in media candet Proſerpina ſphaera.
Poſt haec, aſcendunt ſcalae quaranta ſcalinos,
Ac ibi Mercurii fabricam videre gelatam.
Alphatar inſtabilis flueret, poſſetque nientum,
Ni ſimul hoc mixtum Dragantum, ſalque Lya
Altanor ad furnum longus ſtillaret aludel.
Voltatur ſinum ſervus fugitivus in aurum,
Si bene juncta ſuos cohibet medicina vapores,
Ergo Mercurius de ſaldo circuit azoch.
Tertia materies aes eſt, Venerique dicatur.
Ramus enim facilis Phoebi, Phoebaeque receptat
Naturam, ſed non, Gebero teſtante, colorem,
Poſt Venerem, ſcandunt ad ſphaeram ſolis & auri.
Aurea nam tota eſt, nitidoque ſimillima Phoebo.
Ipſius author enim poſt vanas mille ſadigas,
Poſt conſumatum nequicquam tempus, & annos,
Poſt Ganger, Mardach, Nitron, poſt Napſu, vel Albar
Poſt Gry, Bruneſich, Clymaſttoi, Danidos, Eſig,
Poſt Pu, Girapiron, Licodemon, Ilſil, Oriza,
Poſt Quaſappa, Reif, Saragin, centumque facendas,
Quae faſtidirent, ſi vellem dicere, totos;
Verbitrium lapidem retrovavit Philoſophorum.
Molticolor lapis eſt, Elementis quatuor extat
Conditus, aereus, terrenus, aquaticus, igneus,
Siccus in occulto, calidus quoque, ſed manifeſto,
Humidus & gelidus complexio querna fit una.
Spiritus hic lapis eſt, qui tranſmutatur in unum
Nobile aduſtivum, pariterque volatile corpus,
Non fugit a flammis, liquidi fluit inſtar olivi.
Multiplicat, ſolidat, praeſervat tempore dempto,
Defunctoſque valet vitali reddere luci.
Hic tribus in verbis conſiſtit, munus ab alto
Eſt Jove donatum ſapientibus, atque beatis.
Ingravidat ſemet, de ſemet concipit, atque
Parturit, & ſibimet vivit, ſemetque trucidat,
Suſcitat hic ſemet, nam ſic Deus ordinat illum.
Eſt tinctura rubens lapis iſte, biancaque, vivax,
Concipit, ac aurum fumo ſi jungitur albo.
Nunquid Elitropia eſt? Adamas, Calamita, Coralus?
Nunquid Epiſtrites, Medo, Feripendamus, Onix?
Nunquid Jacintus, Draconites, Bena, Lypercol?
Nunquid Amethiſtus, Celidonius, Iris, Echites?
Nunquid Alectorius, Saunus, Terpiſtretes, Iſtmos?
Nunquid Baratidem, Lazuli, Radianus, Orires?
Nunquid Nicomai? num quem zat ſpudat in oſtrum?
Abſit

Digitized by Google

Abſit; nam fluitat cum corpore factus, & abſque,
Eſt vi (num dicam tandem manifeſtus) eſt A,
Qua vita fruimur, qua verum naſcitur aurum.

FINIS

DUODECIMAE MACARONICES

ET

PRIMAE PARTIS.

Digitized by Google

YXXIX
H
3.2
AOL
1465127
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

401 14C5.127

Digitized by Google